

Reserve

W., 10,000--20/9/98.

Croydon Public Libraries.

Central Reference Library.

Accession No. 8732 Class No. 914.41

Besides the class topic, other topics treated of in this book are as follows :—

Topic No.	Pages.	Topic No.	Pages.

This Volume is presented *by the Lords Commissioners of Her Majesty's Treasury* to_____ *and will, in the event of the Library being broken up, be returned to the Controller of Her Majesty's Stationery Office, Westminster.*

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

(8)

BROMLEY LIBRARIES

3 0128 01822 0106

THE REGISTER

OF THE

GREAT SEAL OF SCOTLAND.

To be purchased, either directly or through any bookseller, from
ADAM & CHARLES BLACK, 6 North Bridge, Edinburgh;
EYRE & SPOTTISWOODE, East Harding Street, Fleet Street, London: or
HODGES, FIGGIS, & Co., 104 Grafton Street, Dublin

REGISTRUM MAGNI SIGILLI
REGUM SCOTORUM

THE REGISTER

OF THE

GREAT SEAL OF SCOTLAND

V.6.

A.D. 1593—1608.

EDITED BY

JOHN MAITLAND THOMSON, M.A.

ADVOCATE.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF
HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF
THE DEPUTY CLERK REGISTER OF SCOTLAND

H. M. GENERAL REGISTER HOUSE
EDINBURGH
1890

54·41

8732

NOTE.

In this volume the Charters taken from the Paper Register (which is incorporated) are distinguished by the letters P. R. prefixed to the reference.

BROMLEY PUBLIC LIBRARIES
AL LS
CLASS
L 45·1
ACC.
01822 0106

PRINTED FOR HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE
BY NEILL AND COMPANY, EDINBURGH.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

REGISTRUM MAGNI SIGILLI REGUM SCOTORUM.

REGNANTE JACOBO SEXTO.

ANNO REGNI 27. ANNO DOMINI 1593.

1. Apud Halirudhous, 30 Jul. REX,—cum consensu &c. (19. 24. 27. 16.), —concessit quotidiano servitori suo WILLELMO MURRAY magistro cessarii,[1] heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —dimedietatem ville et terrarum de Mekven vocat. Brewlandis (per quondam Tho. Fergussoun occupat.), in dominio de Inchecheffray, vic. Perth;—que olim fuit pars patrimonii monasterii de Inchecheffray:—REDDEND. 12 sol. 6 den. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis consimilis date.* xxxix. 257.

2. Apud Halyrudehous, 31 Jul. REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —ad feudifirmam dimisit WILLELMO BRUCE de Stanesteill filio et apparenti heredi quondam Davidis B. de S., et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Bruce gerentibus,—2½ denariat. terrarum de Stanesteill, terras de Trala et Tinga, *lie* Beillis et Medosched contigue jacen., cum dimidietate de Bulsett, 5 *lie ferding-land* in Kirk, obulatam in Myrelandnorne, cum terris seu campis de Hestycrow, cum tenemento in Weik (per quond. Willelmum Dowglas occupato), cum fortaliciis, necnon tertiam partem ville et terrarum de Lythe, in episcopatu Cathenen., vic. Invernes:—TENEND. de rege ratione acti annexationis:—REDDEND. pro Stanesteill &c. 8 sol. 4 den. pro qualibet bolla 5 bollarum 2 firlotarum 3 peccarum victualium, pro 1 bolla avenarum *lie hors-corne* 4 sol. 2 den., pro 6 garbalibus 6 den., pro uno *custome-marte* 30 sol., pro mala 6 sol. 8 den., et pro dicto tenemento 12 den., pro *lie pleuch-silver* 3 sol. 4 den., pro *lie peit-silver* 2 sol., tanquam firmas feudifirmarias antiquas, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 4 lib. 18 sol. 4½ den.; pro Leyth 49 sol. 8 den., et 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmas suprascriptas in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 88.

3. Apud Halyrudehous, 31 Jul. REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 27. 6.),—in feudifirma locavit ROBERTO LESLIE de Finrassie, et MARGARETE DUMBAR ejus sponse,—terras de Athie, Craigheid, Mureheid et Lerny (intra bondas specificatas), terras de Eister Raderie et pratum ejusdem (intra bondas specificatas), cum silvis, molendinis, piscationibus (per eos occupatas), in episcopatu Rossen., vic. Invernes;—que olim fuerunt pars patri-

[1] In the vernacular, "maister of his hienes careage" (*Liber Insule Missarum*, 86).

monii episcopatus Rossen.:—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Rob., dictas terras &c. incorporavit in liberam baroniam de Athie, ut unica sasina apud maneriem locum de A. capienda pro omnibus staret:—TENEND. dictis Roberto et Margarete in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. et assignatis quibuscunque:—PROVISO quod hoc infeofamentum nequaquam prejudicaret Jonete Elphingstoun, matri dicti Roberti, penes conjunctam infeodationem et tertiam quas de dict. terris habuit:—REDDEND. annuatim pro Athie 17 libras 5 sol., 30 sol. pro *lie custome-mairt*, 20 sol. pro 4 *lie muttoun*, 6 sol. pro 4 hedis et 80 ovis, 8 sol. pro 12 caponibus et 12 pultreis, 21 sol. et 20 den. pro . . . . . et 17 oneribus focalium *lie turvis*, 2 sol. pro 4 ponderibus canabis; pro Mureheid 4 lib.; pro areagiis, careagiis et reliquis servitiis de A. et M. 6 sol. 8 den.; in toto 27 libras 17 sol. 1 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et reddendo 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Canoniam de Ros vel alibi; necnon liceret molendinum ibi construere, solvendo omnimodo molendino de Roismarkie devorias consuetas;—pro Lairny 5 lib. 13 sol. 4 den., 30 sol. pro *lie custome-mairt*, 20 sol. pro 4 muttonibus, 6 sol. pro 4 hedis et 80 ovis, 18 sol. pro duodena caponum, 8 sol. pro duodena pultrearum, 6 sol. 8 den. pro 2 bollis *lie suggeroun-aittis*, 17 sol. 8 den. pro 200 oneribus *lie custume-turvis* et 16 oneribus *lie tak-turvis*, 37 sol. 9¼ den. pro gressuma, 38 sol. 2¾ den. pro augmentatione; pro Craigheid 40 sol., et 8 sol. augmentationis; et pro areagiis careagiis 13 sol. 8 den.; in toto 17 libras 17 sol. 8 den.; et defectu solutionis ad terminos annuum censum duplicarent; necnon duplicando et reddendo sectas *ut supra*;—pro Eister Raderie 10 lib. 13 sol. 4 den., 13 lib. 17 sol. 4 den. pro 2 celdris firmarum victualium, 3 lib. pro 2 *lie custume-martis*, 40 sol. pro 8 muttonibus, 40 sol. pro 8 bol. *lie custume-aittis* et 4 bol. *lie suggeroun-aittis*, 12 sol. pro 8 hedis et 160 ovis, 17 sol.[1] pro duodena caponum, 8 sol. pro duodena pultriarum, 8 sol. pro 4 ponderibus canabis, 40 sol. pro 300 oneribus glebarum *lie peittis* et 32 oneribus *lie tak-turves*, 35 sol. 6½ den. pro gressuma, 15 sol. pro areagiis, careagiis et aliis servitiis, 15 sol. augmentationis, in toto 38 lib. 9 sol. 6½ den.; necnon portando grana ad molendinum de Awach molenda, et solvendo multuras consuet., et dando auxilium pro sustentatione dicti molendini:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 99.

4. Apud Halyrudehous, 1 Aug.

REX confirmavit ALEXANDRO CUNNYNGHAME de Powtoun, filio et heredi quondam Adami C. de Dunnilophill,—terras de Powtoun, extenden. ad 16 mercat. antiqui extentus, cum crofta et molendinis tam granorum quam fullonum cum multuris consuetis (olim per Gavinum Ahanney, Jo. Makcarnik, Jo. Bowtoun, Gilb. Mertene, Martinum Hathorne et Wil. [vel Gilb.] Broun occupat.), in parochia de Crugiltoun, vic. de Wigtoun; et presertim multuras, sequelas &c. dicti molendini granorum;—quas, olim de commendatario et conventu de Quhitehorne in feudifirma tentas, idem Alex. pro hoc infeofamento conficiendo resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi per dictum Alex. ejusque predecessores semper absque defectione impenso, et pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (19. 32. 27. 16.),—dicto Alex. de novo ad feudifirmam locavit, ratificando originalem cartam desuper per dictos commendatarium &c. factam quondam Jacobo com. Moravie dom. Abirnethie &c. regenti Scotie, vel aliis autoribus dicti Adami:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreat. absque divisione, quibus def., dicto Alex., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. annuatim 60 lib. 6 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu cujuslibet heredis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 202.

[1] The Privy Seal Register (lib. lxvi. fol. 40) reads "16 sol." The later grant of the same lands (No. 2113 *infra*) omits this dozen of capons altogether.

5. Apud Halierudehous, 2 Aug.
REX confirmavit cartam quond. Willelmi domini de Forbes,—[qua ad feudifirmam dimisit JACOBO FORBES de Fechill filio suo, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Auchnacent, cum molendinis, in dominio de Forbes, baronia de Fiddes, parochia de Foverne, vic. Abirdene :—REDDEND. annuatim dicto Wil. 4 libras :—cum precepto sasine directo Hen. Lesk in Fechill :—TEST. Wil. Forbes de Cors, Pat. F. ejus filio, Jo. Olifer, Jac. Tode :—Apud Forbes, 2 Mar. 1589] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 73.

6. Apud Halyrudhous, 2 Aug.
REX, pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—ad feudifirmam locavit ROBERTO HAMMILTOUN de Mochlingholl, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidatas terrarum de Machlingholl (inter aquam de Calder, ascendendo per eam ad *lie* Newhous-mylne, ex orientali, torrentem *lie Commoun-syk* ex occiden., terras de Newhous ad Rob. Hammiltoun de Newhous et 5 librat. de Torrens ad . . . Hammiltoun de eodem pertinentes ex australi, terras de Calderwod ad D. . . . . Maxwell de Calderwod militem pertinentes et dictam aquam ex boreali) ;—que olim fuerunt pars patrimonii rectoris de Torrens :—REDDEND. regi 40 sol. tanquam firmam per dictum Rob. et ejus predecessores dicto rectori solvi solitam, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 254.

7. Apud Halyrudhous, 15 Aug.
REX confirmavit instrumentum sasine sub signo et subscriptione quondam Thome Quhyt notarii publici, de data 20 Jul. 1551, et transumptum coram Jo. Cokburne (de Kirkland) vicecomite deputato de Edinburgh infra constab. de Hadingtoun per Alex. Symsoun notarium ac clericum dicti vicecomitatus, 12 Jan. 1589, — virtute cujus instrumenti quond. Geo. Home de Spott propriis manibus sasinam tradidit orientalis molendini de Spott et ejus terrarum cum *lie Hauch* et *Vaill* (per quond. Alex. Michelsoun occupat.), cum pasturagio 4 boum et 2 equorum in Doune, quond. Joanni Hoppringill (apud Morhame-kirk) et Adamo Manderstoun attornato Margarete Hoppringill sponse dicti Jo. H., necnon de terris de Downe in speciale warrantum eorundem ;—cum instrumento sasine— [sequentis super preceptum regis datum apud Edinburgh, 20 Jul. 1591, an. reg. 24, concesse per dictum Jo. Cokburne WILLELMO HOPPRINGILL in Lufnes, filio et heredi dicti Jo. H., de dictis molendino &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—TENEND. de rege durante vita (dicti) Georgii Home de Spott, qui dictum Wil. intrare recusaverat :—TEST. Pat. Hepburne de Craig juniore, Jac. Sandelandis primo filio M. Jacobi S. in Galliswall, Jac. Sinclar in Ballincreif, Jac. Lermonth in Abirlady, Alex. Trumbill in Auldhamstokis :—28 Jul. 1591, hora 10 a.m. aut eocirca : — Sequiter attestatio Joannis Wilkie S. Andree dioces. notarii publici] : —INSUPER rex, pro bono servitio, dict. molendinum &c. de novo dedit dicto Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, non obstante forisfactura Jacobi Dowglas feodatarii de Spott :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 91.

8. Apud Halyrudhous, 15 Aug.
REX dedit literas remissionis PATRICIO MAGISTRO DE GRAY, Roberto Gray ejus patruo, Jacobo et Roberto Gray fratribus dicti magistri, Jacobo Grahme fratri quondam Davidis G. olim de Fyntrie, Jacobo Gray in Langforgound, Jacobo Finlasoun burgensi de Dundie, Roberto Rollok in Muirtoun, Georgio Rollok in Craigie, Jacobo Gardin in Lowrestoun, Joanni Gray, Andree Gray et Georgio Gray servis dicti magistri de G., Andree Ogilvie in Trobbok (Trottok?), Rannaldo Broun, Hugoni Broun in Gotherstoun, Jacobo Watsoun in Invergowrie, pro vita eorum duraturas,—pro proditoria adventia cum aliis complicibus ad palatium de Falkland . . . Jun. 1592, et infra idem regis personam proditissime invadendo ; et pro aliis eorum offensionibus quibuscunque ante diem date commissis. xl. 21.

9. Apud Halyrudhous, 12 Oct.
REX concessit ALEXANDRO FALCONAR seniori de Halkertoun, in vitali redditu, et ALEXANDRO FALCONAR juniori ejus filio legitimo maximo natu, et heredibus masc. dicti Alex. junioris, cognomentum et arma sive insignia de Falconar gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et baroniam de Lethin, molendina, multuras et terras molendinarias, vic. Narne; terras de Middiltoun, Eister M., Drumforber et *lie* Husbandtoun earundem, cum piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Halkertoun (viz. terras dominicales de H., molendinum de H., terras molendinarias et multuras ejusdem, *lie* Hillis-Halkertoun, tertiam partem *lie* Bent, cum piscariis, tenentibus &c.), vic. Kincardin;—quas idem Alex. senior (pro pecuniarum summis a dicto Alex. juniore, et a Patricio dom. Gray et Patricio magistro de Gray ejus nomine, receptis) pro hac carta conficienda resignavit apud Linlitqw; et quas rex dictis personis,—pro eorum bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit, cum villa et terris et terris dominicalibus de Middiltoun, *lie outsettis* de M. nuncupat. *the Wanefurd*, cum proprietate et communia in mora de Cammok,—baronia de Lethin comprehendente terras dominicales de Lethin, molendinum de L., ejus terras molendinarias et multuras, terras de Ar, Lethinbar, Miltoun, Newtoun, Auchavelgin, Litill Flines, Auchmor, Dunarne, molendinum, terras molendinarias et multuras ejusdem, Litill et Mekill Dulceis, Dronlochin, Lyn, Tamlachlane, Colnadoun, cum communi et pastura in moris et marresiis *lie* Braidschaw, cum salmonum piscaria super totas aquas de Findorne tam in *lie pullis* quam in *lie pottis* ejusdem nuncupat. Dowpull, Campule, Puilcragane, Pulcraigens, Pulnicole, Pulincha, Pulschoit, Pulnes, Pulquonnane, et super residuum aque de F. super utrumque ejus latus,—cum castris, maneriebus, silvis, forestis, molendinis, piscariis tam in salsa quam in dulci aquis tam salmonum quam aliis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Halkertoun, ordinando fortalicium de H. fore principale messuagium ejusdem; cum libera foresta infra omnes bondas ejusdem; cum potestate dicto Alex. seniori assedationes pro 19 annis locandi, et vitalem redditum quarumcunque duarum *lie pleuchis of land* tenentibus aut quibuscunque personis concedendi, et infeofamentum vitalis redditus quibuscunque personis de 15 celdris victualis de dict. terris dandi, et dict. terras summa 10000 lib. onerandi sub reversione dictam summam continente:—PROVISO quod non liceret dicto Alex. juniori aut heredibus dict. terras in toto vel in parte aut annuos redditus de eis alienare, longas seu breves assedationes locare, nec debita contrahere quibus dicte terre appreciari sive onerari possent, absque consensu dicti Alex. senioris durante ejus vita; et quod si dictus Alex. senior aut ejus assignati dictis Alexandro juniori &c. peciam auri nuncupatam *the thrissill-nobill* infra ecclesiam parochialem S. Laurentii in Mernis persolverent, aut super premonitione 10 dierum in manibus dominorum de Glenbervie aut Pittarro aut alterius responsalis viri infra vic. de Kincardin consignarent, dicti Alex. senior &c. haberent regressum ad dict. terras:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; proviso quod quandocunquo dicte terre in manibus regiis devenirent ratione warde aut nonintroitus, heredes eas possiderent, solvendo annuatim durantibus warda &c. 100 libras, cum 100 lib. pro relevio, necnon 500 merc. pro maritagio heredis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 258.

10. Apud Halyrudhous, 12 Oct.
REX dedit literas naturalizationis MATHEO BEAUSOLYE aurifabro, Gallo; dispensando cum privilegio suo de hereditatibus et bonis extraneorum in Scotia decedentium, non obstante quod dictus Math. in villa de Marcyles in Gallia natus est:—PROVISO quod dictus Math. prestaret juramentum fidelitatis. xxxix. 260.

11. Apud Halyrudhous, 26 Oct.
REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO AIRD filio et apparenti heredi Willelmi A. in Catryne, heredibus ejus et assignatis,

—3 solidatas terrarum de Over Catryne (olim per quondam Adamum Aird, tunc per dictum Wil. possessas), in dominio de Kylismur, vic. Air;—que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Melros, et quarum dictus Wil. et ejus predecessores nativi et antiqui tenentes multis annis preteritis fuerant:—REDDEND. annuatim 3 sol., ac 9 den. pro arreagiis, carreagiis aliisque servitiis debitis et consuet., et 15 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 261.

12. Apud Halyrudehous, 9 Nov.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 16. 27.),—in feudifirma dimisit WILLELMO REID in Canonia Rossen., et JONETE MONRO ejus conjugi,—peciam terre horti succentoris infra dict. Canoniam, continen. 33 ulnas in longitudine et 30 ulnas in latitudine (inter *the vennell* quo itur ad Platcok, terras olim D. Donaldi Scherrare, mansionem et croftam succentorie);—que olim fuit pars patrimonii dicte succentorie:—TENEND. dictis Wil. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus sive assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. 4 sol. 8 den. firme antique et augmentationis, et 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 98.

13. Apud Halierudehous, 13 Nov.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 10. 6. 27.),—in feudifirma disposuit WILLELMO SINCLARE in Latherin — dimidietatem davate (*lie dawache of land*) nuncupat. Kincurdy, cum capella in K. et horto capelle earundem, cum piscatione salmonum aliorumque piscium infra mare et in aliis aquis adjacentibus, in diocesi Rossen., vic. Invernes;—que olim fuerunt pars patrimonii episcopatus Rossen.:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo S. ejus filio naturali et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Henrico S. ejusdem filio naturali et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Issobelle S. filie dicti Wil. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. annuatim 8 lib., 4 bollas ordei, *lie halff-custome-mairt*, 2 muttones, 6 capones, 6 pultreas *lie pultrie*, 2 hedos, 40 ova, et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 115(ii).

14. Apud Halyrudhous, 16 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. ARCHIBALDO NAPER de Edinbellie militi, et Domine ELIZABETHE MOWBRAY ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in libero tenemento, et ALEXANDRO NAPER eorum filio primogenito hereditarie et irredimabiliter,—dimedietatem terrarum de Lauranstoun et mansionis earundem, duas partes tenandrie de Randelstoun, cum tenentibus &c., in dominio de Lawrenstoun, vic. Edinburgh;—quas Jo. Laurenstoun de eodem, cum consensu Jacobi L. fratris sui germani pro ejus interesse, in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Arch. et Eliz. *ut supra*, dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Archibaldo N. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo N. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Arch. seniori heredibusque masc. et tallie quibuscunque in infeofamentis de Merchinstoun contentis, et assignatis:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 265.

15. Apud Halyrudehous, 26 Nov.

REX, pro compositione persoluta,—cum avisamento &c. (19.20.10.6.27.),—in feudifirmam dimisit THOME M'MURDY filio quondam Roberti M. in Killelago-craig, heredibus ejus et assignatis,—6 solidat. terrarum de Killelago-craig antiqui extentus (olim per dictum Rob. occupatas), in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis;—que olim spectabant ad monasterium de Melros;—et 10 solidat. de Blangaber ant. ext., in baronia de Haliewode, vic. Drumfreis;—que olim ad monast. de Halywode spectabant:— REDDEND. annuatim pro

Killelago-craig 10 sol., et 12 den. augmentationis; pro Blangabir 22 sol. 10 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; que si non persolverent per tres terminos concurrentes, hoc infeofamentum nullius esset momenti; et observando cetera in antiquis infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 270.

16. Apud Edinburgh, 28 Nov.

REX confirmavit cartam suam (*No.* 1868 *precedentis tomi*),—[qua concessit ROBERTO BUNTENE, filio et heredi apparenti Joannis B. in Sockoth,—ter. de Sockoth, Hawthornehill et Blairschelloch, in dominio de Cardros, vic. Dumbartane]:—INSUPER dictas terras dicto Rob. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 144.

17. Apud Halyrudhous, 29 Nov.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 6.),—confirmavit [1] cartam per quondam And. Burrell de Wester Kincapill alias Newtoun-Burrell factam quond. Willelmo Arthour filio et heredi apparenti quond. M. Willelmi A. de Carnis, et heredibus inter eum et Agnetam B. filiam legitimam dicti And. legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque, — de terris de Wester Kincapill alias Newtoun-Burrell sive Bondis tunc Newtoun-Arthour nuncupatis, cum earum principali messuagio et piscaria de Eyden, in regalitate S. Andree, vic. Fyff;—TENEND. de archiepiscopo S. Andree pro 2 merc. feudifirme, et 3 sectis ad 3 placita capitalia dicte regalitatis;—de data 7 Oct. 1[5]51:—cum carta confirmationis per quond. Jo. archiepisc. S. Andree desuper concessa, de data 9 Oct. 1[5]51:—[2] cartam per dictum Wil. factam M. JOANNI ARTHOUR, uni commissariorum de Edinburgh,—de dict. terris &c.;—TENEND. de rege virtute acti annexationis;—de data 1 Mar. 1590:—PRETEREA rex, pro bono servitio, dict. terras &c. dicto M. Jo., heredibus ejus et assignatis, de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 269.

18. Apud Halyrudehous, 3 Dec.

REX confirmavit cartam Roberti Creichtoun de Cluny,—[qua,—pro impletione cujusdam contractus,—vendidit JACOBO STEWART de Stwikis domino de Ballachane, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Cluny (viz. terras dominicales de C. cum crofta orientali ceterisque toftis et croftis, cum pratis et lacu de C. et ejus piscationibus quibuscunque, antiquum montem castralem de C. cum domibus &c. extra dict. lacum, ac castrum et maneriem de C. infra dictum lacum, cum fortaliciis et maneriebus, terras de Brewhous de Concragy, terras de Adamestoun alias Baldornoch, terras de Balvadoch, Craigend et Concragy, molendinum et *lie* Mylnetoun de Concragy cum multuris &c. tam terrarum de Drummalie quam reliquarum suprascript., dict. terras de Drummallie et Balnavaddoch, cum tenentibus &c., in diocesi de Dunkeld, vic. Perth; cum advocatione duarum capellaniarum seu prebendarum capelle S. Katherine infra insulam dicti lacus; terras ecclesiasticas vicarie ecclesie parochialis de Cluny, ab omni decimarum solutione liberas, duas croftas dictarum ter. eccles. que decimas solvere solebant, cum pasturis, tenentibus &c. [reservando ministro vel rectori dicte ecclesie mansum et glebam secundum tenorem acti parliamenti], in parochia de Cluny, vic. Perth; terras de Nethir Friertoun, cum decimis inclusis, in regalitate S. Andree, vic. Fyff; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Cluny, infra bondas dict. terrarum de Clwnye jacentis):—RESERVANDO M. Jacobo Donaldsoun advocato coram dominis concilii, heredibus et assignatis in ejus cartis anterioribus specificatis, annuos redditus ei per dictum Rob. concessos, et presertim ann. red. 51⅓ bollarum hordei cum charitate, ann. red. 37 lib. 8 sol., ann. red. 20 bol. ordei mensure de Leith, ann. red. 27 merc., et ann. red. 67 merc., de dictis terris et baronia, de dicto Rob. tenendos pro uno den. albe firme pro quolibet ann. red.; quos dictus Rob. dicto M. Jac. de novo dedit:—TENEND. de rege in feudifirma:—EXCIPIENDO de warrantizatione infeofamentum per dictum Rob. factum Thome Creichtoun, scribe commissariatus de Dunkeld, de dictis terris de Concragie, absque prejudicio reversionis earundem:— cum precepto

sasine :—TEST. M. Pat. Donaldsoun (scriptore dicte carte) et Wil. D. fratribus germanis dicti M. Jac., Wil. Proffeit, Jo. Fyff, ejus servitoribus : — Apud Dunkeld, 21 Oct. 1593] :—NECNON aliam cartam ejusdem Rob.,—[qua, — pro impletione cujusdam contractus,—vendidit dicto Jac. Stewart, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Eliok, cum castro, manerie, silvis, terras de Euchane cum maneriebus et silvis, in baronia de Sa(n)quhar, vic. Drumfreis :—REDDEND. dicto Roberto pro qualibet dict. terrarum unum den. albe firme ; necnon immediatis superioribus dicti Rob. feudifirmas et devorias eis debitas :—cum precepto sasine :—TEST. M. Pat. Donaldsoun, Wil. D. (scriptore carte), fratribus germanis dicti Jac., Wil. Proffeit, Jo. Fyff, ejus servitoribus :—Apud Dunkeld, 21 Oct. 1593] :—INSUPER rex dict. terras, annuos redditus &c. dictis Jac. Stewart et M. Jac. Donaldsoun respective de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 178.[1]

19. Apud Halyrudhous, 6 Dec.

REX, — cum avisamento &c. (18.), — ad feudifirmam dimisit JACOBO CLAPEN in Kingask, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Russellis-mylne, cum molendino et terris molendinariis, in senesc. de Fyiff ; cum libera communia in mora nuncupata *lie* Eistermure, Ednismure seu Cuperismure :—REDDEND. 10 lib. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 92.

20. Apud Halyrudhous, 6 Dec.

REX confirmavit [1] cartam Willelmi Knychtsoune de Malleny,—[qua vendidit M. JOANNI FISCHER burgensi de Edinburgh, in vitali redditu, et WILLELMO FISCHER ejus filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—annuum redditum 20 merc. de terris suis de Eister Malleny (per se occupatis), vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto Wil. K. unum den. albe firme :—TEST. Arthuro Fischear burgensi de Edinburgh, And. Davidsoun servitore dicti Wil. K., Jo. Trochquair in Eister Malleny, Joanne Wilsoun juniore burgen. de Edinburgh :—Apud Edinburgh, 10 Feb. 1577] :—[2] aliam cartam ejusdem Wil. K.,—[qua vendidit dicto M. Jo. Fischear in vitali redditu, dictis Wil. F. &c. hereditarie,—ann. red. 10 mercarum de dictis terris :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. Arthuro Fischear burgen. de Edinburgh, And. Davie et Jo. Moffet in Mallenie :—Apud Edinburgh, 26 Maii 1578] :—[3] aliam cartam ejusdem Wil. K.,—[qua, cum consensu Jonete Levingstoun sponse sue, vendidit dicto M. Jo. Fischear in vitali redditu, dictis Wil. F. &c. hereditarie,—ann. red. 20 merc. de terris suis de Eister et Wester Malleny (per se occupatis), vic. Edinburgh :—REDDEND. *ut sup.* :—cum precepto sasine directo Wil. Abirnethie :—TEST. Joanne Johnestoune commendatario de Salsett, Simone J. ejus fratre germano, Davide Horne burgen. de Edinburgh, Jo. Kyle juniore :—Apud Edinburgh, 21 Jul. 1584] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 267.

21. Apud Halyrudhous, 9 Dec.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 10. 6.),—ad feudifirmam dimisit ANDREE QUHITHEID fabro ferrario, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas et glebam vicarie de Kirkcudbrycht, cum mansione et hortis, Angelhill, Belhill, Kirkhill, extendentes ad 10 acras vel eocirca (per dictum And. possessas), cum decimis inclusis que nunquam a fundo separate fuerant, et cum pastura 5 summarum bestiarum infra terras de Mekill Kirkland (de quibus dictus And. in possessione extitit, et que per ejus predecessores quasi nativos tenentes ultra hominum memoriam possesse erant), in parochia et senesc. de Kirkcudbrycht ;—que olim fuerunt pars patrimonii vicarie ecclesie parochialis de Kirkcudbrycht :—REDDEND. 40 sol. feudifirme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis ; et duplicando

[1] Each of the confirmed charters obliges the grantee to pay to the granter's creditors certain debts and annualrents, to the payment of which the granter was specially obliged.

dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 185.

22. Apud Halyrudhous, 10 Dec.
REX confirmavit cartam Alexandri Gardin de Blakfurd,—[qua,—pro adimpletione contractus initi cum Willelmo Cheine de Arnage, de data . . . 1570,—vendidit JACOBO GARDIN filio suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Blakfurd, viz., maneriem *the Manis of B.*, Myddiltoun-Blakfurd, Over Blakfurd alias *the Westertoun of Blakfurd*, molendinum granorum *the cornemylne of Blakfurd* cum terris molendinariis et multuris, in parochia de Auchterles, vic. Abirdeine; dimedietatem umbralem ville et terrarum de Mekill Badaquhasche in baronia de Rothenormond, dimed. umbralem ville de Lytill Badaquhasche in schyra de Ryne, vic. Abirdeine; cum earum pendiculis, et signanter dimed. de Wodsyd :—RESERVANDO liberum tenementum dicto Alex., et usum fructum dicte maneriei Marie Cheine sponse sue :—REDDEND. dicto Alex. unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Walt. Cheine apparenti de Arnage :—TEST. M. Waltero Gordoun de Westhall, Wil. Ogstoun, Alex. Litstar, Walt. Chene apparente de Arnag, Magistris Jo. Cheine de Fortrie, Pat. Cheine burgen. de Abirdeine, Walt. Watt, Jo. Gray, Alex. Watsoun notario publico :—Apud Blakfurd, 29 Sept. 1580 :—Sequitur confirmatio Georgii Meldrum de Fyvie superioris dict. terrarum :—TEST. Joanne Meldrum in Tilliek, Geo. Robesoun, M. Jo. Cheine, Roberto Arthour :—Apud Auchterles, 13 Aug. 1585] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xl. 102.

23. Apud Halyrudhous, 13 Dec.
REX confirmavit cartam quondam Georgii Dowglas magistri Angusie,—[qua, pro servitio impenso et impendendo, concessit (quondam) PETRO CARMICHAELL, et EUPHAMIE WEMYS ejus sponse, in conjuncta infeodatione,—terras de *lie* Kirkdroyne alias Eister Droyne, cum molendino et multuris, in suis regalitate et baronia de Abirnathie, vic. de Perth :—TENEND. dictis Pet. et Euph., et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Petri quibuscunque, de dicto Geo. :—TEST. D. Joanne Pitcairne, D. Matheo Geddes, capellanis ac notariis publicis, Jac. Lyndesay, David Drummond, Tho. Wod :—Apud civitatem S. Andree, A.D. 1509] :—NECNON cartam quondam Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas,—[qua concessit (quond.) JACOBO CARMICHAELL (de Balmady) fratri germano (dicti) Petri C. de Balmoddy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balmaddy, in dictis regalitate &c., vic. Fyiff; terras de Quhelphill, in dominio suo de Crawfurd-Lindsay, vic. Lanerk;—quas dict. Pet. personaliter resignavit:—REDDEND. dicto Arch. pro Balmaddy unum den., pro Quhelphill unum den., albe firme :—TEST. Alex. Inglis de Tarvatt, D. Tho. Boyd rectore de Carmichael, Gilb. Geddes et Petro Carmichell in Bagbie :—Apud Edinburgh, 20 Jan. 1545] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xl. 108.

24. Apud Halyrudehous, 15 Dec.
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.),—in feudifirma locavit ALEXANDRO ELPHINGSTOUN filio seniori legitimo Alexandri magistri de Elphingstoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de *lie* Kirktoun de Kildrymmy in diocesi de Abirdene, duas pecias terre extenden. ad seminationem 2 peccarum ordei aut eocirca jacen. infra terras burgales de Kyldrymmie (inter terras Joannis Forbes de Toweis et Burrowmyre), vic. Abirdene;—que olim ad vicarium pensionarium ecclesie parochialis de Kildrimmy pertinuerunt :—SOLVEND. annuatim 3 lib., et 5 sol. 6 den. augmentationis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 156.

25. Apud Halyrudehous, 15 Dec.
REX confirmavit cartam Georgii com. Mariscalli dom. Keith et Inverugy &c.,—[qua concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI KEITH, filio legitimo natu maximo et heredi apparenti

(quondam) Andree K. de Ravinscraig,—terras cum *lie* Manis de Torterstoun, maneriem et castrum de Ravinscraig, cum piscariis ac molendino *lie* Scottis-mylne, terras de Ailhoushill, Cokley, Dennis, Dounhillis, Thundertoun, *lie* Outhill et Crauloch, Glendenny, Bouthlaw et Newsait, terras de Brodland, terras de Mylnehill cum *lie mylne* de Crimonth, terras de Rothnachie, Carneglas et Carnnes, cum piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis, cunicullariis, tenentibus &c., molendinis, silvis, in baronia de Inverugy, vic. Abirdene;—quas dictus And. in favorem dicti Jo. personaliter resignavit:—RESERVATO dicto And. libero tenemento dict. terrarum &c. (usque ad Brodland):—PRETEREA dictus Geo. voluit quod unica sasina apud turrim de Ravinscraig capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque, et eorum assignatis, de dicto Geo.:—REDDEND. 4 den. albe firme:—cum precepto sasine directo Alex. Kaithe de Carnenes:—TEST. D. Roberto Keith dom. de Altrie, D. Andrea Keith dom. de Dinguall, M. Georgio Fraser:—Apud Edinburgh, 1 Apr. 1589]:—cum ceteris cartis desuper concessis quondam Andree Keith de Ravinscraig (fratri avi dicti Jo. K. tunc de R.), quond. D. Willelmo Keith de Inverugye militi, eorumque predecessoribus respective:—INSUPER rex,—pro bono servitio sibi per dictum Jo. diversis temporibus impenso, et presertim in eundo cum diversis aliis jussu regis extra regnum in patriam Dacie ad tractandum de matrimonio regis cum Anna filia legitima quond. Frederici regis Dacie, et pro dicti Jo. longa commoratione in dicta patria ad illum effectum, et in recompensationem ejus ingentium sumptuum,—dictas terras &c. ei de novo dedit;—et voluit quod quandocunque terre de Coklay in manibus regis devenirent ratione warde vel nonintroitus, dicti Jo. &c. eas possiderent, solvendo annuatim 10 lib. durante tempore warde &c.; et ratificavit literam per se sub secreto sigillo desuper factam 21 Oct. 1589:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 171.

26. Apud Halyrudhous, 20 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.),—confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO DOWGLAS de Pinyarie, heredibus ejus masc. quibuscunque et assignatis,—2½ mercat. terrarum de Clairbrane, in baronia de Corsmichaell, senesc. Kirkcudbrycht;—quas, ab antiquo de preposito de Lincluden in feudifirma tentas, idem Jac. pro hac carta conficienda resignavit:—INSUPER rex advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Corsmichaell (tunc per abbatem et conventum de Newbottill resignatam) dictis terris univit, et dictos Jac. &c. hereditarios patronos ejusdem constituit:—REDDEND. regi pro dict. terris 5 merc. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; necnon pro advocatione dicte ecclesie unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 146.

27. Apud Halyrudhous, 20 Dec.

REX concessit familiari servitori suo DAVIDI MURRAY stabuli sui magistro, heredibus ejus et assignatis, in feudifirma,—vacuam domum et bondas ei adjacentes ex boreali latere palatii de Falkland (inter terras, domos et hortos Patricii Seytoun, longum diambulachrum *the lang alay* infra australe pomarium de Falkland, et longam viam ducentem a villa de F. per occidentalem parietem dicti palatii), in senesc. et vic. de Fyiff:—TENEND. cum potestate antiquam turrim et domos dejiciendi, reedificandi &c., et peciam vacui fundi (jacen. inter dict. deambulachrum et *lie galleriegavill*) in pomarium sive hortum edificandi; et cum potestate curam habendi omnium hortorum et pomariorum de Falkland, hortulatores deponendi et locandi &c.:—REDDEND. 6 sol. 8 den.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 196.

28. Apud Edinburgh, 23 Dec.

REX confirmavit cartam Archibaldi com. Angusie domini Dowglas,—[qua concessit avunculo et consanguineo suo PETRO CARMICHAELL de Drone, et EUPHAMIE WYMES ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeoda-

tione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pet. quibuscunque,—terras de Craigpotie, in regalitate sua de Abirnethie, vic. Perth;—cum officio balliatus dicte regalitatis dicto Petro et heredibus ejus masc.:—REDDEND. dicto Arch. 12 mercas feudifirme:—TEST. Davide Geddes, Gilb. Geddes, Alex. Balyie, Wil. Maklowy, Tho. Liddell, M. Tho. Boyde preposito de Abirnethie:—Apud Edinburgh, 14 Jan. 1527]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 107.

29. Apud Halyrudhous, 24 Dec.

REX confirmavit cartam Andree Ker de Phairnehirst,—[qua,—cum consensu Willelmi Ker alias Kirkcaldy de Grange et Eliz. Lyoun ejus sponse pro eorum interesse, necnon Alexandri dom. de Spynie et Domine Jeanne Lyoun comitisse de Angus ejus sponse,—pro perimpletione contractus in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit M. EDWARDO BRUCE commendatario de Kinlos, et MAGDALENE CLERK ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione seu vitali redditu, et ROBERTO BRUCE eorum filio legitimo natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Pitkanye et Trowany, in baronia de Kingorne, vic. Fyiff:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Jac. Balmannow in Auchtertweill et Jac. Clerk de Balbirny:—TEST. Jo. Forret de Fingask, Jacobo Kay scriba, Jac. Forret de Borrowfeild, Jo. Dowglas, M. Jo. Provand preposito de Abirnethy, Jac. Clerk de Balbirny:—Apud Edinburgh, 20 Maii 1593]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Edw., dict. terras dictis Edw. et Magd. in conjuncta infeodatione et dictis Rob. &c. de novo dedit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 158.

30. Apud Halyrudehous, 25 Dec.

REX confirmavit cartam M. Davidis Makgill de Neisbet advocati sui, prepositi ecclesie collegiate de Dalkeith,—[qua,—cum consensu prebendariorum dicti collegii, necnon Willelmi com. de Mortoun dom. de Dalkeith &c., patroni ejusdem,—ad feudifirmam dimisit JACOBO DOWGLAS in Nethir Howdoun, et JONETE KINLOCH ejus sponse,—terras de Nethir Hawdoun, vic. Edinburgh;—quarum dictus Jac. et ejus predecessores legitimi tenentes fuerant ultra hominum memoriam:—TENEND. dictis Jac. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jac. quibuscunque, de dicto preposito:—REDDEND. 6 lib. 13 sol. 4 den. firme antique, et 3 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo M. Petro Kinloch de Alderstoun:—TEST. Alex. Dowglas uno clavigerorum ordinariorum, M. Petro Kinloch scriba, Georgio Dowglas servitore dicti comitis, Andrea Dalrumpill servitore dicti Dav., M. Wil. Kellie scriba:—Apud Edinburgh, 31 Mar. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 141.

31. Apud Halyrudehous, 25 Dec.

REX confirmavit [1] cartam quondam Georgii Home de Spott junioris,—[qua, cum consensu Georgii H. senioris de S., patris sui,—pro impletione contractus matrimonialis per dictum Geo. seniorem et Jeannam H. ejus filiam initi, 6 Jun. 1552, cum quond. Alexandro Home de Manderstoun et Alex. H. ejus filio et herede apparente,—vendidit dictis (quond.) ALEXANDRO HOME juniori, tunc de Manderstoun, et (quond.) JEANNE HOME ejus sponse,—orientalem partem terrarum de Duns-manis vocat. *the Elfhous* (sive Elfhoill) et Cawkelaw (olim Andree Mure assedat., postea per Simonem Hering, et post eum per dictum Geo. seniorem occupatam),—reservatis dicto Geo. seniori, heredibus ejus et assignatis, terris ex boreali latere longi prati (Langmedow) a via de *lie* Hayfurde versus occiden. vocat. Horslie et Blaklawbakis,—vic. Beruik;—de quibus terris dictus Geo. senior preceptum sasine eis tradiderat juxta tenorem carte desuper confiende, 20 Jul. 1552; quam cartam nunquam tradiderat:—TENEND. dictis Alex. et Jeanne et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter

eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. senioris quibuscunque, de regina Maria :—cum precepto sasine directo Alex. Home filio Willelmi H. de Prandergaist :—TEST. M. Alex. Colvill fratre germano abbatis de Culros, Jacobo Home filio Willelmi H. de Prandergaist, And. Home, Geo. H., ejus fratribus, And. Lennox servitore Alexandri Home de Manderstoun, M. Arch. Rantoun notario publico :—Apud Manderstoun, 10 Maii 1565]:—[2] cartam dicti Alex. H. de Manderstoun,—[qua, cum consensu (dicte) Jonete H. sponse sue,—pro perimpletione contractus inter se et Pat. Monylawis cautionarium suum ex una, et personas subscriptas ex altera partibus, in libris dominorum concilii registrand., de data apud Edinburgh, 16 Jul. 1584,—vendidit JOANNI COKBURNE de Ormestoun, et JONETE HOME ejus sponse,—terras suprascriptas (per dictum Pat. occupatas) :—TENEND. dictis Jo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de rege in alba firma :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. et Wil. Homes filiis dicti Alex., Edw. Home, Jac. Craig : —Apud Edinburgh, 21 Jul. 1584]:—(3) cartam (dicti) D. Joannis Cokburne de Ormestoun militis, justiciarie clerici,—[qua, —cum consensu Domine Jonete Home conjugis sue, necnon D. Georgii Home de Spott militis pro ejus interesse,—vendidit D. ALEXANDRO HOME de Snuke militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras suprascriptas (per Adam Story et Pat. Monylawis occupat.):—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme :— cum precepto sasine directo Pat. Home de Rayntoun :—TEST. (ad subscriptionem dicti D. Geo.) Jaspero Home de Lawfeild, Rob. Home in Crocerig, Bartolomeo Home juniore ; (ad subscriptiones dictorum Jo. et Jon.) And. Edmestoun juniore de eodem, Alex. Home de Wodeheid, Ric. Cas scriba : —Apud Lawfeild et Manderstoun, 30 Aug. 1593] :—INSUPER, pro bono servitio dicti D. Alex., dict. terras ei de novo dedit :— REDDEND. 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 142 (i).

32. Apud Halyrudhous, 26 Dec. REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.), — concessit GEORGIO WILLOK filio et heredi apparenti Joannis W. in Magdalene-chapell alias vocat. Chapeltoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —villam et terras de Magdalene-chapell alias Chapeltoun (ad patrimonium capellanie de Halyecroce infra ecclesiam cathedralem Brechinensem annexatas), in parochia ejusdem, vic. Forfer ;—quas M. Jac. Bannatyne scriba in favorem dicti Geo. resignavit ; et quas rex, — pro bono servitio dicti Geo., ac pro pecunie summis persolutis,—dicto Geo. de novo dedit, cum piscatione in aqua de Esk *lie* Willokishoill nuncupata, ac cum mora dict. terrarum et communi pastura in eadem consueta :— TENEND. de rege, loco dicti capellani de Halycroce, in feudifirma :—REDDEND. annuatim dicto capellano durante ejus vita, et post ejus decessum regi, 11 libras ; necnon duplicando unum terminum dicte feudifirme in introitu heredum ad dictas terras : —TEST. 65. 46. 47. 69. 33. 34. 49. 50. xxxix. 135.

33. Apud Halyrudhous, 26 Dec. REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.),—confirmavit cartam Joannis Kennedy de Blairquane, et Margarete Keith ejus conjugis,—[qua,—pro observatione contractus de data presentium,—vendiderunt THOME M'CLELLANE de Bombie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,—8 mercatas terrarum antiqui extentus de Kirkcristi, in baronia et parochia de Kirkcrist, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma :—REDDEND. annuatim 11 lib. ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Rob. M'Clellane de Nethirthird :—TEST. And. magistro Ochiltrie, Josia Stewart ejus fratre, Hugone Kennedy de Gervane-manis, Willelmo M'Clellane de Gelsoun, Tho. M'Clellane in Galtua, Wil. M'Clellane de Gregorie, Jo. Mekill notario publico :—Apud Balloch, 19 Oct. 1591] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 136.

34. Apud Halyrudhous, 26 Dec.
REX confirmavit cartam Jacobi Rossy feodatarii de eodem, — [qua vendidit PATRICIO ROSSY fratri suo germano, heredibus ejus et assignatis,—terras de Mylnetoun de Rossy cum duobus granorum molendinis, Stanelaw cum *lie outsettis*, terras dominicales de Rossy cum molendino vocato Hol-myne, terras de Westertoun de Rossy, terras de Monboy, cum moris, in baronia de Rossy, vic. Forfar:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Wil. Octerlony de Setoun:—TEST. Geo. Barclay de Matheris, Alex. Wod fratre germano Patricii W. de Bonyntoun, Hen. Barclay filio et herede apparente Joannis B. de Johnestoun, Davide Auchterlony filio Willelmi Ochterlony de Kellie, Jo. Smyth servo Davidis Rossy de eodem patris dicti Jac.:—Apud Edinburgh, 20 Oct. 1582]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 137.

35. Apud Halyrudhous, 26 Dec.
REX,—cum consensu &c. (19. 15. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit consiliario suo M. DAVIDI CARNEGIE de Culluthie, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque,—villas et terras de Addecat in baronia de Kethik (que olim fuerunt pars patrimonii episcopatus Brechinen.), tertiam partem terrarum de Balskelly in baronia de Barry (que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Balmerinoch), vic. de Forfar:—REDDEND. pro Addecat 5 lib. 6 sol. 8 den., cum 16 pultreis, pro Balskelly 6 lib., firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 12 lib. monete; ac tres sectas ad tria placita capitalia infra dictas baronias; et duplicando feudifirmas in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 138.

36. Apud Halyrudhous, 26 Dec.
REX confirmavit cartam quond. Wil. Meinzeis burgen. de Abirdeine,—[qua vendidit fratri germano suo ROBERTO MEINZEIS burgensi de Abirdeine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas de Bogholl, cum molendino, crofta molendinaria, terris molendinariis, multuris consuetis (nimirum totius baronie de *lye* Bischopischyre ex parte boreali aque de Doyne), in parochia Sancti Mauricii, vic. Abirdeine:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. annuatim 5 lib. 6 sol. 8 den., ½ martam, mutonem, 2 bollas hordei, 2 bol. avenarum cum pabulo, 12 capones, 12 pultreas, 40 den. pro bondagio, cum averagiis, careagiis et aliis servitiis debitis et consuet., et 10 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; necnon perimplendo omnia alia que dictus Wil. perimplere tentus est:—cum precepto sasine directo Gilb. Symesoun in Boghall:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. et Eliz. Cokburne sponse sue:—REDIMENDAS per dictum Wil. in propria persona viventem per solutionem (vel consignationem in manibus thesaurarii aut decani gilde dicti burgi) unius corone auree (*lie croune of the sone*) monete Francie sub premonitione 2 dierum:—TEST. Tho. Fowllartoun pistore, Pat. Ronaldsoun filio quondam Willelmi R., Jo. Schand, burgen. et incolis dicti burgi, Jac. Davidsoun, M. Tho. Mollisoun, notariis publicis:—Apud Abirdeine, 10 Jun. 1590]:—PRETEREA, post actum annexationis,—cum avisamento &c. (19. 12. 27. 16.),—dict terras &c. dicto Rob. Meinzeis de novo in feudifirma concessit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50. xxxix. 182.

37. Apud Halyrudehous, 27 Dec.
REX concessit M. JOANNI HAY filio primogenito Alexandri H. de Estir Kennet clerici registri, et MARIOTE DRUMMOND ejus sponse,—terras de Estir Kennet, cum tenentibus &c., necnon croftam in territorio et libertate ville de Clakmannane ex parte occidentali ecclesie ejusdem, duas partes tenementi nuncupati Baxteris-land ex parte boreali dicte ville, croftam *lie* Cruiket-croft, duas partes (alterius) crofte *lie* Cruiket-croft, cum graminis pastura in communia de Clakmannane consueta, terras de Craighill et Hiltoun-croft, annuum redditum 3 sol. 4 den. de terris quondam Jo. Arkill in dicta villa, superioritatem terrarum Gilberti Coustoun ex boreali dicte ville, ann.

red. 20 sol. de terris Jo. Smyth ibidem, superioritatem 9 acrarum de Ester Kennet que prius ad quond. Davidem Bruce de Westir Kennet pertinuerunt, vic. Clakmannane; — quas et quos dictus Alex. personaliter resignavit: — INSUPER rex, —intelligens partem de Ester Kennet ex antiquo in feudifirma tentam esse pro solutione 3 sol. annuatim, quamquam ob negligentiam proprietariorum dicte terre retornate fuerunt per servitium warde tenend.,—pro bono servitio dictorum Alex. et Jo., dict. terras &c. quitteclamavit; et omnes incorporavit in unam tenandriam, ut unica sasina apud maneriem de Estir Kennet suscipienda pro omnibus staret:— RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:— TENEND. dictis Jo. et Mariote eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Jo. de corpore procreatis, quibus deficientibus, Danieli H. ejus fratri germano, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., M. Alexandro H. ejusdem fratri germano, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, in feudifirma:— REDDEND. annuatim 40 solidos:—et quia heredes fem. dicti Jo. a dictis terris &c. excluse sunt, heres masc. per provisionem tallie succedens obligatus est, immediate post decessum dicte Mar., persolvere filie natu maxime dicti Jo. 3000 merc., et unicuique reliquarum 2000 merc., ad earum honesta maritagia; et nullo modo haberent ingressum quoad dicte summe essent persolute aut securitas pro eis facta:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 128.[1]

38. Apud Halyrudhous, 27 Dec.
REX dedit literas legitimationis JACOBO GORDOUN bastardo, filio naturali quondam Jacobi G., servitori Joannis Kennedy de Blairquhane. xxxix. 184.

39. Apud Halyrudehous, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Joannis Glendoning de Drumrache,—[qua concessit JOANNI GLENDONING nepoti suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 mercatas terrarum de Drumrasche, 5 librat. de Trallallane, antiqui extentus, cum molendinis granorum et fullonum earundem, et cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Partoun, in parochia de P., senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. de rege: —cum precepto sasine:—RESERVANDO dicto Jo. seniori liberum tenementum; necnon Eliz. Gordoun conjugi sue, pro ejus vita, 50 solidat. de Trallallane in quibus in conjuncta infeodatione infeodata est, et rationabilem tertiam reliquarum cum contingeret: —TEST. M. Rob. Glendoning, Alex. G., Wil. G., filiis dicti Jo. senioris, Jo. Hillow, Jo. Charteris, servitoribus dicti Jo. G. senioris: —Apud Drumrasche, 22 Nov. 1593]:— INSUPER, pro bono servitio, dictas terras quitteclamavit:—TEST. 65. 46. 47. 69. 33. 34. 49. 50. xxxix. 174.

40. Apud Halyrudehous, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri M'Ghie de Balmaghie,—[qua,—pro observatione contractus inter se ab una, et Jo. Glendoning de Drumrasche, M. Rob. G., Alex. G., Wil. G., ejus filios, ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto JOANNI GLENDONING in libero tenemento, dicto M. ROBERTO GLENDONING, heredibus ejus quibuscunque et assignatis, hereditarie,—10 solidat. terrarum antiqui extentus ex $2\frac{1}{2}$ mercatis suis de Barnbord, in parochia de Balmaghie, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Geo. Sloane in Levingstoun:—TEST. Rob. Aschennane de Dunjope, Jo. Sinclare servitore dicti Alex., Geo. et Jacobo Glendoningis, Joanne Mekle notario publico:—Apud Drumrasche, 13 Nov. 1592]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 175.

41. Apud Halyrudehous, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri M'Ghie

[1] This charter contains the following names of adjoining owners in or near Clackmannan:— umquhile Sir David Bruce of Clakmannane, knight, Joh. Proud, Joh. Methven, Wil. Michaell, Pat. Clerk, And. Methven, David Canny.

de Balmacghie,—[qua,—pro observatione &c. (*ut in carta* 40),—vendidit JOANNI GLENDONING de Drumrasche in libero tenemento, et ALEXANDRO GLENDONING ejus filio hereditarie, heredibus ejus quibuscunque et assignatis,—10 solidatas terrarum antiqui extentus ex suis 2½ mercatis de Barnbord, in parochia de Balmacghie, senesc. Kirkcudbrycht :—Tenend. de rege :—cum precepto sasine directo Geo. Gordoun in Candudzell et Geo. Sloane in Levingstoun :—Test. Rob. Aschennan de Dunjop, Jo. Sinclare servitore dicti Alex., Geo. et Jac. Glendoningis, Joanne M'Kie notario publico: — Apud Drumrasche, 13 Nov. 1592] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 176.

42. Apud Halyrudehous, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri M'Ghie de Balmacgie, — [qua,—pro observatione &c. (*ut in carta* 40),—vendidit JOANNI GLENDONING de Drumrasche in libero tenemento, et GULIELMO GLENDONING ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—mercatam terre antiqui extentus ex suis 2½ mercatis de Barnebord, in parochia de Balmacghie, senesc. Kirkcudbrycht:—Tenend. et cum precepto sasine *ut in carta* 41 :—Test. Rob. Aschinnane de Dunjope, Jo. Sinclare servitore dicti Alex., Jac. Glendoning et Geo. G. filiis dicti Jo. G., Jo. Mekle notario publico :—Apud Drumrasche, 13 Nov. 1592] : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 177.

43. Apud Halyrudehous, 16 Jan.
REX confirmavit cartam factam per Alex. Logane de Rais et Jo. L. ejus nepotem et heredem apparentem cum consensu dicti Alex. tanquam ejus legitimi administratoris et tutoris, et cum consensu Egidie Pollok relicte Gabrielis L. filii et heredis apparentis dicti Alex. et matris dicti Jo., et cum consensu Joannis Pollok de eodem fratris germani dicte Egid. pro ejus interesse,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendiderunt ROBERTO SEMPLE de Kirkland, et ANNE SEMPLE ejus sponse,—33 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus de terris de Calderwode vocat. Calderwode-Logane, in baronia de Kilbryde, vic. Lanerk :—Tenend. dictis Rob. et An. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. et assignatis quibuscunque, de rege tanquam principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine directo Gabrieli Semple de Cathcart :—Test. Jac. Logane in Auldbar, Gabriele L. ejus filio legitimo, Tho. Maxwell de Southebar, Jo. Mure in Wall, Hectore Stewart in Rais, Geo. S. ejus filio legitimo, Jac. Inglis incola Pasleti scriptore carte :—Apud Pasletum, 7 Nov. 1593] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 150.

44. Apud Halyrudhous, 16 Jan.
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.), —ad feudifirmam dimisit WILLELMO BANNATYNE de Gairsay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 denariatas terrarum de Midhowsis in Evie, 3 den. de Cottiskart in Rindell, 2 den. de Nestahall in Gairsnes in Rindell, 12 mercat. in *lie* Fair-yle, 3 den. in Avilschaw in Rowsay, 1 den. in Langskaill in Rowsay, 1 den. in Knairstane in Rowsay (omnes prius pertinentes ad prebendariam S. Petri in Orcadia), 3 den. de Knairstane in Rowsay in parochia ejusdem (ad vicariam de Rowsay spectantes), 4 den. in Orkquill,—reservatis 4 acris terrarum, cum domo vocata Schyr-Archibaldis-hous, ministro seu lectori apud ecclesiam de Evie pro ejus gleba et mansione,—3 den. de Cluik in parochia de Evie, 1½ den. de Inverrair in parochia de Rindell (omnes prebendarie de Widweik et vicariis de Evie), edificium et tenementum terre (ex antiquo pertinen. ad altare S. Salvatoris in Orcadia) in *lie Midtoun* de Kirkwall (inter terras Hen. Halcro, terram vastam heredum quondam Laurentii Sinclar, terras Wil. Morestoun, torrentem *lie Strand*), vic. (Orknay) :—Reddend. pro Midhowsis barelam butyrie Orcadie, pro Cottiskart barelam butyrie, pro Nestahall ½ barelam butyrie, pro Fair-iyle barelam butyrie, cum nummo aureo *ane croun* (vel 30 sol.), pro Avilschaw 6 meillas polente *lie malt* et 14 sol. monete, pro Langskaill 5 meillas polente, pro Knairstaine 8 meillas polente et 8 meillas carnis, pro firmis

antiquis, et 3 sol. 8 den. augmentationis; pro Orkquill barelam butyri, pro Cluik 1½ barelas butyri, pro Inverair 3 meillas polente et 3 meillas carnis, pro firmis antiquis, et 6 sol. 8 den. augmentationis (vel pro qualibet bolla butyri 3 lib., pro meilla polente 5 sol., pro meilla carnis 3 sol.); pro edificio &c. 5 sol. devorie antique, et 20 den. augmentationis; in toto 28 lib. 4 sol.; necnon duplicando dictam summam in introitu heredum:—PRETEREA rex omnes dict. terras &c. in unam tenandriam incorporavit, ut unica sasina apud domum de Cottiskart in Rindell capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 236.

45. Apud Halyrudhous, 18 Jan.

REX confirmavit cartam Davidis Sinclar de Blans,—[qua, cum consensu Mariote Lawder conjugis sue,—pro impletione contractus matrimonialis, in libris dominorum concilii registrari continen., de data apud Hadingtoun, 16 Dec. 1593,—vendidit WILLELMO SINCLAR filio suo legitimo natu maximo, et MARGARETE BROUN ejus sponse affuture, filie legitime Patricii B. de Colstoun,—orientalem dimedietatem terrarum de Blans cum manerie, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Wil. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de rege:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dictis Dav. et Mar.:—cum precepto sasine directo Jo. Cokburne de Kirkland:—TEST. Joanne Cokburne de Kirkland, Jacobo Cokburne preposito de Hadingtoun, Jo. Sinclar filio dicti Dav., Pat. Broun, Rob. Pannango, servis domini Colstoun, Alex. et Jo. Symsonis notariis:—Apud Blans, 3 Jan. 1593]:—PRETEREA rex,—recordans servitium sibi et progenitoribus suis per dictum Dav. et ejus predecessores ex quibus linealiter descendit impensum, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dictis personis de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 180.

46. Apud Halyrudhous, 18 Jan.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.),—concessit DAVIDI FORRESTER burgensi de Striveling, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et domos cum horto ex boreali latere torrentis decurrentis juxta ecclesiam de Logy (que olim ad quondam D. Wil. Alexander clericum parochialem de Logy pertinuerunt), vic. Strivelinge; — quas quotidianus regis servitor Jac. Bog, filius Georgii B. regii cellarii cervisie custodis, pro hoc infeofamento conficiendo personaliter resignavit:—REDDEND. 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 189.

47. Apud Halyrudhous, 20 Jan.

REX ratificavit literas obligatorias (in parliamento tento 5 Jun. 1592 approbatas) per Jac. IV. regem sub ejus signeto et subscriptione manuali factas familiari ejus servitori quondam Roberto Borthuik machinarum seu bombardarum fusori et fabricatori, patri Francisci B. portionarii de Ballincreiff, de data apud Edinburgh, 18 Feb. 1510, an. reg. 23,—gerentes quod dictus rex, posteaquam dictum Rob. hereditarie in feudifirma infeodaverat in terris subscriptis, pro annua solutione 6 celdrarum 12 bollarum tritici, 1 celd. 12 bol. ordei, 9 lib. monete, perpendens bonum servitium dicti Rob. in regis tormentis fabricandis et reparandis, obligatus fuit renovare dictum infeofamentum in proximo parliamento et inibi dictum Rob. infeodare pro uno den. albe firme; et interea feudifirmas dict. terrarum remisit; qui rex in conflictu de Flowdoun decessit ante dictam renovationem:—et, ex ordinatione parliamenti,—cum consensu &c. (18.),—concessit JOANNI BORTHUIK, filio legitimo natu maximo dicti Franc.,—dimedietatem terrarum dominicalium de Ballincreiff (olim per Jac. Reidhewch, tunc per dictos Franc. et Jo. occupatam), cum molendino desuper edificato, multuris et sequelis, et mansionibus, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. inter eum et Jonetam Heriot ejus sponsam legitime procreatis, quibus defici-

entibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Jo. quibuscunque, arma et cognomen de Borthuik gerentibus :—REDDEND. unum den. albe firme :—RESERVANDO et disponendo dicto Franc. liberum tenementum orientalis dimedietatis dicte dimed., cum principali mansione, horto et columbario, et dimed. de *lie Oxen-midow* in occidentali parte dict. terrarum, et dicti molendini cum 2 acris molendinariis adjacentibus, pro solutione unius den. albe firme ; necnon dicte Jonete vitalem redditum occidentalis dimed. ejusdem dimed., pro solutione unius den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 188.

48. Apud Halyrudehous, 24 Jan. REX confirmavit cartam Willelmi Mure de Rowallan,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Wil. M. filium suum et heredem apparentem ab una, Hugonem Montgomery de Hessilheid et Eliz. M. ejus filiam legitimam ab altera partibus, de data apud Hessilheid, 23 Sept. 1592, — vendidit dicte ELIZABETHE MONTGOMERY (sponse dicti filii sui), in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—40 solidatas terrarum antiqui extentus de Glassoch (per Wil. Smyth, Tho. Kendy, Rob. Pawtoun, Hugonem Torrens occupat.), 5 mercatas ant. ext. de Warnokland (per Geo. Lauchlandis seniorem et juniorem, Hugonem Gilmure, Jo. et Adamum Muris occupat.), in baronia de Rowallan, balliatu de Cunynghame, vic. Air ; necnon,—in plenariam contentationem ejus tertie terrarum et baronie de Rowallan cum contingeret,—binam partem 5 mercatarum de Darsalloch cum prato, terras dominicales de Newhall cum manerie loco (per Mariotam Conynghame matrem dicti Wil. senioris occupat.), 23 sol. 4 den. nuncupat. Brumehill, 5 sol. nuncupatas *the Kill* (per Rob. Myllar, Jo. et Tho. Quhytis occupatas), mercatam terre in fine occidentali de Ridding (per Tho. Biggart occupat.), in dictis baronia &c. :—TENEND. de rege :—TEST. Jo. Montgomery de Auchinbothy, Tho. Nevin juniore de Monkridding, Rob. et Wil. Muris servis dicti Wil. senioris :—Apud Hessilheid, 2 Feb. 1592] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 142 (ii).

49. Apud Halyrudehous, 24 Jan. REX confirmavit cartam Willelmi Mure de Rowallan,—[qua concessit JONETE MAXWELL conjugi sue, in vitali redditu, —43 solidat. 4 den. terrarum de Tannochill et Ruchesyd, 5 mercat. ejusdem extentus de Damustirnok cum loco et manerie, in baronia de Rowallan, balliatu de Conynghame, vic. Air :—PROVISO quod si dicta Joneta post decessum dicti Wil. secundas nuptias iniret, 13 bollas hordei per heredes dicti Wil., necnon 13 bollas farine avenatice per proles inter dictos Wil. et Jon. procreatos (equaliter inter eos qui eo tempore minime portionati seu forisfamiliati existerent), quibus tempore secundarum nuptiarum deficientibus, per heredem dict Wil., de dictis terris annuatim levandas perderet :—TENEND. de rege : —TEST. Jacobo Mure fratre naturali dicti Wil., Gilb. Mure famulo dicti Wil., Jo. Glasfurd, Mich. Wallace notario publico :—Apud Rowallan, 1 Sept. 1592] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 143.

50. Apud Halyrudehous, 24 Jan. REX confirmavit cartam factam per Jo. Carnegy de eodem, Catherinam Fothringhame ejus conjugem, Rob. C. filium et heredem apparentem dicti Jo.,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendiderunt JOANNI PERSOUN burgensi de Dundie, et MARGARETE CARNEGY ejus conjugi,—terras et villam de Eister Liff, cum *lie bakseattis* &c., in regalitate de Scona, vic. Forfare ;—necnon, in speciale warrantum earundem, suam occidentalem dimidietatem terrarum et ville de Ballinbreich, cum molendino et terris molendinariis, in dominio de Breichin, vic. Forfare :—TENEND. dictis Jo. P. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. P. quibuscunque, absque redemptione, de rege in feudifirma :—REDDEND. annuatim pro Estir Liff 10 libras 13 sol., cum 8 bollis frumenti, 2 celdris 4 bollis ordei, 4 bollis avenarum cum pabulo, 18 caponibus, 24 pultriis, cum aliis devoriis et servitiis in principali carta contentis ;

pro Balnabreich 14 merc., cum aliis servitiis in infeofamento contentis si que essent :—cum precepto sasine directo Joanni Smyth olim in Blaknes :—TEST. Jo. Traill, Geo. Mudy, burgensibus de Dundie, Jo. Smyth, Rob. Weddirburne, Jac. Mylne, connotariis, M. Alex. Weddirburne scriba curie dicti burgi, Jo. Auchinlek ejus servo :—Apud Neubigging et Dundie, 12 Maii 1592] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 186.[1]

51. Apud Halyrudhous, 25 Jan.
REX concessit ALEXANDRO ELPHINGSTOUN, filio legitimo seniori Alexandri magistri de Elphingstoun,—villam et burgum de Kyldrymmy, cum firmis burgalibus, annuis redditibus, terris et rodis burgalibus, cum *lie* Borrowhauch, Auchinvany et Gallowhillok, partibus et pendiculis dict. terrarum burgalium, cum fortalicio et manerie, in comitatu de Mar, vic. Abirdeine;—quas dictus Alex. senior in favorem dicti Alex. junioris resignavit :—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Alex. senioris, de novo erexit dict. villam &c. in liberum burgum baronie, BURGUM DE KYLDRYMMY nuncupandum; cum potestate dicto Alex. ballivos, thesaurarium, decanum gilde, consules, burgenses, officiarios, serjandos &c. eligendi et removendi; et cum potestate burgensibus ad *lie pak*, *peill*, emendum et vendendum &c.; necnon cum potestate dicto Alexandro habendi in dicto burgo crucem foralem, et forum hepdomadatim die Sabbathi, cum liberis nundinis ter in anno, viz. ad diem S. Barnabe 11 Jun., ad Vincula Petri 1 Aug., ad festum Omnium Sanctorum 1 Nov., cum privilegio cujuscunque nundine forum tenendi pro 4 diebus, ac custumas earundem pro dicti burgi sustentatione colligendi; necnon cum potestate dicto Alex. resignationes terrarum &c. recipiendi et easdem disponendi, curias burgales hepdomadatim die Mercurii tenendi &c. :—TENEND. dicto Alexandro juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Alex. seniori et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Alex. seniori et heredibus ejus masc. propinquioribus et legit. quibuscunque, cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus :—REDDEND. 46 sol. 8 den. feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 199.

52. Apud Halyrudehous, 26 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Ramsay, rectoris ac vicarii perpetui ecclesie parochialis de Foulden,—[qua,—cum consensu Joannis Ramsay de Dalhoussy, patroni dicte ecclesie,—ad feudifirmam dimisit WILLELMO RAMSAY incole ville de Newbottill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas dict. rectorie et vicarie, cum manerie, extendentes ad 3 terras husbandias, jacen. *lie rynrig* infra villam de Foulden, cum mercata vocata *the Park* jacente insimul, et cum pastura 42 summarum animalium et 7 equorum super communia infra bondas de Foulden, in baronia de F., vic. Beruik :—REDDEND. annuatim dicto rectori et vicario 5 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Rob. Fair :—TEST. Davide Lumsden in Coldinghame-Rikkilsyde, Wil. Ramsay fratre germano dicti Alex., M. Jo. Furde advocato, Cornelio Tennent ejus servitore, Jo. Graden portionario de Ernislaw, M. Geo. Ramsay decano de Restalrig :—Apud Edinburgh, 27 Nov. 1583] :—INSUPER suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 149.

53. Apud Halyrudhous, 26 Jan.
REX confirmavit cartam Niniani Adair de Kinhilt,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se ab una, et Jo. Dumbar apparentem de Mochrum, cum consensu Joannis Kennedy de Blairquhane et quondam Willelmi Cunynghame de Capringtoun et Thome Makalexander de Crosclayis ejus curatorum pro eorum interesse, ab altera partibus, de data apud Edinburgh 16 Feb., in libris concilii registrat. 17 Feb., 1583,—vendidit dicto JOANNI DUMBAR, tunc de Mochrum, heredibus ejus et assignatis,—5 mercatas terrarum de Callowglas, 5

[1] The confirming clauses only mention the special warrandice lands; the grant of Eister Liff is engrossed in the confirmed charter, but not mentioned in the actual confirming clauses.

mercat. de Garcherie, 20 solidatas de Gargowrie, in baronia de Mochrum-loch, vic. Wigtoun :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Willelmo Adair de Kinhilt juniore, Willelmo Weir scriba in Edinburgo, Wil. Gadner, Duncano M'Kie, servitoribus dicti Niniani, Jacobo Muir de Drumskeoch :—Apud locum de Drummoir, 11 Nov. 1593] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 187.

54. Apud Halyrudhous, 26 Jan.

REX confirmavit GEORGIO ROS de Hanyng, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo., cognomen et arma de Ros gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras de Hanyng, Paroche, Over-Lone, Nethir-Lone, Bruceroddingis et Wraithis, cum fortalicio, molendinis, silvis, piscationibus, extenden. ad 20 libratas terrarum antiqui extentus, in baronia de Gastoun, balliatu de Kylstewart, vic. Air ;—quas idem Geo. resignavit; et quas rex,—pro bono servitio, et pro compositione persoluta,—ei (de novo) dedit, cum octava parte communitatis more de Gastoun et quarta parte communitatis de Lefnok (vel Cesnok) vocate Lefnok-communitie, que partes dict. terrarum fuerant ultra hominum memoriam;—et omnes incorporavit in unam baroniam de Hanyng-Ros, ut unica sasina apud maneriem de Hanyng capienda pro omnibus staret :—REDDEND. unum par alborum calcarium, pretio 4 den., nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 198.

55. Apud Halyrudehous, 30 Jan.

REX, confirmavit cartam Joannis Mwnfoide de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Hugonem M. filium suum et heredem apparentem ab una, Wil. Wallace de Ellerslie et Grisillidam W. ejus filiam (legitimam) ab altera partibus, de data apud Glasgow, 23 Apr. 1571,—vendidit dicte GRISSILLE WALLACE, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—5 mercatas terrarum antiqui extentus vocatas Gryfis-castell et Scawart-Munfoide (per Tho. Snoddie, Jo. Kelso, Jonetam Haltanrige occupat.), in parochia de Killilane, vic. Renfrow ;—necnon, in speciale warrantum earundem, 4 mercatas ant. ext. terrarum dominicalium de Mwnfoide cum fortalicio, 2 mercatas ant. ext. vocat. Hieliebray, ½ mercat. vocat. Raschelie (per Cuthbertum Wylie et Jo. Mwnfoide occupat.), in parochia de . . . . . , balliatu de Cunnynghame, vic. Air :—RESERVANDO dicto Jo. M. de eodem, pro ejus vita, 16 bollas farine cum mensura de Cunynghame et 4 bollas farine cum mensura de Renfrew de firmis dict. terrarum principalium :—TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine directo Willelmo Wallace de Auchinchloich :—TEST. Jac. Boyde de Hillerhill, Joanne Grahme burgen. de Glasgow, Rob. Stewart fratre germano Joannis S. de Halrig, Georgio Elphingstoun vitri fabro :—Apud Glesgw, 3 Maii 1571] :—TEST. 65. 46. 47. 69. 33. 34. 49. 50. xxxix. 108.[1]

56. Apud Striviling, 2 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI EDMONDSTOUN, filio et heredi apparenti Andree E. feodatarii de eodem,—terras et baroniam de Ednem, cum fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione hospitalis de Ednem, vic. Roxburgh ; terras de Ryislaw, cum tenentibus &c., terras de Lytile Blakburne, vic. Beruik ; tertiam partem terrarum et molendini de Nudrie-Merschell, cum manerie ejusdem, pratis, tenentibus &c., vic. Edinburgh ; officium coronarie Lowdonie, viz., ab Avynnis-brig ad Colbranspeth, cum feodis &c. ; terras de Barnyngtoun, Bairleyis et Berryloche (intra bondas specificatas), in dominio et regalitate de Kelso, vic. Roxburgh ;—que baronia fuit D. Joannis Edmondstoun de eodem militis et ejus predecessorum, terre de Ryislaw &c. fuerunt dicti D. Jo. in vitali redditu et dicti Andree in feodo, dictum officium fuit dicti D. Jo. et ejus predecessorum a tempore primi infeofamenti eis per Davidem regem desuper

[1] The confirming clauses do not mention the special warrandice lands.

concessi, terre de Barnyngtoun &c. fuerunt dicti And.; et quas omnes dicti D. Jo. et And. respective pro hac carta conficienda resignaverunt: — RESERVANDO liberum tenementum dict. baronie et officii dicto D. Jo., et post ejus decessum dicto Andree; liberum tenementum ceterarum dicto And.: —ULTERIUS rex erexit dict. terras &c. de Ryislaw, Lytill Blakburne et Nudrie-Merschell in liberam baroniam de Nudrie-Edmondstoun, ordinando maneriem ejusdem fore principale ejus messuagium:— TENEND. dicto Joanni juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto And. heredibusque masc. ejus de corpore legit. procreandis reversuras, quibus def., Patricio E. de Natoun fratri germano dicti D. Jo., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti And. quibuscunque, cognomen et arma de Edmondstoun gerentibus:—REDDEND. pro baronia de Ednem unum den. argenti nomine albe firme; pro baronia de Nudrie-Edmondstoun servitium warde &c.; pro dicto officio servitium ejusdem; pro Barningtoun &c. 20 libras feudifirme, ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—INSUPER rex,—quia terre de Ryislaw et Lytil-Blaikburne fuerunt maxima pars baronie de N., et apud orientales partes regni extranee invasioni exposite jacuerunt, et pro bono servitio D. Joannis Cokburne de Ormestoun militis justiciarie clerici, avi dicti Jo. E. minoris (ex quondam Alisona C. ejus filia legitima nati),— taxavit dicte baronie de N. wardam ad 100 mercas annuatim, relevium ad 100 merc., maritagium ad 500 merc.:—RESERVANDO dicto Andree potestatem infeodandi ejus sponsam vel sponsas ducendas in dicta baronia de N. (exceptis carbonibus de Nudrie-Merschell); sub conditione quod dicta sponsa post mortem dicti Andree teneretur dict. terras de Ryislaw et Lytill Blaikburne dictis Jo. juniori et heredibus assedare (si dicti Jo. &c. velint) pro 20 celdris victualium annuatim (viz. 15 celd. farine avenatice et 5 celd. ordei), dictis Jo. &c. fidejussorem in libris concilii insertum pro dicta solutione invenientibus, cum cautela in assedatione continenda, quod, si bellum exoriretur inter regna Scotie et Anglie aut alicujus extranee nationis, ita ut dicte terre evastarentur, dicti Jo. &c. non astringerentur in solutione nisi que proficuis relatis corresponderet, viz. pro dimedio proficuo dimediam solutionem &c.:—AD HEC rex ordinavit dictum And. solutionem prestare dicto Jo., cum etatem 7 annorum completorum attigisset, pro ejus in scolis educatione et alimento, 300 mercarum annuatim quoad ad 14 annos completos pervenisset, et deinceps 600 merc. usque quo etatis 21 annorum completorum extitisset; quibus 21 annis elapsis, et dicto Jo. matrimonium cum parte equali contrahere cupiente, rex ordinavit dictum And. consensum adhibere infeodande dicti Jo. sponse, in conjuncta infeodatione aut vitali redditu, in terris statui domine familie de Edmondstoun competentibus et ejus doti (usui dicti And. applicande) correspondentibus:—POSTREMO non liceret dicto Jo. dict. terras &c. neque earum partem alienare absque consensu D. Jacobi Edmondstoun de Duntraith militis, dictorum Pat. Edmondstoun et D. Joannis Cokburne, et M. Samuelis Cokburne de Tempill, et eorum heredum, conjunctim: —TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50.

xxxix. 93.

57. Apud Strivilinge, 2 Feb.

REX, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, concessit DAVIDI MURRAY filio legitimo Caroli M. de Cokpule, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— terras de Eist Fentoun communiter nuncupatas Fentoun-toure vel Over Sydserfe, cum fortalicio et manerie loco, in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—que regi devenerunt ratione recognitionis, bastardie aut forisfacture diversarum personarum ad quas eedem prius pertinuerant; et per diversa parliamenti acta ad regem pertinere declarate erant:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxix. 197.

58. Apud Striviling, 4 Feb.

REX confirmavit cartam Patricii M'Kie de Larg,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et And. Agnew vicecomitem de Wigtoun, de data apud Wigtoun, 3

Aug. 1591, — concessit KATHERINE AGNEW sorori dicti And., in vitali redditu,—2 mercatas terrarum de Largsprag, 1 mercat. de Merk alias Coiff, 15 sol. de Drumnacht aut eocirca, 5 sol. de Polberboy (vel Polbrekboy), antiqui extentus, in parochia de Monygoiff, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. de dicto Patricio, ac de rege confirmatione aut resignatione, optione dicte Kath. :—REDDEND. dicto Pat. unum den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Roberto Weir in Tonotrid :—TEST. Gulielmo M'Culloch de Cardynes, Andrea Agnew vicecomite de Wigtoun, Rob. Gordoun de Barnerny, Pat. Herroun, Jo. Mure notario :—Apud Mongoff, 9 Dec. 1592] :— NECNON cartam Alexandri Gordoun de Barskeoch, —[qua, —pro impletione contractus inter se ab una, dictos And. et Kath. ab altera partibus, de data apud Lochnaw, ... 1592,—concessit dicte Kath. Agnew, tunc sponse sue, in vitali redditu,—10 mercat. terrarum ant. ext. de Portincrokie (vel Portincorkie) et Corrochtie, in parochia de Kirkmadin in Rynnis, vic. Wigtoun :— REDDEND. regi jura et servitia consueta :— TEST. Quintigerno Agnew in Glaik, Tho. Kirkpatrik servitore dicti Alex., Joanne M'Culloch in Torhous, Jac. Gloffar notario publico :—Apud Lochnaw, 13 Jul. 1593]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 147.

59. Apud Striviling, 5 Feb.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 10. 6. 27.),—in feudifirma disposuit FERQUHARDO MUNRO portionario de Lytill Kyndyce, et KATHERINE M'CULLOCH ejus conjugi,—terras de Myd-Aldy, cum molendino, terris molendinariis, multuris, sequelis, infra libertatem burgi de Tayne, vic. Invernes; parvam croftam *lie* Croftgorthie ad borealem occidentalem partem dict. terrarum adjacen., peciam terre ex orientali parte ville de Tayne (inter terras ville de Scurdie ex orien., viam regiam ex occiden., *lie* Royfaid vulgariter Preistisland nuncupatam ex boreali, aquam de Aldy ex australi partibus);—que olim fuerunt pars terrarum temporalium episcopatus Rossen. : —TENEND. dictis Fer. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Fer. quibuscunque :— REDDEND. annuatim pro Mid-Aldie $2\frac{1}{2}$ libras cere (vel pro qualibet libra 9 sol.), et 6 den. augmentationis; pro Gorthie-croft 40 den., et 4 den. augmentationis; pro dicta pecia terre 40 den., et 4 den. augmentationis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 148.

60. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REX confirmavit cartam Thome Ottirburne de Reidhall,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis inter Jo. dom. Thirlestane cancellarium Scotie, Jo. Cokburne de Clerkingtoun, D. Ric. C. ejus filium feodatarium de Clerkingtoun et secretarium regis, ab una, M. Georgium Lawder de Bas, dictum Tho., Mariotam Lawder sponsam suam, ab altera partibus, de data 22 et 28 Jan. 1593,—cum consensu dicte Mar., vendidit THOME OTTIRBURNE juniori, filio suo unico legitimo, et MARIOTE COKBURNE ejus future sponse, filie legitime dicti Jo. C., eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignat. dicti Tho. junioris quibuscunque,— terras de Reidhall, cum fortalicio et silvis, in parochia de Haillis, vic. Edinburgh;— necnon dicto Tho. juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Gorgie, cum molendino, terris molendinariis, multuris, in parochia S. Cuthberti, baronia de Renfrew per annexationem, vic. Edinburgh; terras de Reidheuchis, in parochia de Currie, vic. Edinburgh :—RESERVATIS dicto Tho. seniori vitali redditu de Grogie, dictis Tho. seniori et Mar. L. vitali redditu de Reidheuchis :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta : —TEST. Georgio Lawder rectore de Naway, Mauricio Lawder, Rob. Lawder, burgensibus de Dumbar, M. Jacobo Birgie, Tho. Schortes, servitoribus dicti Tho. O. senioris : —carta scripta per Wil. Cauldwell servitorem Adami Cowper scribe in Edinburgo :

—Apud Edinburgh et Auldhame, 2 et 4 Feb. 1593] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xl. 155.

61. Apud Strivilinge, 8 Feb.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma locavit JOANNI CRYSTESOUN, filio et heredi quondam Stephani C. filii et heredis quond. Willelmi C. in Corntoun,—decimamsextam partem ville et terrarum de Cornetoun (per dictum Jo. et ejus subtenentes occupatam), in villa et territorio de C., dominio de Strivilingschyre, vic. Strivilinge ;—cujus dict. Jo. ejusque pater et eorum predecessores nativi tenentes et rentellarii fuerant ultra hominum memoriam :—TENEND. dicto Jo., heredibus ejus masc. et assignatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : —REDDEND. annuatim 3 bollas 3 firlotas frumenti, 3 bollas 3 firl. ordei, 2 bollas avenarum, cum arreagiis et carreagiis debitis et consuet., 4 sol. monete, et 4 sol. nove augmentationis ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 192.

62. Apud Striviling, 8 Feb.
REX,—cum consensu &c. (18.), — in feudifirma locavit JOANNI KEMP, filio et heredi apparenti Jacobi K. et Mariote Sorlie ejus sponse, in villa de Athra commoran.,—⅔ quarte partis extenden. ad nonam partem ville et terrarum de Cornetoun (per dictum Jo. et ejus subtenentes occupat.), in villa et territorio de C., dominio de Strivilingschyre, vic. Striviling ;—quarum dictus Jo., ejus pater et mater eorumque predecessores fuerant nativi tenentes ultra hominum memoriam : —TENEND. dicto Jo., heredibus ejus masc. et assignatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 6 bollas 1 firlotam frumenti, 6 bol. 1 firl. ordei, 3 bol. 1 firl. 1⅓ peccas avenarum, 6 sol. 8 den. monete, et 6 sol. 8 den. nove augmentationis ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; et faciendo politiam in edificatione hortorum et plantatione arborum solo correspondentem :—SALVIS regi piscationibus salmonum, *lie girsilis* et *smoltis*, necnon carbonibus et carbofodinis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 193.

63. Apud Castrum de Striviling, 8 Feb.
REX,—cum consenu &c. (18.),—in feudifirma locavit THOME YOUNG, filio et heredi quondam Andree Y. in Cornetoun, —⅔ quarte partis extenden. ad nonam partem ville et terrarum de Cornetoun (per dictum Tho. et ejus subtenentes occupat.), in villa et territorio de C., dominio de Strivilingschyre, vic. Striviling ;—quarum dictus Tho., ejus pater eorumque predecessores fuerant nativi tenentes ultra hominum memoriam :—TENEND. dicto Tho., heredibus ejus masculis et assignatis, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum absque divisione :—REDDEND. et SALVIS *ut in carta* 62 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 194.

64. Apud Striviling, 11 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.), —confirmavit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit ROBERTO DURIE feodatario de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ville de Scottiscraig, terras de Sandiehillis cum cuniculariis, 5½ acras terrarum, cum *lie cothowsis* et *brewhows*, in dominio de Scottiscraig, regalitate S. Andree, vic. de Fyiff; terras de Cunyeoquhy, terras capellas Leonardi vulgo *the Chapellandis* de Cunyeoquhye, in dominio de Monymaill, regalitate et vic. antedictis;—quas, olim de archiepiscopo S. Andree tentas, idem Rob. in favorem suum resignavit: — INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta dicto Roberto aut ejus predecessoribus desuper concessa ; et voluit quod unica sasina apud maneriem de Scottiscraig capienda pro omnibus staret :— REDDEND. annuatim pro Scottiscraig &c. 60 lib. 11 sol. 8 den., et 4 bollas pisarum, necnon tres sectas ad tres curias capitales S. Andree; pro Conyeoquhy &c. 10 bollas 2 firlotas frumenti, 22 bol. ordei, 10 bol. 2 firl. farine avenatice, 42 capones, 6 pultreas, 21 lib. 5 sol. 7½ den. monete, cum servitiis debitis et consuet., ac tres sectas ad tria placita capitalia apud S. Andream ; necnon duplicando feudifirmam

pecuniariam in introitu heredum sive assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 153.

65. Apud Striviling, 12 Feb.
REX,—cum consensu &c. (19. 15. 34. 27.), —confirmavit cartam consiliarii sui Walteri domini feudifirmarii baronie, dominii et regalitatis de Glasgow,—[qua confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit ADAMO BENNET in Westir Grange, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem 10 mercatarum terrarum de Westir Grange (per predecessores dicti Adami tanquam nativos rentellatores ultra hominum memoriam occupat.), in baronia de Ancrum, vic. Roxburgh;—quam dictus Ad. personaliter resignavit pro hoc infeofamento tradendo: —REDDEND. dicto domino 44 sol. 5⅓ den. firme antique, cum 2 sol. 6⅔ den. augmentationis, ac multuras et devorias molendino de Ancrum consuetas; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud Ancrum; et comparendo ad ceteras curias dicte regalitatis, cum servitiis cum requisiti essent; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Andree Trumbull filio quondam domini de Bedderoull:—TEST. Rob. Chirnesyde de Over Possill, M. Geo. Elphingstoun de Blythiswode, Jac. Lokie, And. Bennet: —Apud Edinburgh, 10 Feb. 1591]:—INSUPER rex dictas terras dicto Adamo de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 179.

66. Apud Striviling, 20 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (18.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit M. GEORGIO ROBERTSOUN ministro Evangelii Cristi, filio legitimo Patricii R. burgensis de Edinburgh, et heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—duodecimam partem australis quarterie ville et terrarum de Auchtermuchtie, extenden. ad libratam terre (prius per quondam Walt. Robertsoun incolam de Edinburgh ejusque tenentes et cottarios occupat.), in dominio et vic. de Fyiff;—quam David Murray, frater germanus quond. D. Andree M. de Ardingosk militis, in favorem dicti Geo. resignavit:—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. annuatim 2 bollas 1 firlotam tritici, 2 bol. 3 firl. 2 peccas ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 23 sol. 8 den. monete, 3 pultrias, ¾ et $\frac{1}{12}$ anseris, cum servitiis consuetis, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 159.

67. Apud Striviling, 25 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.), —ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit THOME FRASER de Durris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — silvam de Ordquhindlie ac *lie waird* de Cowcardie, in baronia de Kincardin Oneill, vic. Abirdeine (infra bondas specificatas); necnon castrum de Cowkairdie cum ejus terris &c.;—que olim fuerunt pars temporalitatis rectorie de Kincardin :—REDDEND. annuatim pro silva 6 sol. 8 den., pro warda 6 sol. 8 den., pro castro 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 242.

68. Apud Striviling, 26 Feb.
REX confirmavit cartam quondam Georgii com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenoch, cancellarii Scotie ac locumtenentis infra partes boreales ejusdem &c.,—[qua, pro servitio sibi impenso, concessit servitori suo (quond.) GEORGIO LESLIE filio et heredi apparenti (quond.) Alexandri L. de Kincragyie, heredibus ejus et assignatis,— terras de Kincragy, in dominio de Touch, vic. Abirdene;—quas dictus Alex. resignavit:—TENEND. de dicto comite:—SALVIS dicto com. wardis &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:—TEST. Jo. com. Atholie, Jacobo Betoun commendatario de Abirbrothok, Georgio Meldrum de Fyvie milite, Tho. Menzeis de Petfoddellis, Jac. Gordoun de Medlok, Joanne Betoun de Balfoure, Jac. Murray de Cowbairdy :— Apud Abirdene, 14 Apr. 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 109.

69. Apud Palatium de Striviling, 26 Feb.
REX confirmavit cartam Andree Roresoun de Bardannoch,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Drumfreis, 7 Maii 1588, continen. registrari in libris concilii

aut commissariatus de Drumfreis,—vendidit JOANNI JOHNESTOUN, vocato de Newbie, burgensi de Edinburgh, et JONETE HUNTER ejus conjugi,—2½ mercatas terrarum de Barboy antiqui extentus, in baronia[1] de Glencarne, vic. Drumfreis:—Reservando molendinum de Bardannoch super dictas terras situatum, cum aqueductu, multuris &c., ac cum crofta *the Mylnecroft*, et pasturagia 4 summarum animalium ad dictam croftam pertinen.:—Tenend. dictis Jo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. quibuscunque et assignatis, de dicto And.:—Reddend. unum den. argenti nomine albe firme:—Test. Cuthberto Cunynghame notario publico, Abraham Johnestoun fratre dicti Jo., Geo. Wilsoun in Barboy, Andrea W. ejus filio:—Apud Bardannoch, 8 Maii 1588]:—Insuper dictas terras quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 195.

70. Apud Strivilinge, 28 Feb.

REX concessit GEORGIO DOWGLAS filio legitimo secundogenito Georgii D. de Parkheid, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Carlile cum castro de Torthorwald, vic. Drumfreis; terras de Cummertreis, Bryidkirk et Dailbank, cum piscatione, tenentibus &c., terras de Durnok, cum molendino, piscatione, advocatione ecclesie de Durnok, 5 mercat. terrarum infra burgum de Annand, 10 mercat. de Torduff, 23 mercat. de Middilbie cum advocatione ecclesie de M., 10 librat. de Luce cum advocatione ecclesie de L., 20 librat. antiqui extentus de Kirkconnell cum advocatione ecclesie de K., 5 mercat. infra burgum de Lochmaben, 42 librat. ant. ext. de Rokalheid, Kinkelheid, Holmeschaw et Cogreis, 5 mercat. de Toddelmure et Righeidis, 5 mercatas de Marjoribankis, 20 librat. ant. ext. de Auldcottis et Bellochart, 80 mercat. de Thorneik cum tenentibus &c., 40 libratas de Kelheid cum fortalicio et molendino, cum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis; et 20 mercatas ant. ext. de Pittaynane, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Lanerk; in unam baroniam de Carlile prius unitas, cum unica sasina apud castrum de Torthorwald pro omnibus capienda;—que fuerunt quondam Michaelis dom. Carlile, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem earundem, saltem majoris earum partis, per dictum Mich. quondam Michaeli C. ejus filio legitimo factam sine consensu superioris:—Tenend. cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 166.

71. Apud Castrum de Strivilinge, 1 Mar.

REX confirmavit cartam Joannis Broun de Land,—[qua,—pro observatione contractus matrimonialis inter se et Jo. B. filium suum et heredem apparentem ab una, Wil. M'Clellane de Croftis et Gilb. M. ejus generum ab altera partibus, de data apud ecclesiam de Wr, 5 Nov. 1591,—concessit dicto JOANNI BROUNE juniori, et AGNETI M'CLELLANE ejus conjugi, filie dicti Wil.,—dimedium suarum 8 mercat. terrarum de Drum, extenden. ad 4 mercatas antiqui extentus, in parochia de Lochkindeloch, senesc. Kirkcudbrycht:—Tenend. dictis Jo. juniori et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Jo. junioris quibuscunque, de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma:—Reddend. annuatim 8½ merc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. Harberto Maxwell de Cavanis, Gilb. M'Clellane de Gretnay, Harberto Glaidstanis burgen. de Kirkcudbrycht, Rogero Arnot apparente de Barcapill, Jo. Mekill notario publico:—Apud Kirkcudbrycht, 22 Feb. 1592]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 201.

72. Apud Strivilinge, 2 Mar.

REX confirmavit cartam Thome Edingtoun de eodem, — [qua, — pro perimpletione obligationis, continen. registrari in libris

[1] In introductory clause "parochia."

dominorum concilii, de data presentium,—vendidit GEORGIO RAMSAY de Dalhowsie, heredibus ejus masculis et tallie contentis in infeofamento terrarum et dominii de Dalhowsie ei concesso, ejus eorumve assignatis, absque reversione,—terras et villam de Edingtoun, cum turre, manerie, terris dominicalibus, molendino, terras de Clarbald, terram husbandiam in villa et territorio de Hutoun, ter. husb. in villa et terris dominicalibus de Duns, piscariam super aqua de Quhytwatter, cum tenentibus et tenandriis, incorporatas in unam baroniam de Edingtoun, vic. Beruik:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. M. Geo. Ramsay decano de Restalrig, Wil. Ramsay ballivo de Newbottill, Jo. Ramsay apparente de Quythill, Alex. Dunlop servo Joannis Wardlaw scribe (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 23 Feb. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxix. 160.

73. Apud Linlithgow, 7 Mar.

REX concessit JOANNI DOMINO THIRLESTANE cancellario, et JEANNE FLEMYNG ejus sponse, in vitali redditu, et JOANNI MAGISTRO DE THIRLESTANE eorum filio,—terras de Lethingtoun cum castro, carucatam terre nuncupat. Westfeild de Lethingtoun (jacen. ex parte occidentali aque de Tyne versus terras de Baigbie et Bowtoun), cum tenentibus &c., terras de Ugstoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; dominium, baroniam et regalitatem de Mussilburgh, viz. villas et terras de Smetoun, Inveresk, Monktounhall, molendina de Mussilburgh, *lie* Schirefmylne, Carbarrie, West-Pannis, Eister et Westir Croftis, Tailyeouris-croftis et Claypuillis, Wolmet, Stanyehill, Littill Monktoun, Schirefhall, Edmondstoun, Natoun, Cauldcoittis, *coilheuchis* et carbonarium de Wolmet-bank, terras de Pinkie et Kers, Hill, Quhitsyde, Eister et Westir Haillis, Costertoun, Mussilburgh, Newbigging, Fischerraw, cum jure patronatus preceptorie capelle *lie* Magdalene-chapell, et ceteras terras, tenementa et annuos redditus quoscunque olim ad monasterium de Dumfermeling pertinentes ex australi aque de Forth, cum castris, maneriebus, silvis, piscationibus, feudifirmis, cum libera regalitate, ecclesias de Inveresk, Haillis, Natoun et dictam capellam, cum earum decimis rectorie et vicarie; terras et baroniam de Stobo cum molendino, terras de Draway, terras et baroniam de Ettilstoun, viz. Northscheill, Skitrig, Bordland, Adamesland, Langcoit et Langhemhauch, cum molendino et lacu de Eddilstoun, vic. Peblis; cum advocatione ecclesiarum de Stobo, Eddilstoun, Drummelzeare, Dawik et Brochtoun; terras et dominium de Dumbar, viz. Eist Barnis, West Barnis, Newtounleyis, Myresyde, Osualdene, *lie* Rig et Fluiris, Lochend, cum feudifirmis, tenandriis et tenentibus, cum loco, rupe et precincto super quibus olim castrum de Dumbar situatum fuit, cum molendinis, cunicullariis, lacubus, advocatione beneficiorum et prebendariarum ecclesie collegiate de Dumbar, deaconie et archipresbyterii ejusdem, prebendariarum de Beltane et Pinkartoun, ecclesie de Dunce, rectoriarum ecclesiarum de Dumbar et Spott, ac ceterarum prebendariarum infra dictum dominium (quarum advocatio prius ad regem pertinuit jure aut devolutione juris, aut ad comites de Merche), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras et baroniam de Braidwode (viz. villam de B., Langschaw, molendinum de Maschoke et terras ei adjacen., cum fortalicio earundem, advocatione hospitalitatis de Sanct-Leonardis juxta burgum de Lanerk, terras ad id pertinentes, cum silvis, piscationibus, carbonibus), vic. Lanerk; baroniam de Hadingtoun (viz. *lie* Maynis de H., terras de Muretounhall, Westhoip, Wodend, Eisthoip, Newlandis, Ryndislaw, Snawdoun, Littill Newtoun, Carfra, cum decimis omnium inclusis), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; villam et terras de Blyth et Hadderweik, terras de Gairmure, Trottingschaw, dimediam partem de Byircleuch, cum silvis et pasturis, terras de Castelhill cum castro, Eist-Maynis cum fortalicio, West-Maynis, Woddencleuch et Wantounwallis, cum communi pastura in *lie commoun* de Thirlestane, in dominio et regalitate de Thirlestane, vic. Beruik;—ac dicto Jo. dom. Thirlestane in vitali redditu, et dicto Jo. magistro de Thirlestane,—terras,

dominium, baroniam et regalitatem de Thirlestane, cum maneriebus, castris, officiis, silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus &c. (viz. terras et baroniam antiquitus baroniam de Blyth vocatas, cum maneriebus, silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus &c., in dominio et baronia de Lawderdaill, vic. Beruik; terras de Quhittislaud et Brighauch cum molendinis granorum et fullonum, in dictis dominio et balliatu, vic. Ranfrew per annexationem; terras de Castelhill ex parte orientali ecclesie parochialis burgi de Lawder [inter terras Andree Lawder de Wyndpark et quond. Gilberti Lawder de Balbairdeis, et terras de Woddencleuch], cum castro per dictum Jo. dom. T. dudum desuper edificato, antiquitus in dicto balliatu, tunc in dicta regalitate; 5 librat. terrarum de Spottiswode antiqui extentus, . . . librat. de Racleuch ant. ext., . . . librat. de Reidpeth ant. ext., . . . libratas de Quikiswode ant. ext., cum castris, maneriebus, tenentibus &c., vic. Beruik; hereditarium balliatum dominii de Lawderdaill, cum feodis &c.);—quas idem Jo. dom. T. resignavit apud Striviling, 16 Feb. 1593; et quas rex, pro bono servitio dicti Jo. dom. T., dictis personis de novo dedit, cum tenandria de Hedis (parte baronie de Braidwode), et cum terris et viridario *lie* Kirkmyre ex parte occidentali ecclesie de Lauder (pendicula de Castelhill):—Reservato Anne regine Scotie libero tenemento dominii de Mussilburghschyre quantum antiquitus ad monasterium de Dumfermeling pertinuit, exceptis terris de Costertoun:—Proviso quod liceret dicto Joanni dom. T. omnia suprascripta pro solutione 20 lib., vel quamlibet dict. baroniarum pro solutione unius nummi aurei *lie croun of the sone*, in ecclesia S. Egidii de Edinburgh super premonitione 8 dierum redimere:—Insuper rex dissolvit ecclesiam parochialem de Lauder a monasterio de Dryburgh, eccl. par. de Bowtoun a monast. de Halirudhous, ecclesias par. de Ettilstanefurd, Garvate et ecclesiam Sancti Martini a monasterio de Hadingtoun; et unamquamque dictarum ecclesiarum in unam rectoriam erexit, cujus dictum Jo. dom. T. patronum constituit post decessum presentium titularium dictorum monasteriorum; absque prejudicio assedationis decimarum dict. ecclesiarum dictis Jo. dom. T. et Jeanne antea facte; et ecclesiam de Lauder dominio de Thirlestane, ceteras baronie de Lethingtoun et Ugistoun, annexuit:—Preterea,—pro bono et longo servitio sibi per dictum Jo. dom. T. prestito tam infra regnum in negotiationibus status quam extra idem in regis in partibus Noruagie et Danie associatione, ac pro ejus magnis sumptibus &c.,—omnia suprascripta in liberum dominium, baroniam et regalitatem de Thirlestane incorporavit, ut unica sasina apud castrum de T. capienda pro omnibus staret:—Tenend. dictis dom. T. et Jean. respective *ut supra*, dicto magistro de T. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictos dom. T. et Jean. legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. dicti dom. T. de corpore legit. procreandis et assignatis, quibus def., M. Roberto Maitland de Auchincreif et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Joanni M. juniori de Auchingassill et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto Jo. dom. T. et heredibus ejus masc., arma et cognomen de Maitland gerentibus, et assignatis quibuscunque reversuras:—Reddend. pro Lethingtoun et Ugstoun cum annexis unum denarium argenti nomine albe firme; pro Mussilburgh 40 lib., cum servitio equitis aurati, nomine albe firme (ac sustinendo ministrum unum vel plures prout necessitas postularet pro deservitione cure dict. ecclesiarum prout stipendium modificaretur); pro Stobo et Draway 43 bollas ordei, 14 duodenas et 4 pultreas et *lie caine fowlis*, 122 lib. 11 sol. 4 den. monete, pro Ettilstoun 12 bol. ordei, 7 duodenas pultrearum, 33 lib. 9 sol. 4 den. monete (vel pro qualibet bolla 10 sol., pro pultrea 6 den.), cum 40 sol. 8 den., in toto 190 lib. 13 sol. 4 den., nomine feudifirme (et pro advocatione ecclesiarum unum den. annuatim si peteretur; et duplicando feudifirmam in introitu heredum); pro Dunbar 25 celdras 6 bol. tritici, 25 celdras 6 bol. ordei, 390 paria cuniculārum *lie cupplis of cunyngis*, cum 30 lib. 2 (sol.) monete pro gressuma et

introitu,—exceptis loco castri &c., dando inde 6 sol. 8 den. feudifirme, et advocatione prebendarum &c., pro qua dicti dom. T. &c. persolverent unum den. albe firme, —cum 6 lib. 13 sol. 4 den., et pro duplicatione in introitu heredum 40 lib., nomine feudifirme; pro Braidwod unum den. albe firme; pro terris dominicalibus de Hadingtoune 8 celd. 8 bol. ordei et 4 celd. 2 bol. tritici, pro Westhoip 40 bol. avenarum et 10 bol. ordei, pro Eisthop 20 bol. avenarum et 4 bol. ordei, pro Newlandis 52 bol. avenarum et 10 bol. ordei, pro Ryndslaw 18 bol. avenarum et 8 bol. ordei, pro Snawdoune 56 bol. avenarum et 8 bol. ordei, pro Littill Newtoune 40 bol. avenarum et 24 bol. ordei, pro Carfra 40 bol. avenarum et 24 bol. ordei, pro Wodend 40 sol., pro Mortounhall 40 sol. (vel pro qualibet bolla avenarum 5 sol., pro bolla ordei 6 sol. 8 den., pro bolla tritici 10 sol.), in toto 187 lib. 6 sol. 8 den., et 26 sol. 8 den. in augmentationem rentalis ante dict. terrarum dispositionem in feudifirma quondam Patricio dom. Lyndsay de Byris, nomine feudifirme (necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum); pro Thirlestane (exceptis Castelhill et castro de T.) unum den. argenteum, pro Castelhill et castro aureum nummum *ane croun of the sone*, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 161.

74. Apud Linlytgow, 7 Mar.

REX confirmavit cartam D. Willelmi Sinclare de Hirdmestoun militis,—[qua concessit Domine SIBILLE COKBURNE sponse sue, in vitali redditu,—carbones et carbofodina infra quamcunque partem terrarum et baronie de Hirdmestoun (viz. terras de H., terras dominicales earundem, terras de Westir Pencaitland, cum silvis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Carfray, cum tenentibus &c., in balliatu de Lawderdaill, dictis constab. et vic. per annexationem):—PROVISO quod si Jo. Sinclare filius et heres apparens dicti Willelmi, vel ejus heredes, dimidietatem expensarum in carbonum lucratione deburserent, dimidietatem commoditatis carbonum haberent:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jo. Cokburne de Kirkland:—TEST. Patricio Hammiltoun de Samuelstoun, Jo. Cokburne de Kirkland, Jo. Wylie scriba in Edinburgh, Jo. Hammiltoun fratre dicti Pat. H., Willelmo Andirsoun notario publico (scriptore carte):—Apud Hirdmestoun, 17 Feb. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 203.

75. Apud Linlithgow, 7 Mar.

REX concessit ANNE SCOTIE REGINE, et heredibus inter se et eam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus suis ac corone regni successoribus quibuscunque, —monasterium et abbatiam de Dumfermling jacen. ex utraque parte aque de Forth, viz. maneriem de D. ab antiquo monasterium de D. nuncupat., cum turribus et aliis infra precinctum dicti loci, burgum, villas et terras de Dumfermling Ovir et Nethir, cum croftis, acris, hortis, annuis redditibus, firmis infra et circa eundem, cum tenementis, hortis, annuis redditibus, firmis burgalibus et aliis ejusdem custumis, cum domibus, cameris et hortis ad conventum dicti monast. pertinentibus, molendina *lie* Collyearraw et Heuch-mylns nuncupata, cum terris molendinariis et astrictis multuris et consuetis sequelis, terras de Pardewis, Lymekilhill, Langbank et Terras-medow, Eist-Barnis alias *lie* Grange, Wyndmylnehill, Hoill alias Leggattisbrig, Medowend et Newmedow, Randelliscraigis, Petluvir cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Walkmylne ac molendinum fullonis earundem, ter. de Sillietoun-Sanderis, Sillietoun-Halket et Sillietoun-Durie, Burnemouth cum molendino alias *lie* Reidcraigis, terris molendinariis &c., terras de Estir et Westir Gelletis et Lymekillis cum portu earundem, Morpheisfauld, Prymrois, Sanct-Margarets-stane, Maistertoun, Pitcerthies Estir et Westir, Pitbachlie, Mylnehillis cum molendino, terris molendinariis &c., villam et terras de Northe-Ferrie et Ferriehill cum *lie* . . . . et *watter-passage* ejusdem, annuis redditibus et devoriis earundem, silvam de Garvok, Ackornewaird, North et South Wairdis, terras de Garrismurelandis, Touch et Touchmylne cum terris molendinariis &c., Foid Souther et Norther, Baith-Westir, Keiris-baith,

Nethir-Baith, Swyntoun-baith, Couttis-baith, Turnebullis-baith, Maistertounes-baith et Stevinstonis-baith, Mossyde et Coudoun-baithis, Foulefurde, Wyndiage et Coklaw, Lessody Eister et Westir, molendinum de Lessody cum terris molendinariis &c., terras de Keltywode et Keltyheuch, Blairbothie Souther et Norther, terras de Hillis Nethir Grange nuncupat., terras de Nethir Lessodie, Eister et Westir Craigdukie, Balmule et Blairoth, terras de Meldrumis-mylne cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Gask et Rescobie, North et South Lethaines, Morliebank et Outh, Knok et Tunygask, Killernie et Kynnedder Ovir et Nethir, Band(r)one, Drumcapie et Craighous, cum molendino, terris molendinariis &c., Wester Luskar et Craigluskur, Lochend et Lothalmond, Westir Badrig, Middil Badrig et Hal-badrig, Grantishorne, Lump, (Bleriehill), Adisones - aiker et Garveis-aiker, terras de Davidsonis-hous in Dumfermling, Knokas et tertiam partem de Pitfirrane, terras de Logie et Newlandis, cum castris, maneriis, pratis, *lie wairdis*, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in regalitate de Dumfermeling, vic. de Fyff; terras de Spittelfeild prope burgum de Inverkething, terras de Cullelaw in parochia de Abirdoure, terras de Lathangie prope Kinros, terras de Arlary prope Urrevell, cimbam de Lochlevin cum censibus &c., terras et baroniam de Tentismure, cum tenentibus &c., et feudifirmis omnium dict. terrarum, in dictis regalitate et vic.; terras de Dollourschyre, viz. Dolourbeg, *lie* Craigheid, Soresdaill, cum molendino, terris molendinariis &c., ac terra forestaria earundem, *lie* Maynis de Dolour, Glencarne, Brewland, Gartinschewis, terras crofte de Clakmannane, cum castris, maneriis, cunicularis, parcis, wardis, pratis, feudifirme firmis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in dicta regalitate, vic. Clakmannane; terras de Incheturvie, Bannaquhie, Cultir-M'Cultie, terras glebe de Mwling, tenementum terre infra burgum de Perth domino de Ruthven spectans; annuum redditum 10 lib. de terris de Cromy monasterio de Culros spectanticus, vic. Fyff; terras, acras et croftas de Striviling *lie* Southfeild nuncupatas vic. Striviling; villam, terras et burgum de Kirkcaldy, cum croftis, acris, terris &c., ac salinarum patellis tam infra quam circa dict. villam, cum firmis burgalibus, annuis redditibus, custumis, anchoragiis, *lie cocquet* et officio inquisitionis *lie searchearie* infra dictas bondas, cum potestate sal e regione regis transportandi absque licentia seu devoriarum solutione, territorium de Kirkcaldy cum rudis ejusdem, cum feudifirme firmis, tenentibus &c., in dicta regalitate, vic. Fyff; terras de Murtoun de Kirkcaldy cum moris, terras de Uneakeris, Smyddielandis et Vicareislandis, molendina *lie* Eist et West Mylnes de Kirkcaldy cum terris molendinariis &c., terras de Balweirie cum molendinis, Abbotishall et molendinum earundem, Mylnetoun, Raith, Pitconmark et Torbane, cum molendinis, Bogie, Bannachie, Smeytoun et Bassusnie, Dunnykeir, villam et terras de Myddilburgh cum tenementis &c., cum castris, maneriis, cunicularis, parcis, wardis, pratis, feudifirme firmis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., in dictis regalitate et vic.; terras de Kinglassy cum villa, tenementis, hortis, croftis et acris infra et circa easdem, cum *lie* Vicarislandis, Brewland et Smyddieland earundem, terras de Fynmonth, Gaitmylk cum fullonum molendino et molendinis granariis alias *lie Mylnedainis*, cum terris molendinariis &c., terras de Inchederny, Caskebereane cum fullonum molendino, Pityochear, Ovir et Nethir Stentounes, Finglassie et Pitlochie, Cluny cum molendino, terris molindinariis &c., Dogtoun, Craigsyde, Forrestertoun et Muretoun, cum castris &c. (*ut supra*), in dictis regalitate et vic.; villam et terras de Newburne cum hortis, croftis et acris, terras de Lathalland, Balbaird, Monturpie, Melgund et Lauggrenis, Halhill, Coitt, Drummelrie, *lie linkis* et cunicularis earundem, *lie* Hoill-aiker, Balcristie cum *lie linkis* et cunicularis, molendinum *lie* Johnestounis-mylne cum terris molendinariis &c., cum castris &c. (*ut sup.*), in dictis regalitate et vic.; villam et terras de South-Ferrie cum croftis, acris &c., cum firmis burgalibus, annuis redditibus, custumis, anchoragiis et *lie watter-passage*, in dicta regalitate, vic. Linlythgow; ann. red. 53 sol.

4 den. de monasterio de Sanct-Colmes-Inche; terras de Scottistoun et Harie-rigis, cum tenentibus &c., in dictis regalitate et vic.; ann. red. 3 lib. 6 sol. 8 den. de monasterio de Scone, ann. red. 3 lib. de monasterio de Pettinweme, ann. red. 33 sol. 4 den. de monasterio de Cowper, ann. red. 40 sol. de terris de Montflurie in Fyff; cum jure regalitatis et justiciarie omnium dict. terrarum &c., cum libera capella et cancellaria; terras et baroniam de Wester Kingorne, viz. villam et terras de Ovir Kingorne, terras de Weltoun cum molendino, multuris et sequelis, villam et terras de Moyhous et Stanehous alias Knokdoun, terras de Orrok, Silliebabie, Dwnarne, East-Quarter, Lymekillis, Ovir Grange, acras de Kingorne, terras nuncupatas *the Serjandland* et *lie Pittiecommoun*, terras de Nethir Grange, cum fortalicio de Brunteland, cum feudifirme firmis, feodis &c., cum superioritate earundem, in dicta regalitate, vic. de Fyff; cum jure regalitatis, libere capelle et cancellarie dict. terrarum; officium custumarie clericique coquete et inquisitionis burgi, portus et litoris de Bruntyland; dominium et baroniam de Mussilburgh, viz. terras de Smetoun &c. (*ut in carta* 73, usque ad Fischerraw), jacentes ex australi parte aque de Forth, cum castris, maneriis, silvis, pasturis, carbonariis, piscariis, tenentibus &c., feudifirme firmis, cum regalitate, necnon cum ceteris terris &c., forestis, ecclesiis, capellaniariis, decimis, annuis redditibus dicto monasterio spectantibus; cum advocatione dicti monast. ecclesiarum de Dumfermling, Kingorne-Westir, Kirkcaldy, Kinglassy, Newbirne, Carnebie, Kinros, Urrwell, Perth, Mwling, Strathердill, Striviling, Inverkething, Inveresk, Natoun, et bine partis ecclesie de Westir Haillis, cum decimis tam majoribus quam minoribus, terris ecclesiasticis et mansionibus, cum jure patronatus capellaniarum S. Magdalene, S. Leonardi, et ceterarum capellaniarum, hospitalium aliarumque ecclesiarum quarumcunque dicti monast.;—que omnia Hen. Pitcarne de eodem, tanquam dicto monast. legitime provisus, cum consensu conventus ejusdem resignavit; et que rex incorporavit in liberum temporale dominium de Dumfermeling; et ad hunc effectum nomen dicti monast. suppressit; et exoneravit jus suum ad tertiam partem fructuum, aut quintum denarium dicte abbatie, primi anni fructus, monachorum portiones &c.; et revocavit omnes pensiones, assedationes aliasque dispositiones quibuscunque personis de tertia dicti monasterii concessas, et omnes assignationes monachorum portionum; et concessit dicte Anne plenum jus superioritatis &c.; et voluit quod unica sasina apud principalem maneriem de Dumfermeling capienda pro omnibus staret:—Reddend. 6 sol. 8 den. albe firme; ac sustinendo apud unamquamque dict. ecclesiarum idoneos ministros, cum sufficientibus stipendiis secundum consuetudinem regni, cum mansis et glebis ubi fuerunt et apud ecclesias commode haberi potuerunt:—Proviso quod aliquam partem dicti dominii in prejudicium successorum absque regis et parliamenti consensu alienare minime esset permissibile; et si dicta Anna regi superviveret et duplicationem dotis potius quam conjunctam infeodationem infra regnum eligeret et sic e natione discederet, dicta Anna hoc infeofamentum in favorem dict. successorum renunciaret:—quod infeofamentum rex in proximo parliamento ratificare promisit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 248.

76. (Apud) Linlitgw, 9 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (18.),— concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Drumnoquheill et Drumquhassill et castrum de Castelhill, cum molendinis, multuris, piscariis, silvis, vic. Perth;—quas Tho. Fotheringhame de Powrie-Wester et Tho. F. ejus filius et heres apparens in favorem dicti Duncani resignaverunt:—Reddend. 13 merc., et 3 sol. 4 den. augmentationis, nomine feudifirme:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 167.

77. Apud Striviling, 12 Mar.

REX confirmavit cartam quondam Andree episcopi Cathanen.,—[qua, cum consensu capituli sui, in feudifirmam dimisit servis suis (quond.) JOANNI DONALDSOUN

et MAGNO DONALDSOUN, et eorum heredibus,—cuilibet eorum unum oblatum seu *lie halfpennyland* in villa de Kirk, infra dominium suum de Weik, vic. de Invernes;—quas terras dicti Jo. et Mag. et eorum predecessores post et extra memoriam hominum de ecclesia Cathanen. tenuerant:—Reddend. annuatim quilibet eorum dicto episcopo 3 firlotas 1 batum victualium, 2 bata 2 garbas avenarum, 12 den. *lie plwch-salem* (*-silver?*), cum parte marte, projectione et ductura glebarum, avariagiis, cariagiis, homagiis, sectis ad curias et servitiis aliis debitis et consuet.: —Reservando dicto episcopo maritagium heredum fem. cum contingeret:—Test. Jo. com. Atholie, Alex. magistro Sutherlandie, Magistris et Dominis Tho. Murray precentore Cathanen. et Walt. Mersar thesaurario ejusdem:—Apud ecclesiam cathedralem Cathanen., 10 Nov. 1524]:—Insuper,—cum avisamento &c. (19. 23. 27. 35.),—dict. terras JOANNI MANSOUN alias Donaldsoun, et JONETE MANSOUN alias Donaldis-dochter, successoribus dictorum quond. Jo. et Magni, heredibus eorum masc. et assignatis quibuscunque, de novo dedit:—Reddend. regi 4 merc. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—Test. 65. 46. 47. 69. 33. 34. 49. 50. xxxix. 155.

78. Apud Striviling, 13 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ARTHURO STRATOUN filio legitimo secundogenito Arthuri S. de Kirksyde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Muretoun, in baronia de Kethik, vic. Forfare;—quas, olim de episcopo Brechinen. in feudifirma tentas, dictus Arth. senior in favorem dicti Arthuri junioris personaliter resignavit:—Reddend. annuatim 3 lib., cum 6 caponibus (saltem 8 den. pro pecia), 10 pultreis (4 den. pro pecia), 3 anseribus (18 den. pro pecia), bollam granorum vocat. *horscorne* (saltem pro eadem 3 sol. 4 den.), et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 3 lib. 18 sol. 8 den., cum 3 sol. pro areagiis, careagiis et aliis devoriis et servitiis consuetis, cum astrictis multuris molendino de Mylneden consuetis, ac cum servitio ballivis dominii Brechinensis in guerris regiis, necnon duplicando dict. 3 lib. 3 sol. 4 den. in introitu heredum, nomine feudifirme; et si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 61.

79. Apud Strivilinge, 14 Mar.

REX confirmavit cartam quondam Jonete Diksoun,—[qua,—cum consensu Willelmi Tait sponsi sui, et Thome Tait (filii et) heredis apparentis sui,—vendidit (quond.) ALEXANDRO GILLEIS portionario de Glenkirk, heredibus ejus et assignatis,—5 solidat. terrarum suarum de Glenkirk (per dictum Alex. occupat.), in baronia de Glenquhome, vic. Peblis:—Tenend. de regina; cum communi pastura in Glenquhome-commone:—Test. M. Joanne Colquhoun preposito de Bothanis, D. Roberto Hoip presbytero, Jo. Newtoun olim religioso, Patricio Gilleis studente in Peblis:—cum manibus dict. personarum per notarium publicum calamo appositis:—Apud Peblis, 27 Jun. 1561]:—Insuper, pro compositione persoluta, dictas terras PATRICIO GILLEIS filio et heredi dicti Alex., heredibus ejus et assignatis, de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 235.

80. Apud Strivilinge, 18 Mar.[1]

REX, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit PATRICIO HOME de Polwart, heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Home gerentibus, et assignatis,—dimedietatem terrarum de Polwart, viz. dimed. ville et terrarum de P. et molendinum earundem, occidentales terras dominicales de P. vocat. Reidbrayis, cum manerie, tenentibus &c., cum advocatione ecclesie parochialis de P., rectorie et vicarie ejusdem, vicibus alternatis, (terras de Hardenis supra aquam ejusdem),

[1] Dated an. reg. 28. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxii. fol. 133.

terras de Brigamescheillis extendentes ad 30 mercat. terrarum, 2 terras husbandias in villa et territorio de Graden vulgo nuncupat. Bankheid, vic. Beruik; dimed. terrarum de Hetschaw, in balliatu de Lauderdaill, vic. Beruik; terras de Vigornshauch cum piscationibus super aqua de Tweid et Teviot, terras de Braidyairdis cum columbario, terras de Horsmercat, terram husbandiam in Cesfurd, cum tenentibus &c., vic. Roxburgh;—quas idem Pat. apud Dalkeyth pro novo infeofamento conficiendo personaliter resignavit; et quas terras &c. de Polwart rex incorporavit in liberam baroniam de Reidbrayis (ordinando maneriem de R. principale ejus messuagium esse), et terras de Hardeanis et seqq. in liberam tenandriam de Hardenis (ut unica sasina apud Hardenis capienda pro omnibus staret) :—REDDEND. pro dicta baronia unum den. argenti nomine albe firme; pro dicta tenandria jura et servitia debita et consueta :—PROVISO quod quandocunque heredes masc. deficerent heredesque feminee ad matrimonium minime provise existerent, heres masculus dictis terris succedens solveret heredibus fem. ad earum matrimonia, si una existeret, 3000 merc., si due essent, majori 3000 merc. et minori 2000 merc., si tres essent, unicuique 2000 merc., si plures quam tres existerent, unicuique 1000 lib., priusquam dicti heredes masc. introitum obtinerent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 21.

81. Apud Stirlinge, 19 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit M. JOANNI SCHAIRP de Houstoun advocato, et MARGARETE COLLACE de Muirtoun ejus sponse,—villam et terras de Muirtoun, acras et terras *lie* Manis de Kinlos nuncupat., villam et terras de Findorne cum piscariis, salmonum piscationes de *lie yairis* super aqua de Findorne, viz., *lie* Meikill-yair, Middill-yair et Cultir; cum domibus piscatoriis et *lie corfhowsis* earundem et aliis domibus et croftis adjacentibus, cum silvis nuncupatis Damewod, Westwod, Easwod, cum wardis, hortis, *lie victuallis*, *lie linkis*, in regalitate de Kinlos, vic. de Elgin et Forres;—quas, olim de monasterio de Kinlos tentas, eadem Marg. pro hoc infeofamento concedendo resignavit, pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Edinburgh et Balnamone, 31 Aug. et 9 Nov. 1591 :—TENEND. dictis Jo. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Joannis quibuscunque :—REDDEND. regi, vel M. Edwardo Bruce commendatario de Kinlos quamdiu jus haberet, feudifirmas et devorias in antiquis infeofamentis contentas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 119.

82. Apud Castrum de Striviling, 20 Mar.

REX confirmavit cartam factam per Jac. com. Arranie, cum consensu Joannis dom. Hammiltoun ejus fratris germani et tutoris pro ejus interesse,—[qua,—pro impletione obligationis de data presentium,—vendidit JOANNI DOMINO THIRLESTANE cancellario Scotie, in vitali redditu, et ejus assignato pro vita dicti assignati (ita quod assignato investito dictus Jo. nullum amplius jus clamare posset),—villam et terras *lie* Nethirtoun de Kynneill nuncupat., cum castro et manerie de K., viridariis et silvis eisdem adjacentibus, villam et terras de Inveraven cum earum castro, terras de Cruikitweill, West-wod, Kynneill-Kers et Eister Kers de Kynneill, terras de Gibbisbank nuncupat. *lie* Multuris-croft, Murepark, Brewlandis, villam et terras de Over Kynneill, cum granorum molendino *lie* Kynneill(-mylne), terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis, villam et terras de Rowstland, Meggistre, Falcownhous, Fosterland, Woddyk, cum fullonum molendinis, cum warda et *lie* Over et Nethir Parkis, villam et terras de Burroustoun et Buddisland (per Ric. Hammiltoun occupat.), villam et terras de Burrowstounnes, tam proprietatem quam tenandriam dict. terrarum &c., cum carbonibus, piscariis, *lie cruiffis*, salinarum patellis, cum domo *lie Voltgirnell*, peciam terre *lie* Chyrry-yaird, terras de Dene (per Georgium Crawfurd et ejus subtenentes occupat.), cum superioritate terrarum de Baldirstoun, Larbert et Brumedge, superio-

ritatem partis terrarum nuncupat. Berreisland per Jo. Loverance occupat., cum feudifirme firmis, tenentibus &c., in baronia sua de Kynneill, vic. Linlitgw; cum pecia terre *lie* Brynthauch, cum feudifirme firmis et devoriis ejusdem, jacen. supra aquam de Leith, dicte baronie annexa; que baronia extendit in antiquo extentu ad 100 librat. terrarum; terras et baroniam de Carribdin, viz. terras dominicales de C., terras de Stakis, *lie* Lytill Carribdin et Dyaland, superioritatem terrarum de Law et Ballinhard et Woltoun et molendini *lie* Lochmylne, cum feudifirme firmis, tenentibus &c., extenden. ad 18 librat. 6 sol. 8 den. ant. ext., in baronia de Carribdin, vic. Linlitgw; terras et baroniam de Kettilstoun, viz. terras dominicales de K. (per Tho. Levingstoun de Hanynge et ejus subtenentes occupatas), villam de K. cum granorum molendino (per Carolum Drummond de Kingisfeild occupat.), cum terris *lie* Bailsyd, et 2 molendinis granorum, terris molendinariis et astrictis multuris, cum pecia terre *lie* Fyve-aikeris (per Jac. Hammiltoun occupata), cum terris de Wodcokdaill (per Alex. Drummond de Medope et ejus subtenentes occupat.),[1] in baronia de Kettilstoun, vic. Linlitgw:—REDDEND. regi pro Kynneill et Carribdin jura et servitia debita et consueta; pro Kettilstoun regi, loco commendatarii et conventus de Cambuskenneth, firmas feudifirme et alias devorias in dicti comitis infeofamento contentas:—cum precepto sasine directo Roberto Hammiltoun de Quhome:—TEST. D. Jo. Hammiltoun de Lettrik milite, Jac. Murheid de Lawchop, Roberto Cunynghame de Gilbertfeild, Wil. Reidpeth filio Willelmi R. de eodem, M. Thoma Peblis ministro apud ecclesiam de Kynneill, And. Ker notario publico, Davide Cunynghame de Robertland, Pat. Cunynghame de Bordland, Roberto Sempill de Corruthe, Walt. Watsoun notario:—Apud Kynneill et Dumbartane, 9 et 13 Mar. 1593]:—NECNON cartam dicti Jo. dom. Thirlestane,—[qua vendidit MARGARETE COMITESSE DE CASSILLIS domine Hammiltoun, in vitali redditu,—terras &c. suprascriptas:—REDDEND. *ut supra*:—cum precepto sasine directo Ric. Heriot apparenti de Trabroun:—TEST. M. Ric. Cokburne apparente de Clerkingtoun secretario regis, Wil. Levingstoun feodatario de Kylsyth, ... Carmichaell, M. Davide Fowlis fratre domini Colingtoun:—Apud Edinburgh, 16 Mar. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 172.

83. Apud Edinburgh, 23 Mar.

REX concessit et,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit JOANNI ROS de Cragy, et AGNETI HEPBURNE ejus sponse,—acras et terras jacen. ex orientali parte loci nuncupati *lie* Langcalsay S. Leonardi capelle (inter *lie* Thorniecroft et terras heredum quondam Jac. Strathauchin tunc ad Jo. Monypenny spectantes), terras *lie* Luingis (Tungis?) et Rigis ex occidentali parte longe platee *lie calsay* (inter pontem S. Leonardi et acras capellanias sive aram S. Crispini infra ecclesiam parochialem de Perth), quarteriam terrarum de Leonardley, cum terris de Lytill-Hawche ex orientali parte australis insule de Perth (juxta Cragy-burne), in territorio de Perth, dominio de Chairterhous, vic. Perth;—quas M. Pat. Balfour de Petculloch et Wil. Moncreiff de eodem resignaverunt:—TENEND. dictis Jo. R. et Agneti eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jo. R. quibuscunque, de rege (loco prioratus de Charterhous) in feudifirma:—REDDEND. 28 bollas ordei (vel 8 sol. 4 den. pro quacunque bolla), 6 sol. 8 den. antique augmentationis, 2 sol. 6 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 50.

[1] The introductory clause adds "extenden. ad 22 mercat. antiqui extentus."

ANNO DOMINI 1594. ANNO REGNI 27.

84. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX concessit ALEXANDRO INNES de Coittis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Petty, montem de P., cum molendinis granorum et fullonum cum terris molendinariis et astrictis multuris, cum astrictis multuris terrarum et villarum de Cowhill et Streth de Fyvie aliisque consuetis, cum libertate pasturandi animalia, oves aliaque bona, lucrandi *lie fewall*, *faill* et *dovettis* per omnes partes terrarum et marresii de Cowhill, in baronia de Fyvie, vic. Abirdene; —quas D. Ric. Cokburne de Clerkingtoun miles, secretarius regis, cum consensu Patricii Barclay de Towie et M. Willelmi Meldrum de Moncoffer, in favorem dicti Alex. resignavit; et quas rex,—recordans servitium per dictum Alex. et ejus predecessores sibi suisque predecessoribus prestitum ultra hominum memoriam, et pro compositione persoluta,—dicto Alex. de novo dedit, et in liberam tenandriam de Petty incorporavit: — REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 6 lib. annuatim, relevium ad 6 lib., maritagium heredum ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 101.

85. Apud Edinburgum, 27 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO DOWGLAS de Baitfurde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Tynrone, in parochia de T., vic. Drumfreis;—que olim fuerunt pars temporalitatis vicarie de Tynrone:—RESERVANDO vicario dicte ecclesie et ejus successoribus principalem mansionem dict. terrarum cum ejus hortis, cum acra terre arabilis super Kinzenhill, cum acra prati, *lie daywork* feni, in *lie* Wolmedow, et pasturatione duarum vaccarum *lie twa sowmes gers*:—REDDEND. 6 lib. 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum: — TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 102.

86. Apud Edinburgh, 27 Mar.[1]
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —concessit et, pro bono servitio, de novo dedit THOME OTTERBURNE seniori de Reidhall et MARIOTE LAWDER ejus sponse in vitali redditu, et THOME OTTERBURNE juniori de Reidhall eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras de Auldhame et Soutterland, cum cunicularíis et piscariis, in dominio et baronia de Tunynghame, regalitate S. Andree, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras ecclesiasticas ecclesie de Auldhame, in villa et territorio de A., regalitate et constab. antedictis;— quas, terras eccles. de rectore de Auldhame, ceteras de archiepiscopo S. Andree, olim tentas, dicti Tho. senior et Mar. pro hac carta conficienda resignaverunt:—PRETEREA rex univit dict. terris advocationem rectorie et vicarie ecclesie de Auldhame, dict. terras tantum comprehenden.; constituendo dict. Tho. O. juniorem hereditarium patronum ejusdem:—REDDEND. pro dimedietate de Auldhame 6 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme; pro altera dimed. de A., et Soyttourland, 10 sol., cum wardis, releviis, homagiis et maritagiis cum contingerent (taxando wardam &c. ad 6 lib. 13 sol.[2]); pro terris ecclesiasticis 4 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme; necnon pro advocatione dicte ecclesie unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxix. 173.

87. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —ad feudifirmam dimisit M. WILLELMO GLAS ministro de Dunkeld, et GRISSILLIDI HAMMILTOUN ejus sponse,— mansionem ad prebendam seu canoniam de Mukarsie pertinentem infra civitatem Dunkeldensem (tunc ad solum dirutam), cum

[1] Dated A.D. 1593. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxvi. fol. 107.

[2] The Privy Seal Register, *l.c.* adds "4 den."

domibus et horto (inter communia menia dicte civitatis ex orien. et boreali, mansionem et hortum archidiaconi Dunkeldensis ex australi, mansionem et hortum cancellarie ex occiden.):—TENEND. dictis Wil. et Gris. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Willelmi quibuscunque:—REDDEND. 26 sol. 8 den. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 59.

88. Apud Edinburgh, 30 Mar.

REX, pro servitio sibi et progenitoribus suis impenso,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit THOME EDYAR in Furd, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —5 solidat. terrarum antiqui extentus de Langmyrsyd, 5 sol. ant. ext. de Escheholme, cum terris vocatis insula de Kenteis-yle, 40 den. ant. ext. de Over Brumrig (inter terras de Brumrig per quondam Thomam Welsche in Brumrig occupatas ex boreali, aquam de Nyth ex orientali, terras Hen. Edyar de Nethir-Brumrig ex australi), in baronia Sancti-nemoris, vic. Drumfreis;—que olim fuerunt pars patrimonii abbatie Sancti-nemoris:—REDDEND. annuatim 29 sol. 4 den. tanquam feudifirmam antiquam antea debitam et consuetam, cum 12 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam primo anno introitus heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 233.

89. Apud Edinburgum, 31 Mar.

REX,—pro servitio sibi in diversis negotiis ejus fidei commissis impenso, necnon pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—concessit et quitteclamavit WALTERO HENRYSOUN scribe signeto suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Knowis cum molendino, peciam terre vocatam Downykerishill, piscariam aque de Tyne adjacen. terris de K., 4 dietas focalium in mora dominicali de Tunnynghame, 3 terras bruerias in villa de Tunnynghame, cum *lie maltkill* &c., 2 ter. husbandias in *lie* Inche, in baronia de Tunnynghame, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt M. Georgii Lawder de Bas, quond. Roberti Knowis de eodem, Joannis et Cristopheri K. filiorum dicti Rob., et eorum predecessorum, tente olim de archiepiscopo Sancti Andree, tunc de rege per actum annexationis, per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem totius vel majoris partis earundem per eos factam sine licentia superioris:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—PRETEREA rex omnes dictas terras &c. incorporavit in liberam tenandriam de Knowis, et quod maneries ejusdem esset principale earum messuagium:—REDDEND. pro una dictarum terrarum brueriarum, nuncupat. Ryndisland de Broxmouth, communem sectam ad omnes curias apud dict. baroniam tenendas, cum aliis servitiis debitis et consuet.; pro ceteris servitium debitum et consuetum, necnon 13 sol. 4 den. monete, $1\frac{1}{2}$ petras cere albe, nomine cane sive annui redditus, necnon faciendo tres sectas ad tres curias capitales apud dictam baroniam, cum aliis servitiis debitis et consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 241.

90. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.), —in feudifirma locavit JOANNI SCOTT filio et heredi apparenti quondam Joannis S. filii naturalis quond. Roberti S. de Bonytoun, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas vicarie ecclesie parochialis de Sanct-Marie-Lowis, cum decimis quibuscunque inclusis que a solo nunquam separate fuerunt, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—que olim ad dict. vicarium pertinuerunt:—SOLVEND. annuatim 12 merc. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam predictam primo anno introitus heredum et assignatorum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 96.

91. Apud Edinburgh, 6 Apr.

REX concessit CUTHBERTO BORTHUIK fratri germano Joannis B. de Glengelt, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westir Hoprew (valentes per annum 54 libras monete, 40 *lie kane-foullis* [pretium

uniuscujusque 3 sol. 4 den.], cum ariagiis, cariagiis et debitis servitiis estimat. ad 10 lib.), vic. Peblis; terras baronie de Lochquharratie, viz. terras et *lie* Manis de L. (valen. per annum 1 celdram 2 modios $2\frac{2}{3}$ peccas hordei [pretium bolle 3 lib. 6 sol. 8 den.], 2 celd. 1 bollam 1 modium $1\frac{1}{3}$ pec. farine avenatice [pretium bolle 40 sol.]), terras de Afflekhill (valentes annuatim 80 merc.), vallem nuncupatam Fawsydishawch, per Joannem Patersoun occupat. (valen. per annum 2 bollas $5\frac{1}{3}$ peccas hordei, 4 bol. 2 modios $2\frac{2}{3}$ peccas farine, 12 *lie kane-foullis* [pretia *ut supra*]), molendinum et terras molendinarias de Lochquharretie cum multuris et sequelis (valen. annuatim 6 libras monete, 12 capones [pretium cujusque 5 sol.]), vic. Edinburgh; extenden. per annum ad 412 merc. 2 sol.;—deducendo annuum redditum 100 mercarum Joanni Liddell de Mauldislie prius per dom. Yeister alienatum de dicta baronia;—annuos redditus 287 merc., 47 sol., et 30 merc. 2 sol. 2 den., de terris et *lie* Manis de Beltane, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que terre &c. fuerunt Jacobi dom. Hay de Yeister, fratris et heredis quondam Willelmi dom. H. de Y.; et (postquam bona mobilia apud dictas terras &c., et apud terras de Eister Hoprew, Frostholl, Jedburghfeild et *lie* Manis de Neidpeth, vic. Peblis, terras de Curry, vic. Edinburgh, terras et *lie* Manis de Bothanis, terras de Gammilstoun, *lie* Manis de Yeister, terras de Park, villam et terras de Duncanelaw, in constab. de Hadingtoun, frustra quesita erant), 18 Mar. 1593 (comparentibus dicto Cuth. cum M. Alex. King et M. Marco Borthuik ejus prolocutoribus, necnon M. Umphrido Blinscheillis procuratore Domine Margarete Ker domine Yeister qui protestatus est de dicte Domine conjuncta infeodatione terrarum de Beltane), appreciate fuerunt[1] et dicto Cuthberto vendite pro 12000 merc. ei debitis[2] pro violenta ejectione dicti Cuth. de dictis terris de Afflekhill ei assedatis, et spoliatione bonorum ibi existentium, per dictum Wil. factis 8 Jun. 1588, et pro 47 lib. pro expensis litis, et pro 603 mercis 7 sol. pro feodo Joannis Symsoun nuncii, vicecomitis in hac parte:—Reddend. servitium warde &c.:—et voluit rex quod dictus Jac., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 97.

[1] Names of assize, summoned by John Wilkie messenger:—Mr Michael Chisholme burgess of Edinburgh, Ric. Abircrumbie of Poltoun, Captain Pat. Cranstoun, Jas. Davidsoun of Hadderweik, Bernard Borthuik of Collelaw, Wil. Fairlie and Alex. Lindesay burgesses of Edinburgh, John Johnnestoun portioner of Dene, And. Borthuik burgess of Canongate, Sir Jas. Newtoun in Creichtoun, Geo. Thoirbrand burgess of Edinburgh, John Kincaid of Craighous, Mr. John Hart burgess of Canongate, Walt. Bell at Bellis-mylne, Pat. Sandelandis burgess of Edinburgh.

[2] The sum is made up as follows:—(1) annual profits of the lands for 3 years *croppis* during which they were detained from the lessee, viz. the sowing of 80 bolls of oats estimated at the third grain, price per boll with the straw £3; sowing of 14 bolls bear, estimated at the fourth grain, price per boll with the straw 5 merks; sowing of 6 bolls wheat, estimated at the fourth grain, price per boll with the straw £5; sowing of 4 bolls peas, estimated at the fourth grain, price per boll with the straw £4; sowing of 4 bolls *ry* (*siligo*), estimated at the fourth grain, price per boll with the straw £3; pasturage of 10 score *mylk-yowis* (besides the undermentioned sheep carried off), profits of each sheep in wool, lamb, milk, butter and cheese 40s.; pasturage of 12 score *yeld-scheip*, profits of each in wool 6s. 8d.; pasturage of 10 *mylk-kye*, profits of each in milk, butter, calf and cheese £3; pasturage of 16 *drawin-oxin*, profits of each in *hyregang* and labour 6 bushels of meal, price per boll £3; pasturage of 20 *sowmes yeild-guidis*, profits of each *sowm* 20s.; pasturage of 2 *stuid-meiris*, profits of each in *foill* 20 merks, in work, riding and *hyregang* 6s. 8d. per day; pasturage of 3 *work-hors*, profits of each 6s. 8d. per day; 8 *brod-geis*, profits of each in goslings (*anserculis*) £4; 2 *brod-swyne*, profits of each in *gryss* 8 merks:—(2) value of goods carried off, and their profits during the said 3 years; viz. 38 bolls oats sown on the said lands, price per boll 4 merks; 8 bolls bear sown, price per boll £3; 9 bushels peas sown, price per boll £3 6s. 8d.; 2 bolls rye, price per boll £3; 7 *drawin-oxin*, price of each £10, and annual profit of each 6 bushels meal, price 50s. per boll; one cow with calf, price £10, and annual profit £3; one *work-hors*, price £16, and profit 5s. daily; 56 *mylk-yowis* with lambs, price of each 36s., and annual profit of each 20s.; 40 *yeld-scheip*, price of each 26s. 8d., and annual profit of each 5s.; other animals, and utensils, estimated at 40 merks. The decree was pronounced against Wil. Lord Hay 25 Jan. 1590, and transferred to Jas. lord Hay *passive*, 4 Aug. 1593.

92. Apud Edinburgh, 6 Apr.[1]

REX confirmavit D. THOME LYOUN de Auldbar militi, thesaurario suo, et Domine EUPHAMIE DOWGLAS ejus sponse,—terras et baroniam de Dod, viz. terras de Murththranwod (vel Murlathrawod) et Heinwod alias *the Dod*, cum fortalicio, manerie, silva, molendino, multuris et terris molendinariis, piscatione infra lacum de Rascobie ad dict. terras pertinente, terras vocat. *lie* Kingismure (intra bondas specificatas), vic. Forfar; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Rescobie, dicte baronie annexat.;—quas idem Tho. pro hac carta conficienda personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dictorum Tho. et Euf., eis de novo dedit, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Nethir Airlie que fuit abbatie de Cuper, et regi devenit quia Leonardus commendatarius de Cuper rebellis ad cornu denunciatus fuit (virtute literarum direct. ad instantiam M. Joannis Abircrummy, Isaaci, Roberti, Ricardi, et Jeremie Abircrumbyis filiorum legitimorum Roberti A. ephippiarii burgensis de Edinburgh, pro non solutione quorundam monachorum portionum dicte abbatie), et quam rex a dicta abbatia dissolvit, et ejus advocationem dicte baronie univit:—TENEND. dictis Tho. et Euph. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Thome proximis et legit. heredibus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 194.

93. Apud Edinburgh 27 Apr.

REX ratificavit cartam per M. Jacobum Hammiltoun, rectorem et vicarium ecclesie parochialis de Libertoun, cum consensu archiepiscopi Glasguen. et Hugonis dom. Somervell patroni dicte ecclesie, factam quondam Willelmo magistro de Somervell filio dicti Hug., heredibus ejus et assignatis,—de terris ecclesiasticis et gleba dicte ecclesie (exceptis mansione rectoris, horto et domibus ejusdem), in parochia de Libbertoun, baronia de Carnwath, vic. Lanerk;—TENEND. de rectore et vicario dicte parochie in feudifirma:—NECNON cartas sequentes inde Gilberto magistro de Somervell, et per ejus alienationem HUGONI SOMERVELL in burgo de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 243.

94. Apud Edinburgh, 30 Apr.

REX concessit JACOBO DOMINO LYNDESAY DE BYRIS, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Orkye cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, quartam partem terrarum de Estir Lauthrisk nuncupat. *the Langflat*, terras ecclesiasticas vicarie de Lauthrisk nuncupatas Bantuscall, cum manerie locis, tenentibus &c., in parochia de Lauthrisk, vic. Fyff;—quas terras vicarie Pat. commendatarius de Lundoris et Domina Jeanna Stewart ejus sponsa, ceteras Jo. Seytoun de Lauthrisk quoad superioritatem et David Lauthrisk de Orky quoad proprietatem, in favorem dicti Jac. resignaverunt;—et quas rex, pro bono servitio dicti Jac., ei de novo dedit, cum marresia *lie* Pitcontiemyre que fuit pendicula terrarum de Orky; et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Orky, et voluit quod maneries loci de Orky esset principale messuagium ejusdem:—REDDEND. pro terris vicarie 40 solidos devorie antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, nomine feudifirme; pro ceteris servitium warde et relevii absque maritagio (taxando wardam &c. ad 50 merc.):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 4.

95. Apud Edinburgh, 2 Maii.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO CRAWFURDE de Feirme, et ANNABELLE HAMMYLTOUN ejus sponse,—10 libratas terrarum de Crawfurdis-ferme cum fortalicio et carbonibus, 5 libratas de Coittis cum manerie et carbonibus, vic. Lanerk;—quas, per dictum Jac. et ejus predecessores de rege in alba firma tentas, idem Jac. pro hac

[1] Dated an. reg. 28. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxvi. fol. 222.

carta conficienda resignavit: — TENEND. dictis Jac. et An. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. ex corpore legit. procreandis quibu cunque, quibus def., Cristine C. filie legitime dictorum Jac. et An., et ejus heredibus:—REDDEND. jura et devorias debitas et consuetas:—TEST. *ut in. aliis cartis* &c. xxxix. 237.

96. Apud Edinburgh, 3 Maii.

REX confirmavit cartam Georgii Dundas de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Walt. D. filium suum natu maximum et heredem apparentem ab una, Wil. Menteith de Kers et Annam M. ejus filiam legitimam natu maximam ab altera partibus, de data apud Dundas, Airth, Kers et Leswade, 9, 11, 13 et 15 Maii 1592,—concessit dicto WALTERO DUNDAS—2 quarterias orien. terrarum de Blairmukis, cum manerie, molendino, terris molendinariis, ab antiquo in unam baroniam de Harthill incorporatas, vic. de Lanerk; terras de Echling, tam proprietatem quam tenandriam earundem, terras de Portersyde, vic. Lynlythgow; terras et villam de Estir Bavelay, superioritatem et firmam feudifirmariam ville et terrarum de Westir B. (per Jo. Mowbray de Barnebowgall Matheo Stewart in feudifirma locat. pro 16 libris annuatim), cum tenentibus &c., vic. Edinburgh:—RESERVANDO dicto Geo. liberum tenementum, cum potestate liberetenentes recipiendi; necnon Domine Cristine Oliphant sponse sue conjunctam infeodationem sive vitalem redditum de Blairmwkis, cum rationabili tertia ceterarum si contingeret:—TENEND. dicto Waltero et heredibus masculis inter eum et dictam Annam ejus sponsam affuturam legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Walteri de corpore legit. procreandis, quibus def., Georgio D. fratri germano dicti Walt., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Jacobo D. eorum fratri, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto D. fratri ejusdem Walt., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni D. de Newlistoun et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Walt. cognomen et arma domus de Dundas gerentibus, de rege:—cum precepto sasine directo Elie Dundas:—TEST. Rob. Dundas filio tertiogenito dicti Geo. senioris, Alex. Oliphant, Laurentio Millare, Elia Dundas, servitoribus dicti Geo. D. senioris:—Apud Arnistoun, 9 Jul. 1592]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 106.

97. Apud Strivilinge, 6 Maii.

REX,—recordans servitium sibi per consiliarium suum WILLELMUM STEWART commendatarium de Pettinweme tam infra regnum quam in extraneis nationibus peractum, necnon pro magnis summis per eum in servitio suo impensis,—virtute acti parliamenti desuper confecti,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—pro 12000 mercarum in parte solutionis summarum ei debitarum, concessit dicto Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — acras, croftas, terras, tenementa, salinas villarum et terrarum de Pettinweme et Anstruther ex occidentali parte torrentis, Petri Borthuik partem terrarum de Grangemure, Milnetoun de Pettinweme, terras de Lingo, Crainbrigis, *lie* Inche, Pittotter, Lochend, insulam de Maii, croftam de Carraill, vic. Fyiff; terras et baroniam de Eister et Wester Ryndeis cum cimbis et piscariis super aquam de Tay, vic. Perth; terras de Mayscheillis et Barro, vic. Edinburgh; cum firmis, feudifirmis &c. earum et ceterarum possessionum prioratus de Pettinweme infra regnum; cum potestate tenentes et vassallos recipiendi &c.:—PRETEREA suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Pettinweme, et voluit quod monasterium et locus de P. esset principale messuagium ejusdem: — REDDEND. unum den. albe firme:—PROVISO quod dicte terre &c. redimabiles essent per solutionem summe 12000 merc. infra ecclesiam parochialem vocat. S. Egidii de Edinburgh super premonitione 40 dierum, aut consignationem in manibus thesaurarii et decani gilde dicti burgi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 244.

98. Apud Edinburgh, 27 Maii.

REX confirmavit cartam Joannis Corrie de

Kelwode, — [qua vendidit GEORGIO CORRIE filio suo et heredi apparenti, et heredibus ejus masc. cognomen de Corrie gerentibus,—50 solidat. terrarum de Cragdow et Lagandyrrie, 20 sol. de Drummurchie, 2 mercatas de Glenluchrie, $2\frac{1}{2}$ mercat. de Colquhounistoun, in balliatu et comitatu de Carrik, vic. Air :—TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie :—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Cathcairt de Carltoun, Tho. M'Alexander de Crosclayis, Jo. Corrie servo dicti Jo. C. de K., Gilberto Ros in Mayboll :—Apud Thomastoun, 1 Maii 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 103.

99. Apud Halyrudehous, 28 Maii.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALEXANDRO IRVING juniori de Drum, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de duabus Cullarleyis, cum earum molendino, terris molendinariis, multuris, silvis, forestis, in comitatu de Huntlie, vic. de Abirdeine;—que fuerunt Alexandri Irving junioris (senioris?) de Drum, patris dicti Alexandri junioris, de Georgio olim com. de Huntlie tente; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Geo.: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 122.

142. Apud Striviling, 20 Aug.

REX confirmavit cartam factam per M. Davidem Scrymgeour, capellanum capellanie altaris S. Spiritus infra maneriem de Lyttil-Gourdy, et per Jac. Scrymgeour de Fardyll patronum ejusdem,—[qua,—pro reedificatione tenementi subscripti tunc ruinosi, et pro 300 lib. nomine gressume persolutis, — virtute contractus de data presentium, concesserunt consanguineo suo

DAVIDI SCRYMGEOUR de Fordie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—tenementum terre cum horto (ad dictum M. Dav. tanquam capellanum in vitali redditu et ad dictum Jac. tanquam patronum hereditarie pertinens), ex parte australi vici Argadie burgi de Dundie; necnon (pro relevamine dicti Dav. penes solutionem annualium reddituum dicti tenementi) annuum redditum 4 merc. de terris quondam Egidie Sereis sponse quond. Alex. Hereis, tunc Dav. Hoppringill, ex dicta parte dicti vici (juxta Sereis-wynd):—Tenend. de rege in feudifirma ac libero burgagio:—Reddend. regi servitium burgi debitum et consuet.; dicto capellano 10 mercas feudifirme, deducendo annuos redditus cuicunque persone de dicto tenemento debitos:—cum procuratorio resignationis fiende per Gilb. Quhittat scribam curie vic. de Forfare:—Test. Davide Scrymgeour apparente de Fordy, Jo. Strathauchin in Kirktoun de Lethindy, Jo. Michy in Wodesyde, Geo. Bissat puerorum institutore, Jac. Strathachan notario:—Apud Lyttil-Gourdy, 25 Maii 1593]:—Insuper,—pro bono servitio dicti Dav. S. de Fordie, et JACOBI STRATHACHIN notarii burgensis de Dundie (tunc proprietarii suprascriptorum per dicti Dav. dispositionem),—ratificavit primam fundationem dicte capellanie, et dictam dispositionem in favorem dicti Jac. Strathachin; et suprascripta quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 125.[1]

143. Apud Strivilinge, 2 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 6.),—confirmavit cartam Nigelli M'Challum, rectoris de Lochaw,—[qua,—cum consensu (quondam) Archibaldi com. Argadie dom. Campbell et Lorne, patroni sui,—pro pecuniarum summis in reparationem ecclesie parochialis de Kildeknanane expositis, ad feudifirmam dimisit JOANNI M'CHALLUM—terras de Annat extenden. ad mercatam antiqui extentus (inter terras de Auchakinna ex australi, Kildek(n)anane ex boreali, Auchindryne et Auchnamadde ex occiden., aquam ac rivolum Uskchil ex orien.), in baronia de Lochaw, vic. Argyle:—Tennend. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Donaldo Og Makchallum ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto rectore:—Reddend. 13 sol. 4 den. firme antique, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Reservata acra prope cimeterium dicte ecclesie, que dicitur acra rectoris, ministerio dicte ecclesie:—cum precepto sasine:—Test. M. Joanne Carswall superintendente Argadie et Insularum, Nigello Campbell de Blair, Jo. Stewart, Jo. M'Illaspik:—Apud Edinburgum, 22 Oct. 1569]:—Preterea, pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, dictas terras dicto Jo. (tunc vicario de Glenurquhy et vocato M. Joanni M'Challum) de novo dedit:—Reddend. regi *ut sup.*:—Test. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50. xl. 117.

144. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX confirmavit cartam Francisci com. de Erroll dom. de Hay &c.,—[qua, pro adimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit servitori suo PATRICIO HAY in Haddoch de Furvie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Haddoch de Furvie, in baronia de Slanis, vic. Abirdene:—Reddend. dicto Franc. 30 sol. feudifirme, si peterentur tantum:—cum precepto sasine directo M. Jo. Reid:—Test. Pat. Con de Auchay (Auchry?), Magistris Geo. Barclay, Jac. Hervie, Hen. Leslie:—Apud Slaynis, 2 Dec. 1592]:—Necnon aliam cartam dicti Francisci, constabularii Scotie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit Patricio Hay in Haddoch de Forvie, et heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem ville et terrarum de Lytill Artroquhy (per dictum Pat. et Wil. Leisk occupat.), cum tenentibus &c., in dominio seu baronia sua

[1] This charter contains the following names of adjoining owners:—heirs of umquhile Jas. Kyd, Rob. Kyd, umquhile Rob. Barry, Wil. Allerdes mason, heirs of umquhile And. Haillis, George Duruard, heirs of umq. David Cow, Wil. Duncane surgeon, heirs of umq. Tho. Blair, And. Man.

de Slaynis, vic. de Abirdene :—REDDEND. dicto Franc. unum den. albe firme :—cum clausula warrantizationis, exceptis alienatione partis dict. terrarum prius facta M. Alexandro Chyne commissario Abirdonen., et locatione dicto Wil. Leisk terrarum per eum occupat. pro 2 annis adhuc currendis : —cum precepto sasine directo M. Jo. Reid: —TEST. Pat. Con de Auchry, Magistris Geo. Barclay advocato, Jac. Hervy, Hen. Leslie, servitoribus dicti Franc.:—Apud Slaynis, 2 Dec. 1592]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Pat. Hay, dict. terras ei de novo dedit, non obstante forisfactura dicti Franc.:—TENEND. de rege :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 7.

145. Apud Edinburgh, 6 Sept.

REX confirmavit et,—cum avisamento &c. (19. 23. 10. 27. 16.),—de novo in feudifirma concessit M. JACOBO HAY de Rannas, heredibus ejus et assignatis,—ter. nuncupat. *the pleuch of Ovir Freuquhy* (vel Freughny), in parochia de Rothven, vic. Banff ;—quas idem Jac. resignavit :—PRETEREA rex concessit dictis Jac. Hay &c.—advocationem rectorie et vicarie ecclesie de Rothven, cum officiis preceptorie, conservatorie et visitationis hospitalitatis fundate juxta dict. ecclesiam per rectores ejusdem pro sustentatione inibi 6 senum infirmorum et egenorum dicte parochie ; cum potestate pauperes loco defunctorum presentandi, adeo valide ac si presentationes per regem aut per episcopum et capitulum Abirdonenses concesse essent :—REDDEND. pro terris 3 libras feudifirme antique, et 3 solidos 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum ;—et pro patronatu et officio administrationem prout congruit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 55.

146. Apud Halyrudehous, 7 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma locavit M. THOME OGILVY de Inverrechny, heredibus ejus et assignatis,—terras de Birnes, cum molendino, terris molendinariis, astrictis multuris, sequelis, vic. Abirdene ;—que olim ad episcopatum Abirdonensem pertinuerunt : — SOLVEND. annuatim 21 libras 18 sol. 4 den., 2 celdras 1 bollam farine avenatice et hordei equaliter, 4 bol. avenarum, 2 *lie mairtis*, 4 mutones, 18 capones, 18 pullones *lie pultre-foullis*, et 22 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 123.

147. Apud Edinburgh, 7 Sept.[1]

REX concessit WALTERO FORRESTER apparenti de Culmoir, et heredibus ejus quibuscunque,—dimedietatem terrarum de Culbeg et Culmoir, extenden. ad 5 mercat. antiqui extentus, vic. Strivilinge ;—quam Dunc. Forrester de Culmoir apud castrum de Striviling resignavit :—RESERVATO dicto Dunc. libero tenemento (excepto pendiculo vocato Creich) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 123.

148. Apud Halyrudhous, 10 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 10. 27. 16.),—in feudifirma dimisit GEORGIO LESLIE de Aikinvay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Tocher, cum potestate terras incultas lucrandi, vic. Abirdeine ;—olim ad episcopatum Abirdonensem pertinentes ;—terras de Frifeild, cum salmonum piscariis super aqua de Spey, cum molendino earundem, terris molendinariis, multuris et sequelis, necnon cum molendinis construendis cum eorum multuris &c., in parochia de Dundurcus, regalitate de Kinlos, vic. Elgin et Forres ; —olim ad monasterium de Kinlos pertinentes ;—vicarii glebam de Dunturcus lie Nethir-croft nuncupatam, in dicta parochia, regalitate de Spynie, vic. Elgin et Forres ; —olim ad vicarium de Dundurcus pertinentem ;—quarum omnium dictus Geo. non tantum nativus tenens verum etiam hereditarius feudifirmarius fuit; et que regi devenerunt defectu confirmationum per dicti Geo. ignorantiam actorum desuper confectorum :—REDDEND. annuatim pro

[1] Dated an. reg. 27. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxvi. fol. 207.

Tocher 10 lib., 9 bollas 2 firlotas farine et brasii per medium cum bato cuilibet bolle brasii (vel 10 solidos pro qualibet bolla), martam (vel 40 sol.), duos mutones (vel 6 sol. 8 den. pro quolibet), duas duodenas caponum (vel 8 sol. pro qualibet duodena), duas duodenas pultriarum (vel 4 sol. pro duodena), 3 aucas (vel 3 sol.), 2 bollas avenarum cum pabulo (vel 3 sol. 4 den. pro bolla), pro bondagio 5 solidos, pro gressuma annuatim 26 sol. 8 den., pro servitiis debitis et consuetis 5 sol., 3 sol. 4 den. antique augmentationis, 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam monete, extenden. in integro ad 21 lib. 8 sol. 8 den., in introitn heredum sive assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud villam de Auld Rayne; ac tenentes armati in exercitibus regiis ballivo dicti episcopatus tantummodo servirent;—pro Friefeild 6 libras 13 sol. 4 den., 6 sol. 8 den. antique infeodationis, 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Kinlos; et ad guerras regias propriis sumptibus pergerent cum ballivo dicti monast.;—pro Nethir-croft 56 sol. 8 den. feudifirme antique, et 20 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—Test. 65. 46. 47. 69. 33. 34. 49. 50. xl. 49.

149. Apud Edinburgh, 10 Sept.

REX confirmavit cartam Francisci comitis Errolie dom. Hay, constabularii Scotie,—[qua,— pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit WALTERO LESLIE, filio legitimo Alexandri L. de Crechie, et CATHERINE M'INTOCHE ejus sponse in conjuncta infeodatione, in vitali redditu, et WILLELMO LESLIE eorum filio legitimo in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et villam de Brogane, in baronia et parochia de Slanes, vic. Abirdene :—Reddend. dicto Franc. unum den. albe firme :—Proviso quod liceret baroni de Slanis suprascripta redimere per solutionem vel consignationem 800 lib. infra ecclesiam parochialem Divi Nicolini de Abirdene sub premonitione 40 dierum :—cum precepto sasine directo Jo. Leslie burgen. de Abirdene :—Test. Jo. Leslie de Balquhane, M. Georgio Barclay advocato in Abirdene, Alexandro Hay in . . ., Georgio Gawyn :—Apud Aberdene, 15 Jun. 1590] :—Preterea rex, pro bono servitio dicti Walteri, suprascripta dictis personis de novo dedit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 85.

150. Apud Halyrudhous, 10 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 10. 16. 27. 18.),—pro pecuniarum summis persolutis, concessit PATRICIO MAUCHLEINE in Bellishill, et MARIOTE HOPPRINGILL ejus conjugi,—40 solidatas terrarum de Bellishill, cum pendiculo *lie* Bus nuncupato, per dictum Pat. ejusque subtenentes occupatas (viz. Bellishill inter terras de Holarig ad Wil. Reidpeith de Greinelaw spectantes, fontem *lie Bakwall* super terris de Gibbishill ad Rob. Bruntfeild de Todrig spectan., dicti Rob. terras *lie* Eist et West Landis, *the Nune-myre* et Fowlschotlaw ad Alex. dom. Home spectan., *lie cast-dyk* que dividit *the Law-medowis* dicti dom. a *lie Ferny-beddis* per dictum Pat. occupat., et alias bondas specificatas, *lie* Bus inter dicti Wil. terras de Nuk &c.), infra villam et territorium de Greinlaw, vic. de Beruik;—que olim fuerunt partes terrarum temporalium monasterii de Kelso, et regi devenerunt ob forisfacturam Francisci quondam com. de Bothwell feudifirmarii earundem; et quarum dictus Pat. et ejus predecessores fuerant nativi tenentes usque ad hominum memoriam;—et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Bellishill :—Tenend. dictis Pat. et Mariote in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque; cum libertate molendina super *lie* Blak-burne construendi, jactandi aqueductum, bona pasturandi, glebas &c. jactandi super *lie* Greinelaw-commowne :—Reddend. firmas et servitia consuet.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 120.

151. Apud Edinburgh, 12 Sept.

REX confirmavit cartam Alexandri Ord

portionarii de eodem,—[qua vendidit ALEXANDRO ORD apparenti de Findachtie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietates suas terrarum de Ord, viz. *lie* Newtoun de O., *lie* Auldtoun de O., *lie* Chanveltoun, Hill-Ragowin, Boigheid, (Braidboig de Ord), Ailhousburne, ac molendini de Ord, cum tenentibus et tenandriis, in baronia de Monbre, vic. de Banff:—REDDEND. regi 13 solidos 4 den. feudifirme:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex. O. de eodem:—cum precepto sasine:—TEST. D. Georgio Ogilvy de Dunlugus milite, Jac. Ord in Ailhousburne, Jac. Jois in Banff, Jo. Wait in Craigherbis, Donaldo Urquhart notario publico (scriptore carte):—Apud Banff, 24 Jun. 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 67.

152. Apud Halyrudhous, 12 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 10. 27. 26.),—in feudifirmam dimisit JACOBO LOWELL filio legitimo quondam Henrici L. de Balumbie, heredibus ejus et assignatis,—salmonum piscationem de Ferredurris vocat. *the West-cruik* alias Kilcraig, jacen. super borealem partem aque de Tay, vic. Forfar;—que olim ad monasterium de Balmerinoch pertinuit:—DANDO 7 libras devorie antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 95.

153. Apud Halyrudehous, 14 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI MAKMORANE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem terrarum de Kingis-bernis, in dominio et senesc. de Fyff; cum communi pastura, libero introitu pre terris de Kippo, ad Kingis-mure, ac potestate ad effodiendum glebas &c., et extractione mericarum ibidem;—quas Willelmus Ramsay portionarius de Kingis-bernis, cum consensu Sibille Bannatyne sponse sue, in favorem dicti Jo. M. resignavit:—REDDEND. 5 libras, 1 celdram 2 bollas frumenti, 1 celd. 6 bol. ordei, 15 capones, et 6 sol. 8 den. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon edificando ortum bene fossatum et septum cum esculis, salicibus, alnis vel tremulis, cum plantatione fraxinorum, platanorum vel ulmorum, viz. 3 arborum pro unaquaque merca terra argenti, 20 arborum pro qualibet celdra firme; cum prohibitione alienandi absque consensu regis; et edificando honestas domos; et essent armati ad gradiend. cum rege in exercitibus &c.; et respondendo cum presentiis et sectatoribus ad tria placita capitalia senescalli de Fyfe apud Falkland:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 121.

154. Apud Halyrudhus, 14 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 6.), — in feudifirma locavit MATHEO SCOLLAY, heredibus ejus et assignatis,—denariatam terre in Langtay, ½ den. in How-benorth, ½ den. in Wais, ½ den. in Loupnes, omnes borealiter (*benorth*) infra insulam de Sanday, *Lady-parochin* ejusdem, vic. Orknay;—que olim tenebantur de Davide Scolla de Toftis tanquam prebendario Sancti Augusti(ni):—REDDEND. pro Langtay 6 *lie maillis* ordei, pro How 9 *lie settingis* ordei, pro Wais 2 *lie maillis* ordei, pro Loupnes 9 *lie settingis* ordei, firme antique, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 124.

155. Apud Halyrudhous, 16 Sept.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit THOME KIRKPATRIK de Closburne, et heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Kirkpatrik gerentibus, et assignatis quibuscunque, — terras et baronias de Closburne et Brigburgh, terras et liberas tenandrias de Auchinlek, Sandrum, Lene et Newtoun, 40 solidat. terrarum de Helisland, 40 solidat. *the Kirkland* de Dalgarnok, cum castris, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Drumfreis; —quas idem Tho. personaliter resignavit:—INSUPER rex ratificavit originale infeofamentum per Alexandrum regem Scotie concessum Ivon Kirkpatrik, predecessori dicti Tho., de dictis terris de Closburne (bondatis modo in eodem speci-

ficato), tenendis in alba firma pro solutione servitii quarte partis unius militis aurati (non obstante quod dictus Tho., et quondam Rogerus K. de C. ejus pater, defectu exhibitionis dicti infeofamenti in ipsorum manibus tunc non existentis, ad dict. terras tanquam per servitium warde tentas retornati fuerunt); necnon dissolvit ecclesiam parochialem de Closburne a monasterio de Calco, et eccl. par. de Dalgarnok a monast. de Halyrudhous, et erexit rectorem et vicarium dict. ecclesiarum, et constituit dictum Thomam hereditarium patronum rectoriarum et vicariarum earundem, et earum advocationem ad baroniam de Closburne univit (absque prejudicio presentibus commendatariis dict. monasteriorum, eorumque tenentibus et assedatoribus); et omnia suprascripta in liberam baroniam de Closburne incorporavit, et voluit quod fortalicium et maneries de C. esset principale messuagium ejusdem :—REDDEND. pro Closburne cum dictis advocationibus quartam partem servitii unius militis, pro Heileisland unum den., nomine albe firme; pro Kirkland de Dalgarnok 40 sol. feudifirme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta, cum warda &c.:—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50. xli. 124.

156. Apud Halyrudhous, 18 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 38. 16.),—confirmavit [1] alienationem per Joannem Cumyng de Cowtie factam Davidi Kinnynmonth feodatario de Craighall—de terris de Craygy, cum earum decimis tam rectorie quam vicarie, in dominio de Dunkeld, vic. Perth;—TENEND. de rege :—[2] alienationem per dictum Davidem factam M. THOME ABIRCRUMBIE tutori de eodem—de dictis terris &c.;—TENEND. de rege :—[3] cartam feudifirme per quondam Simonem Young, canonicum Dunkeldensem et prebendarium de Capeth, factam quond. Willelmo Young, et Margarete Cragie ejus sponse, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., heredibus dicti Wil. quibuscunque,—de sexta parte ville et terrarum de Capeth- Makkatich et crofte *lie* Brewland-croft dicte ville (per eos occupat.), cum piscatione in aqua de Tay, molendino, cum decimis tam rectorie quam vicarie dict. terrarum et crofte que a fructibus nunquam separate fuerant, in dictis dominio et vic.;—TENEND. de dicto prebendario : — [4] preceptum sasine per quond. Arch. Lindsay, prebendarium dicte prebende, factum pro sasina Joanni Young, filio et heredi dicti Wil., de suprascriptis danda : — [5] cartam alienationis per dictum Jo. Young factam dicto M. Tho. Abircrumbie—de dictis terris &c.;—TENEND. de rege : — INSUPER rex, pro bono servitio dicti M. Tho.,—cum consensu &c. (19. 38. 10. 27. 16.),—de novo in feudifirmam dimisit dicto M. Tho., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dictas terras de Craigy cum decimis &c., dict. sextam partem de Capeth-Makathill et *lie* Pleulandcroft, cum dictis piscatione, molendinis et decimis, cum maneriebus &c.; et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Craigy, ut unica sasina apud maneriem de C. capienda pro omnibus staret :—DANDO annuatim pro Cragy 45 merc. 12 sol. 11 den., cum careagiis, devoriis et servitiis consuetis; et duplicando dictam summam in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia super dict. terris; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, jus dicti infeofamenti caderet; —pro Capeth-Makcathill &c. 4 merc. 8 sol. 11 den.; et duplicando &c. (*ut supra*); ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia super dict. terris, et 2 alias curias ibidem quando citati essent; et si in solutione deficerent infra 40 dies post terminum, solverent 12 den. pro quolibet die post dictos 40 dies :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 94.

157. Apud Halyrudhous, 18 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 12. 10. 27. 16.),—confirmavit preceptum sasine factum per quondam Rob. episcopum Dunkelden., —[qua precepit Alexandro Ramsay in Miltoun et Roberto Boyd,—quatenus sasinam darent THOME LAIRD (alias Thamsoun), tanquam heredi quondam Joannis Reid (Laird) alias Thamsoun ejus avi,—de quarteria terrarum et molendini de Fordy, in dominio de Dunkeld, vic. Perth;—de dicto

episc. tentis pro 25 sol, feudifirme :—TEST. Joanne camerario dicti episc., D. Davide Henry notario, Alex. Crychtoun :—Apud Cluny, 10 Oct. 1563] :—PRETEREA,—cum consensu &c. (19. 10. 6. 30.),—suprascripta dicto Thome, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo in feudifirmam dimisit :—REDDEND. regi 25 sol.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 93.

158. Apud Halyrudehous, 19 Sept.

REX,—cum consensu &c., (19. 27. 32. 16.),—concessit M. JOANNI HAY uni ordinariorum clericorum collegii justiciarie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—locum ubi templum preceptorie S. Anthonii apud villam de Leith prius steterat, tunc ruinosum, cum cœmiterio, mansione &c.; necnon patrimonium dicte preceptorie, viz. terras ecclesiasticas de Haillis, vic. Edinburgh (exceptis mansione et 4 acris pro gleba ministri), rectoriam ac decimas garbales terrarum de Reidhall, Colingtoun, Oxgangis, ac dimidietatis de Comestoun, ac vicariam totius parochie de Haillis; tenementum in villa de Leith ex parte australi aque ejusdem, in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh (dicte preceptorie concessum a quondam Eduardo Logane, filio et herede quondam Georgii L. de Leith); annuos redditus 6 merc. de tenemento quondam Wil. Simpsoun *lie* Stoiris (vel Stowis), 5 merc. de tenemento quond. Jo. Balfour (cum 20 sol. pro alio ejus loco S. Anthonii horto adjacen., ac pro ejus ustrino 3 den.), de tenemento quond. Jo. Broun 2 merc., de tenemento quond. Jo. Home 40 sol., de ustrino quond. Jo. Dischingtoun 3 den., de tenemento quond. Jo. Mathesoun 6 sol. 8 den. (et pro dicti Jo. *lie obit* 10 sol.), de tenemento quond. Pat. Mathesoun 2 merc., de tenemento quond. Jo. Dikesoun 4 merc., de tenemento quond. Wil. Symmer 20 merc., de tenemento quond. Jo. Crokat 3 lib. 4 sol., de tenemento quond. M. Geo. Forrestair 2½ merc., de tenemento quond. Jo. Gallous 40 sol., de tenemento quond. And. Blair 6 merc., de tenemento quond. Wil. Gray 7 merc., de tenemento quond. Jo. Ker 4 den., de tenemento quond. Tho. Mortoun 3 den., de duobus tenementis quond. Patricii Gray 3 lib. 2 sol. 6 den., de tenemento quond. Jo. Cant 35 sol. 9 den. (et pro *lie obit* 10 sol.), de tenemento quond. Joannis Ker 20 sol., de tenemento quond. Thome Melling 6 sol. 8 den., de tenemento quond. . . . Carkettill 8 merc., de tenemento quond. Davidis Crollis 6 sol. 8 den., de tenemento quond. Wil. Bartane 10 sol., de tenemento quond. Geo. Logane 4 sol., de tenemento quond. Jo. Foullar 10 sol., de tenemento quond. Rob. Bartane 13 sol. 4 den., de tenemento quond. Alex. Lamb 2 sol., de tenemento quond. Geo. Knichtsone 12 den., de tenemento quond. Jo. Lyell 3 sol. 4 den., de tenemento quond. Jo. Boyman 3 sol. 4 den.; —quos idem M. Jo. personaliter resignavit; et quos rex,—quia quond. Alexander Hay de Eister Kennat, clericus registri ac preceptor dicte preceptorie, beneficium ejusdem in favorem dicti M. Joannis resignaverat, et pro bono servitio dictorum Alex. et M. Jo.,—omnia suprascripta dicto M. Jo. de novo dedit; et dictam preceptoriam suppressit, renunciando tertiam partem ejusdem, et ordinando quod feudifirmarii suas terras &c. de dicto M. Jo. tenerent; et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Haillisbrig, ut unica sasina apud locum dicti templi capienda pro omnibus staret :—REDDEND. 13 sol. 4 den. albe firme; necnon solvendo annuatim ministro de Haillis 70 lib., in plenaria satisfactione partis ejus stipendii de fructibus dicte preceptorie modificate aut modificande :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 52.

159. Apud Edinburgh, 20 Sept.

REX confirmavit cartam Francisci comitis Errolie dom. Hay, constabularii Scotie,—[qua, pro adimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit WILLELMO LORYMER burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —villam et terras de Seefeild de Slanis (per Gilbertum Lorymer et Jac. Gibsoun occupat.), in baronia de Slanis, vic. Abirdene :—REDDEND. annuatim dicto comiti 30 solidos :—cum precepto sasine directo And. Wyldeguise in Kirktoun de Slanis : —TEST. Petro Hay de Kirkland, Pat. Hay de Pettillo, M. Alex. Cheyne commissario de Abirdene, M. And. Middiltoun, M. Jo.

Leith, M. Tho. Leslie, Tho. Forbes juniore, burgen. de Abirdene, Georgio Kynmound servitore dicti Franc., Jo. Clogye, M. Wil. Reid notario publico :—Apud Abirdene, 2 Nov. 1589]:—Insuper, pro bono servitio dicti Wil. L., suprascripta ei de novo dedit, cum jure suo ratione forisfacture dicti Franc.:—Tenend. de rege :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 8.

160. Apud Halyrudehous, 20 Sept.
REX concessit THOME MENZEIS de Durne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimediam seu binam partem terrarum de Bogmochile, in dominio foreste de Boyne, vic. Banff;—que fuit quondam Alexandri Ogilvie de Durne, fratris matris dicti Tho., tenta de Georgio olim com. de Huntlie ejusque predecessoribus; et regi devenit ob forisfacturam dicti Geo. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 68.

161. Apud Edinburgh, 20 Sept.
REX concessit JEDIONI KEITH portionario de Durne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Bogmochile, in dominio foreste de Boyne, vic. Banff;—que fuit quondam Alexandri Ogilvie de Durne, fratris matris dicti Jed., tenta &c. (*ut in carta* 160) :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 69.

162. Apud Halierudehous, 22 Sept.
REX confirmavit cartam Patricii Buttir de Marietoun,—[qua, cum consensu Sibille (vel Issobelle) Rossie conjugis sue,— pro perimpletione contractus de data presentium,—pro 700 merc. persolutis, vendidit WILLELMO SPALDING in Mylnehauch de Alycht, et ELIZABETH CHALMER ejus sponse,—annuum redditum 20 bollarum ordei de terris suis de Estir et Westir Calleis, vic. Perth :—Tenend. dictis Wil. et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. et assignatis quibuscunque, de dicto Pat. :—Reddend. unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, usque ad redemptionem dicti ann. red. per solutionem 700 merc. :—cum precepto sasine directo Jo. Chalmer de Boig:—Test. Wil. Chalmer de Drumloquhy, Jo. et Geo. C. ejus filiis, Wil. Eviot nuncio, Roberto M'Rethe scriba, Jac. Strathauchin notario: —Apud Lundeiff, 16 Jan. 1590] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 84.

163. Apud Halyrudhous, 24 Sept.
REX concessit ALEXANDRO GUTHRIE seniori de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Haltoun de Inverpeffer, Cottoun (de I.), cum molendino et terris molendinariis, in baronia de Slanis, vic. Forfar;—que fuerunt quondam Alexandri G. de eodem, patris dicti Alex., ejusque predecessorum, tente de Francisco olim com. Errolie dom. Hay &c. ejusque antecessoribus; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Franc. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 9.

164. Apud Halyrudhous, 29 Sept.
REX constituit suum servitorem et advocatum M. JOANNEM SKEINE, durante ejus vita,—clericum registri, concilii et rotulorum suorum, cum dicti officii privilegiis &c.;—vacan. per decessum Alexandri Hay de Eister Kennet ultimi clerici et possessoris ejusdem :—cum potestate deputatos creandi &c. xl. 125.

165. Apud Halyrudhous, 30 Sept.
REX confirmavit PETRO HAY (de Leyis), filio et heredi quondam Joannis H. de L., cartam Thome Wyntoun de Strodichmyrtyne, et Issobelle Hay ejus conjugis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt (dicto) JOANNI HAY de Leyis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annualem redditum 36 lib. de terris suis dominicalibus vulgo *the Manis of Stradichmartyne*, in baronia de S., regalitate de Rescobie, vic. Forfar :—Tenend. usque ad redemptionem ejusdem :—Reddend. dicto Tho. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—Test. Jo. Ogilvie de Petpynt, Hen. Guthrie filio domini de Kynganie, Walt. Hay, Georgio Mudie, burgensibus de Dundie, Pat. Kynnairde in Inchemichell, And. Wyntoun fratre dicti Tho. Wyntoun :—Apud Dundie, 23 Jun. 1584] :—Test. 65. 46. 47. 69. 32. 70. 49. 50. xl. 50.

166. Apud Halyrudhous, 1 Oct.

REX, pro bono servitio &c. (*ut in carta* 104), concessit et quitteclamavit WALTERO SCOTT de Branxholme militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras, dominium et baroniam de Haillis, cum castro, villis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Hauch, prebendarie de Lintoun vocate, et capellanie de Markle, terras et baroniam de Auldhamstokis, cum villis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de A., capellanie de Colbrandspeth et hospitalitatis ejusdem, necnon terras de Eist-Craig, Hoprik, terras et baroniam de Morhame, cum earum fortalicio, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie ejusdem, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras et baroniam de Creichtoun, cum castro et manerie, villis, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocatione prepositure de Creichtoun, prebendariarum et capellaniarum ejusdem quarumcunque, terras de Murhous, vic. Edinburgh principali; terras de Quhitsum, cum tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de Q., terras de Prandergaist, Quhitrik, Obchester, Schirefbigging, Schirefiandis, cum villis, molendinis, tenentibus &c., vic. Beruik; cum officio vicecomitis de Beruik cum feodis &c.; terras et baroniam de Woltoun, cum villis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de W., terras[1] de Tunyettane, cum villis, molendinis, tenentibus &c., terras de Fermingtoun cum earum hospitali, tenentibus &c., terras de Langnewtoun, cum turre, molendino, tenentibus &c., terras et baroniam de Chalmerlane-newtoun, cum villis, molendinis, tenentibus &c., terras de Teindsyd, Harwod, Slaidhillis et Carlingpule, vic. Roxburgh; terras de Ailmure, cum turre, molendino, tenentibus &c., vic. Selkirk; terras et baroniam de Drysvisdaill et Carrutheris, cum tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de C., in senesc. de Annanderdaill, vic. Drumfreis; terras et baroniam de Kirkmichaell, cum villis, molendinis, tenentibus &c., terras de Tarrachtie cum fortalicio, Drumlark, Mabie et Cruikis, cum silvis, molendinis, tenentibus &c.,[2] advocatione ecclesie parochialis de Dalry, vic. Drumfreis; ter. et dominium de Bothwell, cum foresta, mora, tenentibus &c., advocatione prepositure de Bothwell, prebendariarum et capellaniarum ejusdem, et ecclesie de Hawik, et prebendariarum in ecclesia collegiata ejusdem, necnon ecclesie de Bartramschottis, terras et baronias de Elgariggill, Wolstoun et Dolphinstoun, cum molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum de W. et D., terras et baroniam de Dunsyre, cum villis, molendinis, tenentibus &c., vic. Lanerk; terras et dominium (et baroniam)[3] de Liddisdaill, cum castro de Armetage, cum libera foresta et regalitate ejusdem, cum villis, fortaliciis, silvis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum ac prebendariarum earundem, vic. de Roxburgh; terras et predia de Elvillane et Kirkstead, vic. de Selkirk;—quas (omnes, preter Elvillane et Kirkstead, prius in liberum comitatum, dominium et baroniam de Bothwell incorporatas), per regem Ludovico Lennocie duci com. de Darnlie dom. de Tarboltoun, Methven et Auibigny concessas post forisfacturam Francisci olim com. de Bothwell et quondam Jacobi com. de B. ejus predecessorum, dictus Lud. ad remanentiam resignavit; et quas, preter Elvillane et Kirksteid, rex incorporavit in liberum dominium et baroniam de Haillis, ordinando castrum de Haillis fore principale messuagium: — REDDEND. pro dicto dominio unum den. argenti nomine albe firme; pro Elvillane et Kirkstaid 28 libras feudifirme, necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 53.

167. Apud Halyrudhous, 2 Oct.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10.

---

[1] The Privy Seal Register (lib. lxvi. fol. 229) adds "et baroniam." So also the charter of three days later (No. 175 *infra*).

[2] The Privy Seal Register adds here "terras et baroniam de Erlestoun vocat. Glenken, cum villis, molendinis, tenentibus &c." In No. 175 *infra* this clause is not found in either the Great Seal or the Privy Seal Register.

[3] Omitted in Privy Seal Register, and in No. 175 *infra*.

27. 6.),—confirmavit cartam factam per Geo. Reid in Auchmilling liberetenementarium, et per Wil. Reid ejus filium feudatarium, terrarum subscript.,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 9 Maii 1589,—vendiderunt MATHEO REID in Blaksyde et ELIZABETHE AIRD ejus conjugi in conjuncta infeodatione, eorumque heredibus et assignatis,—9 solidat. terrarum antiqui extentus de Auchmeling, in dominio de Kylismure, vic. Air :—Tenend. de rege, loco commendatarii et conventus de Melros, in feudifirma :—Reddend. dicto commendatario usque satisfactus esset pro ejus temporalitate, et deinceps regi, 9 sol. firme antique, 4½ den. pro arreagiis et carreagiis, 4 den. pro *lie bondage-silver*, et 3 sol. augmentationis ; necnon triplum feudifirme in introitu heredum ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Mauchleine ; et portando grana dict. terrarum molendinis dominii de Kylismure, multuras consuetas persolvendo, asportando molares &c.; et occupatores equitando, ambulando et partem capiendo in defensione privilegiorum dicti monasterii, et in guerris regiis contra hostes regnum invadentes ; necnon liceret regi molares, arbores et alios lapides quoscunque pro sustentatione dict. molendinorum et loci de Mauchleine, ac carbones, cespites et alia focalia quecunque proprio usui dicti loci, ubicunque infra bondas dict. terrarum absque extremo earum incommodo fodere ; et si feudifirmarii in solutione deficerent per tres terminos, aut si contra regem malignarent aut partem caperent, hoc infeofamentum nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo And. Reid in Mongarriswod :—Test. M. Petro Prymrois Verbi Dei apud Mauchleine ministro, Joanne Reid de Markland, Jo. Fischear in Mauchleine, Wil. Bryane servitore Joannis Gemmill notarii publici :—cum subscriptionibus Joannis Gemmill et Roberti Aikin notariorum de mandato dictorum Geo. et Wil. R. scribere nescientium :—Apud Mauchleine, 19 Maii 1589]: —Insuper dictas terras quitteclamavit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 129.

168. Apud Halyrudehous, 2 Oct.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma locavit WILLELMO HAY lectori ecclesie de Channonrie, in vitali redditu, et ROBERTO HAY ejus filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—peciam terre infra Canoniam Rossensem, extendentem ad 60 ulnas in longitudine et 17 ulnas in latitudine (inter clausuram sive hortum decani Rossensis, croftam rectoris de Alnes, communem viam *the Denis-rode*, particulam terre per Jac. Bewchart occupat.), aliam peciam ibidem, extenden. ad 80 pedes in latitudine et 120 pedes in longitudine (inter terras mansi et clausuram decani, croftam et mansum dicti rectoris), cum domibus &c. ;—que olim ad decanum Rossensem pertinuerunt :—Solvend. 5 sol. devorie antique, et 8 den. augmentationis ; necnon duplicando dict. devoriam in introitu heredum :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 130.

169. Apud Halyrudehous, 2 Oct.

REX,—cum avisamento &c. (19. 23. 10. 27, 16.),—in feudifirma locavit JOANNI HENDRY juniori in Woltoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 denariatas terrarum de Woltoun antiqui extentus (per Jo. M'Birny occupat.), acram de W. per Jo. Hendry patrem dicti Jo. H. junioris occupat. (juxta terras Jo. M'Gaune in Hauchholl), in dominio de Kylismure, vic. Air ;—que per dictum Jo. H. seniorem ejusque predecessores de abbatia de Melrois tenebantur in feudifirma, et regi devenerunt virtute acti annexationis :—Reddend. pro dictis 40 denariatis 26 sol. 8 den. firme antique, et 15 den. augmentationis ; necnon triplum &c. (cum ceteris *ut in carta* 167) ; pro dicta acra 21 den., cum sectis curie, multuris et aliis solvi solitis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 131.

170. Apud Halyrudhous, 2 Oct.

REX,—cum avisamento &c. (19. 15. 27. 6.),—confirmavit cartam Alexandri Denielstoun vestiarii, incole civitatis de Londoun in Anglia,—[qua,—pro impletione contractus de data presentium,—vendidit DAVIDI DANIELSTOUN fabro aureo, burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—suam dimediam partem dimedietatis terrarum de Abden de Ratho nuncupat. Rathobyris, in

baronia de Kirklistoun, regalitate Sancti Andree, vic. Edinburgh :—REDDEND. regi (loco archiepiscopi S. Andree) ¼ libre cere nomine albe firme, et alias devorias prius debitas :—cum precepto sasine directo Adamo Thampsoune apothecario burgen. de Edinburgh :—TEST. Adamo Cuper scriba, Jo. Castellaw ejus servitore (scriptore carte), Jacobo Tamsoun burgensi de Edinburgh, Samuele Eleis filio quondam Andree E. mercatoris burgen. de Edinburgh, Jacobo Murheid ministro :—Apud Edinburgh, 11 Sept. 1594] :—INSUPER dict. terras dicto Dav. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 133.

171. Apud Halyrudhous, 2 Oct.

REX confirmavit cartam Jacobi Colvil de Balbedye, et Helene Lindsay ejus conjugis, —[qua,—pro impletione contractus inter se ab una, Willelmum Ged de molendino de Kingorne-Wester tanquam cautionarium pro personis subscriptis ab altera partibus, registrari ordinati in libris dominorum concilii, de data presentium,—vendiderunt PATRICIO GREIFF nauclero, burgensi de Bruntilin, et BEATRICI GED ejus conjugi,—dimedietatem umbralem ville et terrarum de Balbedie (olim Joanni Boswell de Balmuto spectantem, tunc per Alex. Chalmer et Joannem Wilsoun occupatam), in dominio de Loquhorschyr, parochia de Auchterdiray, vic. Fyiff; cum domibus, aquis, stagnis, piscationibus, presertim cum domibus &c. per dictum Jo. W. et Jonetam Reddie ejus conjugem occupatis :—TENEND. dictis Pat. et Beat. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis pluribus aut uni dicti Patricii quibuscunque, de rege :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine directo duci Davidi Boswell burgen. de Kingorne :—TEST. Jo. Boyd seniore de Bowanschaw, Jac. Clerk et Joanne Phin scrutatore comburgensibus de Bruntiland, Geo. Swyne famulo dicti Jac. Colvil, Jac. Kingorne in Dunfermeling, And. Wilsoun M.A. in Bruntiland, notariis publicis, Daniele Melvil (scriptore carte) famulo dicti And., dicto duce Davide Boiswell in Kingorne, Walt. Harper in Nethir Grange, et Alex. Chalmer in Bruntiland :—Apud Bruntiland et Balbedie, 1 et 3 Apr. 1594] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 75.

172. Apud Halyrudhous, 2 Oct.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—confirmavit cartam Joannis Gordoun de Newtoun de Culsalmond,— [qua concessit JACOBO GORDOUN filio suo primogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque,—terras et baroniam de Newtoun de Wranghame, viz. terras de Newtoun de W. cum fortalicio et manerie, molendinis granorum et fullonum, terras de Polquhyt, *lie* Kirktoun de Culsalmond, Cairnehill, Lethinghame, Williamsoun, cum molendino de Williamstoun, terris molendinariis, astrictis multuris et *lie knaifschipis* totius baronie de Wranghame consuetis, cum privilegio custume et *lie toll* nundinarum et fori vocat. *Sanct-Sairkis-fair* (vel *Sanct-Serffis-fair*) tenend. annuatim super terras de Wranghame, cum tenentibus &c., in baronia de Newtoun, parochia de Culsalmound, vic. Abirdeine : —REDDEND. annuatim regi pro dicta baronia 66 libras 13 sol. 4 den., pro Polquhyt, Kirktoun et Carnehill 32 lib. 4 sol., pro Lethinghame et Williamstoun 55 lib. 6 sol. 8 den., feudifirme; una cum servitio debito et consueto :—cum precepto sasine : —TEST. Joanne Seytoun, Jo. Caldell, Alex. Gordoun, servitoribus dicti Jo. G., Alex. Laird in Greyn-Inschis, M. Andrea Clerk notario publico (scriptore carte) :—Apud Newtoun de Culsalmond, 6 Maii 1594] :— INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. G., suprascripta ei de novo dedit :—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 70. 49. 50. xl. 78.

173. Apud Halyruidhous, 2 Oct.

REX confirmavit cartam Joannis Seytoun de Barnis militis,—[qua, pro perimpletione obligationis de data presentium,—cum consensu Willelmi Seytoun fratris sui pro ejus interesse,—vendidit ALEXANDRO GORDOUNE de Over Barsk(e)oche, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—terras de Over Barskeoch et Drumbuy, in parochia de Kellis, dominio

Gallouidie, senesc. de Kirkcudbrycht :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. annuatim pro Over Barskeoche 5 lib. 6 sol. 8 den., cum 21 sol. 4 den. loco gressume quinquennalis; pro Drumbuy *ut pro Over B.*; et 35 sol. 6 den. augmentationis; ac duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Rob. Gordoun in Knokman :—TEST. Jo. Broune juniore de Land, And. Chalmer de Correthe, Jac. Lindsay de Fairgirthe, M. Jac. Ogilvie servitore dicti Jo. S., Hen. Bicartoun scriba :—Apud Edinburgh, 5 Aug. 1592] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Alex., dict. terras ei de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 508.

174. Apud Halyrudhous, 4 Oct.

REX, — tanquam administrator et tutor filio suo Henrico principi et Scotie senescallo, duci de Rothesay, comiti de Carrik, dom. de Ylis ac baroni de Renfrew,—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO MONTGUMRIE MAGISTRO DE EGLINTOUN, et JEANNE CAMPBELL ejus sponse, — 20 libratas terrarum antiqui extentus de Eistwod, cum fortalicio, manerie, silvis, parcis, molendinis, 13 libratas ant. ext. de Langsyd, Thankerlandis, Newlandis et Murleyis, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c. (exceptis terris de Henreiscroft olim per Wil. Blair occupatis), in baronia et vic. de Renfrew; annuum redditum 149 lib. 11 sol. 9 den. de terris et baronia de Eglishame, vic. Renfrew ;—quas et quem Jac. Hammiltoun de Langherdmestoun, cum consensu Domine Jeanne Hammiltoun comitisse de Eglintoun filie legitime quondam Jacobi ducis de Chatterrault comitis de Arrane domini de Hammiltoun &c., in favorem dict. personarum resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Jean. C. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque, de dicto principe :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 132.

175. Apud Halierudehous, 4 Oct.

REX,—pro bono servitio &c. (*ut in carta* 104),—concessit et quitteclamavit WALTERO SCOTT de Branxholme militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras, dominium et baroniam de Haillis &c. (*ut in carta* 166) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 88.[1]

176. Apud Halyrudehous, 5 Oct.

REX, pro compositione persoluta, concessit et quitteclamavit JOANNI ROBERTSOUN in Nethir Ardmakcorne, burgensi de Edinburgh, et AGNETI BARTANE ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque,—annuum redditum 100 mercarum de terris et baronia de Slanis, umbralem dimedietatem ville et terrarum de Nethir Ardmakcorne (per eos occupat.), jacen. in dicta baronia, vic. Abirdene;—que regi devenerunt ob forisfacturam Francisci olim com. de Erroll, superioris dictis Joanni et Agneti eorundem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 22.

177. Apud Halyrudhous, 8 Oct.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—confirmavit ANDREE WOD de Largo—terras de Largo et terras cottagias earundem, cum molendino, terris molendinariis, brasinis (limitan. cum terris de Halhill et Montrippile per bondas specificatas), terras de Fawfeildis et Frostleyis, terras *lie* Brounislandis, insulam *lie inche* de Inchkeith (jacen. in mari contra burgum de Kingorne), burgum baronie de Largo, *lie* Nethirtoun et Seytoun ejusdem, in liberum burgum baronie ab antiquo erectum, cum castris, maneriebus, molendinis, piscariis salmonum apud sinum torrentis de Largo, ceteris piscariis, cunicularis, carbonariis, tenentibus &c., advocatione capellaniarum omnium dict. terrarum, omnes ab antiquo in unam baroniam de Largo incorporatas, vic. Fyiff; terras de Balbreki, in dominio et vic. de Fyiff; *lie* Balbrekie-mylne cum terris molendinariis, terras de Auldhall, cum

[1] This charter is a repetition of No. 166 with verbal differences; it also adds the advowson of the parish church of Tounyettane; and omits the office of sheriff of Beruik, the advowson of Dalry, and the lands &c. of Elgariggill, Wolstoun and Dolphinstoun.

astrictis multuris de Camroun, Balbrekie et Ballinbrek [Ballinkirk ?] (viz. una pecca de qualibet bolla, semine et decimis exceptis), terras de Schyrmure, in senesc. et vic. de Fyiff;—quas idem And. apud Striviling resignavit pro hac carta conficienda:— INSUPER rex, pro bono servitio dicti And., ratificavit omnes cartas, rentales &c., dicto And. ejusque predecessoribus desuper concessas; et, pro pecuniarum summis persolutis, suprascripta dicto Andree de novo ad feudifirmam dimisit, cum libera communia et pasturagia in terris *lie* Threipland nuncupatis; — necnon ad feudifirmam dimisit dicto Andree—omnes fodinas ac mineralia auri, argenti, eris, stanni, plumbi, ferri et ceterorum metallorum infra dict. terras;—necnon constituit eundem And.—hereditarium patronum vicarie de Largo;—que prius ad regis donationem spectavit, et tunc per Jacobum Wod ultimum vicarium resignata est:—INSUPER rex omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Largo, ordinando maneriem de L. principale messuagium fore; et dictam villam de Largo, *lie* Nethirtoun et Seytoun ejusdem, de novo in liberum burgum baronie erexit; cum potestate dicto Andree ballivos, burgenses, officiarios &c. eligendi; cum potestate burgensibus ad *lie pak, peill*, emend. et vendend. &c.; cum potestate dicto And. habendi crucem foralem, et forum hepdomadatim die Sabbathi, cum libero nundino annuatim ad diem S Leonardi 6 Nov., et per octavios ejusdem, cum custumis &c.; cum potestate dicto Andree croftas dicti burgi hereditarie locandi quibuscunque personis, curias burgales tenendi &c.:—TENEND. dicto And. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Wod gerentibus:—REDDEND. pro Largo 20 lib., 26 bollas frumenti, 3 celdras 8 bollas ordei, 5 celd. avenarum, 2 bollas farine avenatice, 12 capones, 18 pultreas, et 6 sol. 8 den. augmentationis, nomine feudifirme; — et accedendo in peregrinatione cum rege et regina ad insulam de Maii cum requisiti essent pro Fawfeildis, et reddend. pro Brounislandis 12 den., et 1 gallinam, pro Inchkeith 12 paria cuniculorum, nomine albe firme;—pro Balbrekie 8 lib., 1 celd. 4 bol. ordei, 2 celd. 8 bol. avenarum, 24 capones, et 5 sol. augmentationis, pro Balbrekie-mylne, Auldhall et dictis multuris 9 lib., 36 capones, et 40 den. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad molendinum &c.;—pro Schyrmure 6 lib. 13 sol. 4 den., et 40 den. augmentationis, feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; — pro fodinis decimam partem metallorum lucrandorum, deducendis sumptibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 81.

178. Apud Dundie, 8 Oct.

REX confirmavit cartam Joannis Barroun alias Fraser portionarii de Monyak, Tullich et Elrik, — [qua, cum consensu Fingoll Neine-Anie M'Phersoun sponse sue, vendidit JOANNI M'PHERSOUN in Bryne, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum et villarum suarum de Tullich et Elrik, in dominio de Strynarrin, vic. de Invernes: — TENEND. de rege: — cum precepto sasine directo Alex. Duff juniori burgen. de Invernes:—TEST. Geo. et Alex. Cumming, Alex. Duff juniore, burgensibus de Invernes, And. M'Phaill ministro Verbi Dei apud Croy, Severino M'Phaill ministro ecclesie de Pettie, Dunc. M'Phersoun in Gask, M. Tho. Houstoun ministro ecclesie de Invernes, Wil. et Jaspero Cumming connotariis publicis, Donaldo Dow ministro de Wardlaw:—cum subscriptione dicti Jo. B., calamo per notarios ducto: — Apud burgum de Invernes, 26 Apr. 1594]:—PRETEREA rex, pro compositione persoluta, dict. terras dicto Jo. M. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 83.

179. Apud Halyrudehous, 8 Oct.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Patricii Maxwell de Newuark,—[qua,—pro pecuniarum summis per Davidem Crawfurde de Cars suum patrem legalem persolutis,—vendidit GEORGIO MAXWELL, filio inter se et Margaretam Crawfurde sponsam suam procreato,—terras et baroniam de Fynlastoun-Maxwell (viz. locum seu fortalicium de Newwark, nemus et wardas

221. Apud Halyrudehous, 17 Feb. REX confirmavit JACOBO GORDOUN de Haddo, nepoti et heredi quondam Jacobi Gordoun de Methlik, cartam quond. Georgii domini Gordoun, filii et heredis apparentis quond. Georgii com. ab Huntlie dom. Gordoun et Badyenocht &c.,—[qua, post generalem revocationem suam, vendidit consanguineo suo (dicto) JACOBO GORDOUN de Methlik—terras de Kirktoun de Tarves, cum *lie* Diracroft et privilegiis ejusdem consuetis, terras de Brakla et Tullielt (limitatas cum terris suis de Craigy, Auquhorthteis et Tullicarne, ut sequitur, viz. *beginnand at the burne of Owly, and haldin the samin up quhill it cum to the strype that rynnis betuix the Brakla and Cragy callit Montoy, and up the said strype to the eist end of the Grenehillis, haldand up the myre that lyis on the south syde of the saidis Grenehillis quhill it cum to the hard erd on the southwest end of the said hill, thairfra to the thrie bent hillokis at the heid of the merche myre betuix the lands of Awquhorthy and Brakla, dissendand the auld wattir-gang that passis to the burne of Conguy, discendand doun the said burne quhill it cum to the intak of the Ovir-mylne of Tullielt, discendand doun the said burne to the bak of the Myln-wardis-yard, quhilk is callit Dwgneittis-stank, passand ovir the burne to the fut of the calsay at the Calsay-croft, and passand up the said calsay to the end of the mercat gait, haldand the said gait to the Reidfurde, passand doun as the wattir rynnis quhill it cum to the Cragyfurde, passand doun the said strype quhill it cum to the heid of the Dougneittis-dene, frathyne as the wattir rynnis in the burne to the merches betuix the landis of Tullygony and Tullielt*), cum novo molendino per dictum Jac. super dictis terris constructo, cum multuris dict. terrarum, in baronia sua de Tarves, regalitate de Abirbrothok, vic. Abirdene :—TENEND. dicto Jac., heredibus et assignatis masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, (quond.) Patricio G. ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Roberto G. filio dicti Jac., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi G. filio dicti Jac., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni G. filio dicti Jac., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo G. alii filio dicti Jac., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Alexandro G. filio minimo natu dicti Jac., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus et assignatis masculis dicti Jacobi propinquioribus arma et cognomen Gordoun gerentibus quibuscunque, de dicto Geo. in feudifirma :—REDDEND. pro Kirktoun et Diracroft 5 lib., et pro custumis 15 sol. 8 den. ; pro Brakla 6 lib. 13 sol. 4 den., et pro custumis 39 sol. 4 den. ; pro Tullielt cum molendinis &c. 4 lib., et pro *lie custumis* 19 sol. 8 den.; ac 30 sol. loco gressume, et 16 sol. augmentationis, in toto 21 lib. 14 sol., si peterentur ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando unam sectam ad tria placita capitalia apud *lie* Court-hillok infra limites de Kirktoun (reservat. dicto Geo. pro curiis tenendis) ; et prestando dicto Geo. juramentum fidelitatis in quolibet novo introitu; et tenentes seu coloni dicto Geo. servirent tempore guerre in exercitibus regiis contra veteres inimicos ; et si firma trium terminorum remaneret insoluta, hec infeodatio esset in se nulla : — PROVISO quod dicti Jac. &c. facerent exactam diligentiam circa conservationem marchiarum :— TEST. Jo. Gordoun de Dummuth (Dummuis ?), Wil. Spens, Jacobo Gordoun, Geo. Chalmer, M. Gilberto Murray notario publico :—Apud Fetterneir, 28 Maii 1559] :—non obstante forisfactura Georgii olim com. de Huntlie, superioris suprascriptorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 229.

222. Apud Halyrudehous, 18 Feb. REX confirmavit cartam Willelmi Murray de Abircairny, — [qua, — cum consensu Katherine Murray matris sue (relicte Roberti M. de A. patris sui) pro ejus interesse, necnon Quintigerni Murray de Feddellis et Roberti Merschell de Petcarnes, ad quorum instantias dictus Wil. interdictus est, pro eorum interesse,—pro impletione contractus inter dictos Rob. Murray, Wil. et Kath. ab una, Jo. Campbell de Laweris militem, et Jac. C. ejus seniorem filium et apparentem heredem ac Colinum C. ejus filium legitimum secundogenitum tanquam

ejus cautionarios, ab altera partibus, de data apud Abircairny et Benny, 19 et 20 Sept. 1594,—vendidit dicto JOANNI CAMPBELL, ejus heredibus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Kinrotharochie et Auchinhervie alias nuncupatas Correharvie, Auchinharvie et Stronywallis, terras de Abirquhill (vel Abirurquhill) cum molendino, terris molendinariis, multuris, cum silvis et piscariis, in baronia sua de Ogilvy per annexationem, vic. Perth; annuum redditum suum 10 merc. de terris de Monzie, vic. Perth:—Tenend. de rege; cum liberis forestis:—cum precepto sasine:—Test. (apud Perth) M. Jo. Moncreiff de Eister Moncreiff, M. Arch. M. ministro de Abirnethie fratre dicti M. Jo., Davide Murray fratre dicti Wil. M., Wil. Ramsay scriba, Hen. Dow, Wil. Robertsoun, Tho. Gaw, notariis publicis; (apud Keppo) Nathaniele Moncreiff servo dicti Quintigerni, Tho. Nicoll notario publico; (apud Abircairny) Jo. Murray fratre germano dicti Wil. M., Jo. Schaw ejus servitore, Hen. Dow notario publico:—Apud Perth, Keppo et Abircairny, 31 Oct., 2 et 6 Nov. 1594]:—Preterea, pro servitio per dictum Jo. Campbell ejusque predecessores sibi suisque progenitoribus prestito, suprascripta dicto Jo. C. de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 9.

223. Apud Halyrudehous, 18 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. WILLELMO STEWART de Traquair militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Caberstoun, infra limites vic. de Peblis, per annexationem in dominio et baronia de Creichtoun, vic. Edinburgh;—quas D. Walt. Scott de Branxholme miles in favorem dicti Wil. resignavit:—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 186.

224. Apud Halyrudhous, 19 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—concessit JACOBO REID nepoti quondam Joannis R. in Walwod, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 34 denariat. terrarum de Grasyairdis antiqui extentus (olim per dictum Jac., tunc per Jo. R. ejus patrem occupatas), in dominio de Kylismure, vic. Air;—que fuerunt pars patrimonii abbatie de Melros:—Tenend. in feudifirma:—Solvend. 6 sol. 8 den. firme antique, et 13½ den. augmentationis; necnon triplum feudifirme in introitu heredum; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud Mauchleine; ac portando grana ibi crescentia ad molendinum de Mauchleine, ac multuras consuetas persolvendo, et adducendo molares &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 16.

225. Apud Halyrudhous, 22 Feb.

REX confirmavit JOANNI DOMINO FORBES, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Forbes gerentibus, — terras et baroniam de Fuddes (viz. villas et terras de Fuddesmoir, Fuddesbeg, Cultercullane, Auchnacant, cum molendino, *lie ailhous* et *Brewingcroft* ejusdem, terras de Pettimuk et Blaircheltie [vel Blairchillie], una cum advocatione capellanie S. Marie ejusdem, annuum redditum 5 librarum de terris de Archedlie, vic. Abirdeine; terras de Larie et croftam ejusdem vocatam Coriauchlane, terras de Straitgarnik et Kirktoun cum molendinis, in baronia de Oboyne, vic. Abirdeine); terras et baronias de Forbes et Awfurd, Carnedard et Kerne, cum fortalicio ejusdem tunc vocato Drymmynnor, terras et baroniam de Fyntrey, Mekill F., Blaktoun, Bulcroce, Littertie, Carnehill, Tullymauld et Allathene, ann. red. 10 sol. de terris de Eden, molendinum de Kynedward, fortalicium de K., hortos et *lie Greynis* ejusdem, cum tenentibus &c. omnium dict. terrarum, vic. Abirdeine; una cum officio coronatoris dicti vic., et cum advocatione prebendarie de Forbes et capellaniarum de Arsballoch et S. Anne, vic. Abirdeine;—que idem dom. personaliter resignavit:—Insuper rex, pro bono servitio, de novo dedit ei dict. terras &c., viz. Fuddesmoir, molendinum, *lie ailhous* et *Brewcroft* de Fuddes, Cultercullane et Auchnacant cum molendino, *smythie*, *ailhous* et *lie croft* ejusdem, Pettiemuk &c. (*ut sup.*); baroniam de Forbes continen. 20 mercatas antiqui

extentus jacen. contigue apud dict. castrum de Forbes nuncupatum Drymminnour et Carnedard, dict. castrum de Forbes, cum villis, tenandriis et pertinentiis, viz. terras dominicales de Drymminnour, Carnedarde, Cuschnie, Castelhill, Beirflat, Westhillis, Mairchemar, Carlingden, Windiesay, Logy, Edinbanchrie, Kirktoun de Forbes, Bithnie, Balfour, Stralownak, Culhay, Eister Forbes, Dubistoun, Slavithie et Keyrne, cum molendinis granorum et fullonum de Forbes, ann. red. 10 mercarum de terris de Mukwell; baroniam de Awfurd continen. villas et terras de Ardgathin, Smyddihill, Cobilseat, villam et terras de Kirktoun de Awfurd, villas et terras de Walhous, Moreiscroft, Auchballour alias Ausballoch, Carnaveren, Midmylne de Awfurd, villas et terras de Meikill Endovie, Poflig, Baldevin, Badinly, cum molendino, villas et terras de Kinstair, Lytill Endovie, Hauchtoun, Tulliechetlie, Auchuill (Auchintowill), Langhauch, Bradhaich, Colquhork, Tibberchindie, Nethirmylne de Aslowane, Dorisall, Baddinnaypeittis, Drumnoquhynmer et Overmylne, cum tenentibus &c.; baroniam de Fyntrey &c. (*ut sup.*), cum *lie outsett* de Carnehill vocat. villa et terris de Badintweir; cum montibus, pasturagiis, silvis, *lie bogis*, piscationibus, castris, tenentibus &c., forestis et privilegiis liberarum forestarum ubi foreste seu silve forent;—cum libertate edificandi super villa et terris de Kirktoun de Awfurd burgum baronie, quem rex creavit liberum burgum baronie, BURGUM DE AWFURD nuncupandum; concedendo ballivis, consulibus, burgensibus et liberis civibus (constituendis per dictum dom. vel saltem ejus consensu), potestatem emendi et vendendi, *to pak and peill* &c.; cum potestate inhabitantibus, cum consensu dicti dom., eligendi annuatim ballivos &c., et habendi crucem foralem, diemque foralem hepdomadatim die Veneris, necnon liberum nundinum annuatim 29 Nov. (vulgo *Sanct-Androis-day*) et per octavios ejusdem, cum *lie tollis* &c., cum potestate ballivis, consulibus et communitati curias burgales tenendi, et statuta conficiendi per dictum dominum approbanda &c.:—Preterea rex omnia suprascripta incorporavit in liberum dominium et baroniam de Forbes, ordinando dictum castellum de Drymminnour fore principale messuagium:—Reddend. pro dictis 20 mercatis ant. ext., cum dicto castro, unam rosam rubeam nomine albe firme, secundum tenorem carte par Jac. II. regem facte quondam Jacobo dom. Forbes, de data apud Perth, 11 Sept. 1453 (etsi, quia evidentie quond. Willelmi dom. F., patris dicti Jo., spoliate et disperse fuerant tempore civilium bellorum, et maxime lethalis inimicitie inter comitem de Huntlie et dictum Willelmum, dicte terre retornatu dicti Joannis, de data apud Abirdeine, 4 Sept. 1593, declarate fuerant per servitium warde teneri); pro burgo de Awfurd unum den. albe firme; pro reliquis jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 27.

226. Apud Halyrudhous, 22 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis Smollat de Kirktoun et Agnetis Montgumrie, conjugum,—[qua vendiderunt PATRICIO CUNYNGHAME de Bordland, et MARGARETE MONTGUMRI, conjugibus,—terras ecclesiasticas et glebam rectorie de Cardros (olim per se, tunc per Gabrielem Sprewll occupat.), in parochia de Cardros, vic. Dumbartane:—Reservando mansum, domus et 2 hortos prius per quondam D. Rob. Cuik vicarium pensionarium de Cardros occupatos, cum gressuma et pastura 2 vaccarum super dict. terris ecclesiasticis, vicario pensionario dicte ecclesie:—Tenend. dictis Pat. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. et assignatis quibuscunque, absque reversione, de rege (ratione acti annexationis) in feudifirma:—Reddend. annuatim 4 merc. 3 sol. 4 den.:—cum precepto sasine:—Test. Petro Lymburner fabro auri burgen. Glasguen., M. Jac. Cunynghame ludimagistro Dunbartane, Wil. Scherar servitore dicti Jo., Jac. Smollat de Kirktoun, Tobia S. ejus filio, M. Jo. Ros ministro Dumbartane:—Apud Glasgow et Dumbartane, 2 et . . . Oct. 1594]:—Preterea, pro bono servitio dicti Pat.,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—de novo dedit dictis personis dict. terras, una cum manso et ceteris que antea reservata erant:—Reddend. pro manso &c.

3 sol. 4 den., pro reliquis 56 sol. 8 den., in toto 3 lib. feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 128.

227. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX dedit literas remissionis D. JACOBO SCOTT de Balwerie militi, JOANNI KYNNAIRD apparenti de eodem, et ROBERTO SCOTT fratri germano dicti Jac., pro eorum vita duraturas,—pro eorum consultatione *lie trafficquinge* et intercommunicatione diversis temporibus cum Francisco olim comite de Bothwell, Willelmo olim comite de Angus, Francisco olim com. de Errole, Georgio olim com. de Huntlie, aliisque eorum adherentibus, declaratis proditoribus, observando *lie mettingis* cum eis, conspirando cum eis in altissimis et proditissimis practicis contra regionem, regis personam, statum et regni quietatem; ac pro ceteris eorum offensis quibuscunque preteritis. xl. 10.

228. Apud Halyrudehous, 25 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—confirmavit cartam factam per Geo. Willok de Magdalene-chapell,—[qua, cum consensu Joannis W. patris sui, et Issobelle Durward conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 3000 lib. persolutis,—concessit ANDREE ARBUTHNOT de eodem, in vitali redditu, et PATRICIO ARBUTHNOT ejus filio juniori hereditarie, absque reversione,—villam et terras de Magdalene-chapill &c. (*ut in carta* 32), cum tenentibus &c.:—TENEND. dicto And. *ut sup.*, dicto Pat. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo A. portionario de Arrott, heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis et assignatis quibuscunque, de rege (virtute acti annexationis) in feudifirma :—REDDEND. *ut in carta* 32 :—cum precepto sasine :—TEST. Roberto Kynneir de Botheris, Jo. K. ejus filio et herede apparente, Alex. Scott in Magdalene-chapill, Jo. Hardie in Brechine, Wil. Arrot apud molendinum de Arrott, Tho. Findlay in Isakstoun, Geo. Wrycht (scriptore carte), et . . . notariis publicis :—Apud Magdalene-chapell, 30 Apr. 1594] :—PRETEREA, pro bono servitio dictorum And. et Pat., suprascripta eis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 190.

229. Apud Halyrudhous, 27 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (18.),—concessit KENNETO MAKKEINZIE de Kintaill, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de M'Keinzie gerentibus,—terras de Litill Scattoll, Revogie, Kynnellane, Es et Coull cum molendino earundem et ejus astrictis multuris, Wester Dryni, A(r)davell cum molendino nuncupato Tympane-mylne et ejus multuris, brasinam *lie ailhous* de Kynnetis alias Ardavel, Kynnahard, Eister et Wester Achillie, *lie ailhous* de Coull et ejus croftam, aliam brasinam de C. sine crofta, terras de Park, Ulladell, Meikill Scattoll, Urray, Kilquhilladrum, Ord cum molendino et terris brasinariis astrictisque multuris, Balblair, Balnagowne, Balnaknok alias Hiltoun de Tarradill, terras de Tarradill cum molendino et terris brasinariis, *lie ferrie* de Skuttell, Logyreth, Eister Kessok, fretum de Kessok et piscariam ejusdem vocat. *the Steill*, cum terris brasinariis earundem, ac terris de Wester Kessok, cum mansionibus, maneriis, fortaliciis, cunicularis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., in comitatu de Ros, vic. Invernes; terras de Gargastoun, Newtoun de Reidcastell cum terris brasinariis et Smyddie-croft, Hiltoun de Reidcastell, Wester-half-Dawachis, Eister-half-Davachis, *lie ailhous* de Davachis et croftam earundem, terras de Killane, Benedicfeild, molendinum de Petfur cum multuris, terras de Drynie cum *lie ailhous* de Petfur, molendinum de Petconachtie alias Petfur cum ejus multuris et (ter.) brasinariis, terras de Petfure, villam et terras de Drumdarfflat, cum tenentibus &c., in dominio de Ardmannach, vic. Invernes;—quas D. Wil. Keyth de Delnie miles in favorem dicti Ken. resignavit;—et quas rex, pro bono servitio dicti Ken., ei de novo dedit, cum brasina et crofta de Logyreith, et foresta de Rainach, et cum silva de Benedicfeild nuncupata *the Hag*, et *lie yair* ejusdem :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. annuatim pro foresta de Rannach 2 bollas

farine et 1 martam, pro Wester Kessok et Drumdarfflat *ut in carta* 1336 *tomi precedentis*, pro ceteris *ut in carta* 1331 *tomi precedentis*;[1] cum ceteris devoriis debitis et consuet.; cum 20 merc. augmentationis pro relevamine dicti Wil. de parte augmentationis 20 librarum in ejus carta contente, et 33 sol. 4 den. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 222.

230. Apud Halyrudehous, 1 Mar.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Joannis Knox de Ranferlie,—[qua vendidit JOANNI KNOX nepoti suo et heredi apparenti, ejus heredibus masculis, successoribus et assignatis,—13 librat. terrarum antiqui extentus de Ranferlie-Knox et Nethir Craganis, cum fortalicio et manerie, 5 librat. ant. ext. de Greiffiscastell, cum molendino, ejus terris molendinariis, multuris et sequelis, in baronia et vic. de Renfrew:— TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joanni K. seniori, et rationabili tertia Euphamie Galbraith conjugi sue pro ejus vita:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Sempill de Brintscheillis, M. And. Knox, Rob. Knox, Pat. Knox, fratribus germanis, filiis legitimis dicti Jo. senioris:—Apud locum suum de Renferlie, 1 Jan. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 188.

231. Apud Halyrudhous, 3 Mar.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit WILLELMO WALLACE juniori de Johnestoun et MARGARETÆ STEWART ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Aikheid-Wallace, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—necnon dicto Wil., et heredibus ejus masc. quibuscunque,—6 libratas terrarum de Over et Nethir Johnestoun, cum fortalicio, manerie loco, molendinis fullonum et molendino granorum, 5 mercatas de Auchinbothie-Wallace, in baronia et vic. de Ranfrew;—quas omnes Wil. Wallace senior de Johnestoun pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Wil. juniorem ejusque antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictis personis respective de novo dedit, et omnes insimul incorporavit, ut unica sasina apud fortalicium et manerie locum de Johnestoun capienda pro omnibus staret:—TENEND. de principe et senescallo Scotie:—RESERVATO dicto Willelmo seniori libero tenemento de Johnestoun et Auchinbothie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 18.

232. Apud Halyrudehous, 3 Mar.
REX,—cum consensu &c. (19. 27. 16.),—in feudifirma dimisit D. ARCHIBALDO STRIVILING de Keir militi, heredibus ejus et assignatis,—terras *lie* Vicareland ad vicariam de Cadder pertinentes (per Alex. Hog possessas), jacentes infra terras de Hiltoun de Cadder, et acram in villa ecclesiastica de Cadder, pertinentem ad *the Lady-altarage* infra ecclesiam Sancti Quintigerni de Glasgow (per Jo. Bargillie occupat.), in parochia et baronia de Cadder, vic. Lanerk;—que ad regem pertinuerunt virtute acti annexationis:—REDDEND. annuatim pro Vicareland 6 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro dicta acra *ut pro Vicareland*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 189.

233. Apud Edinburgh, 8 Mar.[2]
REX ratificavit cartam feudifirme per quondam Eliz. priorissam de Hadingtoun, et ejusdem conventum, factam quondam Georgio Leirmonth de Balcomye et Euphamie Leslie ejus sponse in conjuncta

[1] This charter agrees with No. 1625 of the preceding volume where the latter differs from No. 1331; and it adds for Kynnahard "100 vetucula focalium," and for Park "30 onera focalium."

[2] Dated 28 Mar. 1594, an. reg. 28. As this involves a discrepancy between A.D. and regnal year, the above date is adopted from *Regist. Secreti Sigilli*, lib lxviii. fol. 111 verso.

infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Geo. quibuscunque,—de terris de Sauchope cum mansione, in parochia de Craill, vic. de Fyiff;—super resignatione dictorum Geo. et Euphamie;—TENEND. de dictis priorissa &c.;—de data apud monast. de Hadingtoun, 11 Dec. 1558:—PRETEREA,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 16. 27.),—dict. terras JACOBO LEIRMONTH tunc de Balcomy de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. 40 lib.; et 10 lib. in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 343.

234. Apud Halyrudhous, 15 Mar.
REX concessit MARJORIE GORDOUN sponse Roberti Dewguid de Auchinhuiff, in vitali redditu,—dicti Roberti villas et terras de Warthill, Tulloch et Quhythous, in baronia de Auchinhuif, vic. Abirdeine;—necnon WILLELMO DOWGUID filio legitimo maximo natu dicti Rob., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni D. filio legitimo secundogenito dicti Rob., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto D. filio legitimo tertiogenito dicti Rob. senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. inter dictos Rob. seniorem et Mar. procreatis, quibus def., dicto Rob. seniori, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, reversuras, — *lie* Manis de Auchinhuif cum earum manerie, *lie boggis*, lacubus et piscariis, Over Auchinhuif cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, villas et terras de Warthill, Tulloch, Quhythous, Bleblok et *lie boggis* ejusdem, Cornetoun cum *lie boge* earundem, Greincoittis, Bademrie et Mariewell, cum tenentibus &c., vic. de Abirdeine;—quas omnes dictus Rob. senior pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Auchinhuif, assignando maneriem de A. principale fore messuagium: — RESERVATO libero tenemento dicto Rob. seniori, cum balliatu et jurisdictione earundem: — PRETEREA rex voluit quod quandocunque dictus Robertus senior per se in vita sua unam peciam auri signati, valentem 5 lib. monete Scotie, in ecclesia parochiali de New Abirdene super premonitione 40 dierum persolveret, aut in manibus prepositi de Abirdeine consignaret, dictus Robertus senior haberet regressum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 184.

235. Apud Edinburgh, 15 Mar.
REX ratificavit cartam per Jo. Liddell de Halkerstoun factam M. JEDIONI MURRAY de Glenpoyte—de terris de Elebank alias Eleburne (olim nuncupat. terris foreste et loci de Eleburne), in warda de Tweda, foresta et dominio de Ettrik, vic. Selkirk;—TENEND. de rege in feudifirma:—PRETEREA,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum Jed. et ejus predecessores impenso, ac pro compositione persoluta,—cum avisamento &c. (18.),—dictas terras dicto Jed. de novo ad feudifirmam dimisit, cum piscaria salmonum aliorumque piscium in aqua de Tueid (inter partem dicte aque que est ex adverso *lie* Scrogbank ex occiden., ac *lie* Escraigburnefut ex orien.):—TENEND. dicto Jedioni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreand. absque divisione, quibus def., Willelmo M. ejus fratri germano, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreatarum absque divisione, quibus def., dicto Jed., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro terris 30 libras feudifirme antique (debite ante originale infeofamentum per Jac. IV. regem concessum, 10 Aug. 1511, Katherine Dowglas relicte Joannis Liddell de Halkerstoun in vitali redditu, et Joanni L. [filio] dicti Jo. in feodo), et 5 libras 10 sol. augmentationis; pro dicta piscaria 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum, cum maritagiis cum contingerent; necnon edificando mansionem de lapide et calce, cum plantatione[1] &c.; et si de

[1] See *Registrum Magni Sigilli* (A.D. 1424–1513), No. 3407.

murthuro, communi furto aut receptatione furti convicti essent, feudifirmam forisfacerent, et quamvis pro vita compositionem facerent, non introirent nisi benevolentiam regis desuper obtinerent; et inveniendo pro qualibet decem librata duos equestres, unum eorum cum lancea, cum equo onerativo ad faciend. servitium in guerris; et si unus terminus in alium recurreret non persolutus, duplicaretur; necnon solvendo multuras consuet.; nec liceret accedere in *lie osting* nisi cum rege aut regis locumtenentibus; cum prohibitione alienandi absque licentia regis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 216.

236. Apud Halyrudehous, 17 Mar. REX dedit literas legitimationis GEORGIO ACHIESOUN filio legitimo Alexandri A. de Gosfurde, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Georgii Dowglas. xl. 76.

237. Apud Halyrudehous, 17 Mar. REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit JOANNI STEWART de Askoge, et MARIOTE FAIRLIE ejus sponse,—40 solidat. terrarum de Ovir Askoge, 20 solidat. de Nethir Askoge, cum molendino, terris molendinariis et multuris, in insula et vic. de Bute;—quas Donaldus M'Clauchlane de Ahownahall in eorum favorem resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Jo., dictis Jo. et Mar. (de novo) dedit, cum lacu nuncupato Askogeloch eisdem adjacen.:—Tenend. dictis Jo. et Mariote in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis quibuscunque dicti Jo. cognomen et arma de Stewart gerentibus, de principe et senescallo Scotie:—Reddend. servitia warde &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 215.

238. Apud Edinburgh, 18 Mar. REX,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit D. ALEXANDRO BRUCE de Airth militi, et Domine JONETE LEVINGSTOUN ejus conjugi, —terras de Kincavill, in dominio et vic. de Linlitqw;—que fuerunt dictorum Alex. et Jonete per alienationem eis per Pat. Hammiltoun feodatarium de Levingstoun (hereditarium feudifirmarium a tempore Jac. IV. regis) cum consensu Jacobi H. de Levingstoun ejus patris et Agnetis Cokburne ejus matris factam, et per regem confirmatam :—Tenend. dictis Alex. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. eorum de corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., heredibus masc. dicti Alex. legitimis et propinquioribus quibuscunque, quibus def seniori heredum fem. cuicunque absque divisione:—Reddend. 25 lib. firme antique, et 20 sol. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac sustentando aulam, cameram, coquinam, bostare aliasque politias solo corresponden.: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 23.

239. Apud Halyrudhous, 18 Mar. REX confirmavit JOANNI M'DOWELL de Logane, et heredibus masc. inter eum et GRISSILLIDEM VAUS ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, arma et cognomen de M'Dowell gerentibus, —terras de Logane, viz. $2\frac{1}{2}$ mercatas terre de Balzellzane alias Logane, 5 mercatas de Kirkbryd, 20 sol. de Grenane, $\frac{1}{2}$ mercat. de Killumquhy, 16 sol. de Park, 4 mercat. de Achneth (vel Arneth), $2\frac{1}{2}$ mercatas de Balzellane-M'Kellie, $2\frac{1}{2}$ mercat. de Killumquhy-Agnew, 20 sol. de Grenane, 3 mercat. de Kilstay, $7\frac{1}{2}$ mercat. de Elgin (vel Elrig), Ballingouin et Marach, antiqui extentus, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Wigtoun;—necnon dictis Jo. et Gris. in conjuncta infeodatione, et heredibus supradictis,—$2\frac{1}{2}$ mercat. terrarum de Portnosak, et 4 mercatas de Garroch, ant. ext., cum molendinis, tenentibus &c., vic. Wigtoun; —quas omnes idem Jo. in favorem suum et dicte Gris. resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Jo., dictis personis respective de novo dedit, cum earum fortalicio; et omnes incorporavit in unam baroniam de Logane, ordinando maneriem de L. fore principale messuagium: — Tenend. cum libera foresta :—Reddend. wardas &c., cum communi secta in curiis vic. de Wigtoun: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 214.

240. Apud Halyrudehous, 18 Mar.
REX,—cum consensu (19. 20. 10. 27. 6.),—in feudifirma locavit JOANNI JOHNNESTOUN filio legitimo quondam Joannis J. de eodem, heredibus ejus et assignatis, —½ mercat. terrarum ecclesiasticarum de Moffet, 40 sol. terrarum ecclesiasticarum de Kirkpatrik-Juxta, 2½ mercat. ter. eccl. de Dryisdaill, in senesc. de Annanderdaill, vic. Drumfreis; mercatam terre de Dungrie, in parochia ejusdem, vic. Drumfreis;—que regi spectaverunt ratione acti annexationis: —REDDEND. pro terris eccl. de Moffet 6 sol. 8 den., pro Kirkpatrik-Juxta 5 merc., pro Dryisdaill 33 sol. 4 den., pro Dungrie 13 sol. 4 den., firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 218.

241. Apud Halyrudhous, 20 Mar.
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—confirmavit cartam Joannis Weddirburne, filii et heredis quondam Jacobi W. burgensis de Dundie,—[qua, cum consensu Margarete Strathauchin sponse sue, —pro implemento contractus inter dictos Jo. et Marg., M. Jo. Lovell filium legitimum quond. Jacobi L. burgensis de Dundie et M. Alex. Wedderburne communem clericum dicti burgi, Elizabetham W. filiam legitimam dicti Jo. W., ab una, et M. JOANNEM SCHARP de Houstoun advocatum ab altera partibus, in libris dominorum concilii et sessionis registrandi,—vendidit dicto Jo. Scharp, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—sextam suam partem terrarum de *lie* Hiltoun de Cragy (que est umbralis dimedietas portionis de *lie* Hiltoun que olim monasterio [de Lundoris] spectavit), per quond. Jo. Strauthachin occupat., vic. Forfar:—TENEND. de rege (loco abbatis et conventus de Lundoris) in feudifirma:—REDDEND. regi, vel Patricio commendatario de Lundoris quamdiu jus haberet, devorias in prioribus infeofamentis contentas:—cum precepto sasine directo Jo. Fullertoun seniori burgen. de Dundie:—TEST. M. Jo. Halyburnetoun de Halhoill, Jac. Carmichaell ballivo de Dundie, Davide Ramsay feodatario de Jurdanstoun, Alex. Duncane et Jo. Baxter burgen. de Dundie, Wil. Thamsoun et Jo. Pattoun notariis:—carta scripta per M. Jo. Paip notarium:—Apud Dundie, 6 Nov. 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 30.

242. Apud Halyrudhous, 20 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI ENISLIE alias vocato *the Leich*, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Nethir Preistoun, in parochia de Bowdoun, vic. Roxburgh;—que olim fuerunt pars temporalitatis vicarii de Bowdoun:—REDDEND. 40 sol. firme antique, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 156.

243. Apud Edinburgh, 20 Mar.
REX,—cum consensu &c. (7. 15. 10. 6. 39. 40. 27. 41.),—in feudifirmam locavit MARGARETE ARTHOURE filie legitime et heredi quondam Thome A., in vitali redditu, et M. EDUARDO AITKINE ejus filio, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, — terras de Culzenauche, in dominio de Galloway, vic. Wigtoun;—quas Jac. V. rex dicto Tho. in feudifirma locaverat, et in quibus dicta Marg. prius infeodata extitit:—REDDEND. 6 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et perimplendo ceteras clausulas antique carte: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 192.

244. Apud Halyrudhous, 20 Mar.
REX confirmavit cartam Henrici Ramsay de Ardowny, et Helene Betoun ejus conjugis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt THOME MAULD filio legitimo Thome M. de Panmur, et MARGARETE LYCHTOUN ejus conjugi,—solarem dimedietatem suarum terrarum et ville de Ardowny, vic. Forfar: —TENEND. dictis Tho. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. quibuscunque, (secludendo) assignatos nisi qui constituerentur

cum consensu dictorum Henrici et Hel., Joannis Ramsay commissarii Brechinensis, Joannis Ramsay de Lawis et Michaelis Ramsay de Forth, saltem dicti Hen. et heredum, et quorumlibet duorum ex ceteris, de rege:—cum clausula warrantizationis, exceptis annuis redditibus Archibaldo Kyd burgensi de Dundie alienatis sub reversionibus:—cum precepto sasine directo Jac. Lychtoun:—TEST. Rob. Strauthachin de Balwissie, Joanne Betoun fratre germano domini de Westhall, Alexandro Cristie in Ardwny, Joanne Smairt in Panmwr, Jo. Williamsoun et Andrea Quhyt notariis publicis, Joanne Ramsay commissario Brechinen., Wil. Ramsay ejus fratre:—Apud Ardwny et Brechinne, 12 et 19 Nov. 1594]:—ULTERIUS,—pro bono servitio dicti Tho. junioris, ac pro summa pecunie persoluta,—dict. terras dictis personis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xl. 226.

245. Apud Halyruidhous, 20 Mar.
REX dedit literas legitimationis JACOBO BONYMAN bastardo, filio naturali quondam Jacobi B. in Tulloch. xli. 287.

246. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit cartam Joannis Murray de Strowan,—[qua ad feudifirmam dimisit OLIVERO MURRAY consanguineo suo, et ELIZABETH HERTT ejus sponse,—terras de Eister Dalgarros cum piscaria ejusdem, in senesc. de Stratherne, vic. de Perth; *with fredom to pastur thair guidis, cast, win thair fewal, fail and dowattis, stanis and clay throw al the pairtis of the said Johne his muir of Dalgarrois, and to occupy, teill, labour and saw the said mure as thair proper landis unto the mairch of the Mekill Coudoun callit the Gray-staine, and with frie loning to pas trow my landis of Wester Dalgarrois and Cars-moir in all tyme cumming to and fra the saidis landis of Eister D. and to the watter of Erne, and to that pairt of the saidis landis callit the Claddoch pertening to the saidis landis of Eister D. bot impediment or contradictioun at ony tyme heirefter*:—TENEND. dictis Oliv. et Elizabeth in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Oliveri quibuscunque, de dicto Joanne:—REDDEND. annuatim dicto Jo. 4 lib.; necnon regi 5 lib. 6 sol.:—TEST. Tho. Hartt de Levelandis, Jac. H. ejus filio, Alex. Menteith servitore dicti Duncani Hart, Thoma Tailyour:—Apud Levelandis prope burgum de Striviling, 16 Mar. 1568]:—INSUPER, pro bono servitio dictorum Oliv. et Eliz., suprascripta eis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 185.

247. Apud Halyrudehous, 21 Mar.
REX confirmavit cartam Alexandri Andersoun primarii Novi Collegii Regalis Abirdonen., canonici Abirdonen. et rectoris ac prebendarii de Murthlak, — [qua,—cum consensu Willelmi episcopi Abirdonensis, patroni dicte rectorie, et capituli Abirdonen.,—ad feudifirmam dimisit JOANNI ANDERSOUN, filio quondam Willelmi A. in Glenre,—croftam nuncupat. Croftmoir prope ecclesiam Murthlacen. (inter hortum *lie cailyaird* Wil. Rodger et alias bondas specificat.), in parochia Murthlacen., diocesi Abirdonen., vic. Banff:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus masc. heredibus dicti Jo. cognominis Andersoun quibuscunque, de dicto rectore de Murthlak:—REDDEND. 26 sol. 8 den. firme antique, et 16 den. augmentationis; cum prohibitione alienandi nisi propinquioribus heredibus cognominis Andersone proximioribus de agnatione ejusdem:—cum precepto sasine directo M. Arthuro Andersoun:—TEST. M. Jac. Hay, D. Alexandro Awell, Wil. Levinox, Alex. Paip, M. Roberto Roust notario publico:—RESERVATIS dicto rectori aula, cubiculo et stabulo suis impensis edificandis in loco ubi edificari solebant; et cum rector nullam faceret residentiam, liceret dicto Jo. eadem occupare:—Apud civitatem Aberdonen., 11 Oct. 1567]:—INSUPER dictam croftam dicto Jo. de novo dedit:—REDDEND. regi *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xl. 205.

248. Apud Halyrudhous, 21 Mar.
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 16. 27.),—confirmavit [1] cartam Alexandri

Creichtoun de Nauchtoun, et Margarete Johnnestoun ejus sponse,—[qua vendiderunt M. DAVIDI MAKGILL de Nesbitt advocato regio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—insulam de Nethir Crawmond, jacen. in mari versus burgum de Nethir Crawmond, per annexationem in baronia de Dunkeld, vic. Edinburgh:—Reddend. episcopo Dunkeldensi 3 libras feudifirme; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo M. Joanni Makgill filio quondam . . . . . Makgill in . . . . :—Test. Jacobo Johnnestoun de Elphingstoun, Pat. J. ejus filio et herede apparente, Jo. J. fratre germano dicti Jac., M. Steph. Wilsoun rectore de Moffett, M. Wil. Kellie, Rob. Kincaid:—Apud Drylaw, 16 Aug. 1587]:—[2] cartam Alexandri Levingstoun de Cassylcarie,—[qua,—pro impletione contractus inter se et Wil. Levingstoun juniorem feodatarium de Kilsyth, de data apud Kilsyth, 5 Nov. 1590,—vendidit personis per dictum Wil. nominatis, viz. M. Davidi M'Gill de Cranstoun-Riddell advocato regio in libero tenemento, et M. DAVIDI M'GILL ejus filio primogenito, heredibus ejus et assignatis, hereditarie, absque redemptione, — quintam suam partem terrarum de Quhytbakis, vic. Linlithgow:—Tenend. de rege (loco priorisse de Manwell) in feudifirma: — Reddend. 10 solidos; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Jacobo Cochrane de Blaikcraig: — Test. dicto Willelmo Levingstoun, Joanne Armour ejus servo:—Apud Castelcarie, 6 Nov. 1590]:—[3] cartam Jacobi dom. de Borthuik,—[qua, pro servitiis prestitis et prestandis, concessit M. Davidi M'Gill de Cranstoun-Riddell advocato regio, in vitali redditu, et M. Davidi M. ejus filio et heredi apparenti hereditarie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—pecias terrarum suarum de Prestoun vocatas *lie* Hauchis jacen. ex boreali et occidentali partibus *lie milnedam* de Prestoun-milne (inter terras de Prestoun et Cranstoun-Riddell), vic. Edinburgh:—Tenend. de rege (ratione acti annexationis) in feudifirma:—Reddend. annuatim 6 sol. 8 den., in partem solutionis summe 40 sol. in infeofamento dicti Jac. contente:—cum precepto sasine:—Test. Cuthberto et M. Marco Borthuik fratribus, Joanne M'Gill servitore dicti M. Dav.:—Apud Edinburgh, 17 Jan. 1592]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 68.

249. Apud Halyrudhous, 22 Mar.

REX,—quia OPPIDUM DE ELGIN in burgum regium antiquitus est erectum, atque in fundo procul ab ullo idoneo portu situm extitit, nullumque aut parvum commercium multis annis elapsis habuerat, eaque occasione, ac civili tumultu ibi nuper grassante, burgenses eo paupertatis reducti sunt quod rex commodum nullum ex eorum custumis reciperet, &c.,—ratificavit omnes concessiones per se aut suos predecessores dicto burgo factas, et presertim de terris de Mostolly, Dovelegrene, Glasgrene, cum *lie Greisschip* et marresiis de Strakaynt, cum libero introitu ad portus de Lossy et Spey, custumis, devoriis anchorariis aliisque privilegiis consuetis, ac nundinis in dicto burgo observat., cum theloniis &c.; necnon omnia infeofamenta per prepositum &c., quibuscunque personis concessa de terris &c. dicti burgi:—Ulterius de novo dedit dicto burgo, ejus preposito, ballivis, consulibus et communitati, eorumque successoribus,—dictum burgum de Elgin cum ejus terris &c., presertim Mostolly &c. (*ut sup.*) cum dictis portubus de Lossy et Spey, et cum ceteris portubus, porticulis et *creikis* inter aquas de Spay et Findorne ubi navis, cimba levis, scapha aut quodcunque aliud vas hujus generis recipi posset; cum potestate portus edificandi &c., et liberas nundinas consuetas tenendi, et alias nundinas prout eis videretur expediens statuendi, tholonias levandi &c. (nec liceret fora publica aut nundinas apud ecclesias parochiales, capellas aut alibi infra 4 miliaria dicto burgo adjacentia tenere, sed quod bona infra dictas bondas solvi solita ad dictum burgum portarent et venderent custumasque solverent);—ac cum potestate burgensibus prepositum, ballivos, thesaurarium, gilde decanum, consules &c., eligendi, leges pro boni ordinis observatione statuendi, liberos burgenses per consules et gilde decanum creandi; cum potestate

suffarcinandi et decortandi *lie to pak* et *peill*, emendi et vendendi &c.; cum potestate terras dicti burgi in feudifirma sive alias disponendi, resignationes recipiendi &c.:—INSUPER rex,—quia hospitale *lie massindew* apud dict. burgum fundatum extitit ad alendas quasdam indigentes personas ad exercendos quosdam superstitiosos ritus tunc verbo divino et legibus regni abolitos; et nihilominus terre et redditus dicti hospitalis a tempore reformationis religionis ad usus particulares quorundam hominum applicati erant absque respectu habito ad dictos pauperes aut ecclesie servitia aliosque pios usus,—concessit dictis preposito &c.—dictum hospitale, et preceptoriam et jus patronatus ejusdem, cum terris &c.; cum potestate preceptoris officium ludimagistro idoneo ad docendam musicam aliasque artes liberales intra dict. burgum (qui magister in officiis ecclesie prout eis videretur expediens servire teneretur) concedendi, pauperesque quoti in prima fundatione statuti sunt imponendi; cum potestate dictis preposito &c. prosequendi pro reductione infeofamentorum, assedationum &c. de possessionibus predicti hospitalis:—REDDEND. servitium burgi debitum et consuet.; et pro hospitali sustinendo ludimagistrum et pauperes secundum consuetudinem ejusdem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 193.

250. Apud Halyrudhous, 22 Mar.

REX confirmavit cartam D. Patricii Hepburne de Lufnes militis,—[qua concessit Domine ISSOBELLE HALDEN (domine Wauchtoun), conjugi sue, in vitali redditu, et PATRICIO HEPBURNE filio suo in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tertiam suam partem terrarum et baronie de Craiggis, continentem tertiam partem terrarum de Mekill Perth, Conany, piscarie super aquam de Northesk infra bondas earundem, terrarum de Balloch, Killary, Wester Dary, Eister Darie cum molendino earundem, terras de Over Craiggis, Craigis de Glenilen cum molendino, Wester Craigis de Glenilen, annuum redditum 14 sol. de terris de Nethir Craigis de Glenilen, terras de Eister et Wester Eglismauldis, cum molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfar; tertiam suam partem terrarum et baronie de Polgony (vel Balgony), continen. tertiam partem terrarum de Schythyn, Lytill Meldrum, molendini earundem, davate terrarum de Fyngask, cimbe piscationis in portu de Pettindrum, cum molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Abirdeine; necnon tertiam suam partem terrarum et baronie de Dunlapie, cum tertia parte molendini, tenentibus &c., advocatione alternatis vicibus ecclesie de D., vic. Forfar; novem terras husbandias in territorio de Lytill Newtoun, cum molendinis, tenentibus &c., in balliatu de Lauderdaill, vic. Beruik; tertiam suam partem terrarum de Blair, Michelstoun et Strathoir, et terrarum occidentalis portus de Dysert, cum annuis redditibus earundem, una cum molendinis, carbonariis, tenentibus &c., vic. Fyiff:—RESERVATO libero tenemento dicto Pat. seniori:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. M. Pat. Hepburne de Smetoun, Jo. Watt filio et herede apparente Willelmi Watt alias *Laird* Watt in Eist Barnis, Wil. Sydserff, Hugone Hepburne, servitoribus dicti Pat. senioris:—carta scripta in officina scriptoria Adami Lawtie scribe infra Edinburgum, per Davidem Andersoun ejus servitorem:—Apud Lufnes, 1 Mar. 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 197.

251. Apud Halyrudehous, 24 Mar.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO CARNECORS de Colmeslie, heredibus ejus masc. quibuscunque et assignatis,—dimedietatem terrarum de Selmure alias Colmeslie cum manerie, terras de Westirsyde de Housbyre, dimed. terrarum de Langlie, cum crofta vocat. Cellararhauche, in dominio et regalitate de Melros, vic. Roxburgh; terras de Mekle Caitpair, in regalitate S. Andree, vic. Edinburgh;—que fuerunt dicti Wil. et ejus predecessorum, olim tente de abbate et conventu de Melros et de archiepiscopo S. Andree respective; et quas idem Wil. pro hac carta conficienda personaliter resignavit; et quas rex incorporavit in liberam

tenandriam de Cowmislie, ut unica sasina apud principalem mansionem et maneriem de C. suscipienda pro omnibus staret :—REDDEND. pro Cowmislie 50 petras butiri (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet petra), pro Westersyde &c. 16 lib., et 20 petras butiri (vel dictum pretium), pro Mekill Catpair 16 lib., in toto 55 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—RESERVANDO feudifirmas et devorias terrarum olim de abbate de Melros tentarum, Jacobo commendatario de Melros durante ejus vita, saltem usquequo pro eis satisfactus esset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 191.

252. Apud Halyrudhous, 24 Mar. REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.), — confirmavit cartam Alex. Creichtoun de Nauchtoun,—[qua,—cum consensu Jacobi Johnestoun de Elphinstoun, Patricii Johnestoun feodatarii ejusdem, et Joannis Johnestoun burgensis de Edinburgh, pro eorum interesse,—pro complemento contractus de data apud Elphinstoun, Edinburgh et Nauchtane, 16, 17 et 24 Maii 1592, registrandi in libris dominorum concilii,—vendidit DAVIDI BALFOUR de Balledmonth, heredibus ejus et assignatis, —terras de Caithillis, piscarias suas tam salmonum quam aliorum piscium, cum decimis piscibus earundem (cum libertate ad apprehendendum salmones et alios pisces quosvis inter nigrum lapidem ad caput portus de Cathillis ad orien., inde ad Thanislak [vel Thornislak] et ad refluxum maris super arenas piscando non transgrediendo de *lie* Maw-craig), que piscationes nominate sunt Harvyden et Kilburnis, in dominio de Balmirinoch, vic. Fyiff :—TENEND. de rege (loco abbatis et conventus de Balmerinoch) in feudifirma :—REDDEND. annuatim pro terris 12 merc., necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; pro piscationibus 23 lib. 4 sol. 4 den. :—cum precepto sasine directo Jo. Balfour in Sandfurd :—TEST. Rob. Murray fratre germano quondam D. Andree M. de Arnegosk militis, Jacobo Mylne, Rob. Wedderburne, notariis :—Apud Nauchtane et . . . . ., 24 Maii 1592] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Davidis, suprascripta ei de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut supra* : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 221.

ANNO DOMINI 1595. ANNO REGNI 28.

253. Apud Halyrudhous, 26 Mar. REX dedit literas legitimationis JACOBO DRUMMOUND in Glenlaidnoik, filio naturali Joannis Drummound de Colquholzie. xl. 132.

254. Apud Halyrudehous, 26 Mar. REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit familiari servitori suo JACOBO LUNDY filio legitimo M. Willelmi L. de eodem, heredibus ejus et assignatis,—duodecimam partem ville et terrarum de Kincapill (per quondam Wil. Wode et quondam Agnetem Forsyth ejus matrem et eorum subtenentes occupat.), in dominio et regalitate Sancti Andree, vic. Fyiff ;—que olim fuit pars temporalitatis archiepiscopatus S. Andree :—REDDEND. annuatim 10 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas frumenti, 10 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas ordei, 2 bol. $2\frac{2}{3}$ firl. avenarum, cum duobus caponibus et quatuor pultreis, 23 sol. 4 den. monete, 8 sol. loco gressume quinquennalis, et 6 sol. 8 den. augmentationis, una cum arreagiis, carreagiis ac ceteris oneribus et servitiis consuetis ; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicte regalitatis apud S. Andream, et ad ceteras curias cum premoniti essent ; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum :—TEST. *ut inaliis cartis* &c. xl. 187.

255. Apud Halyrudhous, 26 Mar. REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma dedit D. WILLELMO STEWART de Traquair militi, antiquo et nativo tenenti subscriptorum, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Stewart gerentibus, quibus deficientibus, ejus legit.

et propinquiori heredi fem. absque divisione, —terras de Gaithoip, Saithoip, Craigdouglas, Blakhous, Garlacleuch, Berriebus, Faldishoip et Wester Plora, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk ;—quas rex, pro bono servitio dicti Wil., incorporavit in liberam tenandriam de Gaithoip, ut unica sasina apud principale messuagium seu maneriem de G. suscipienda pro omnibus staret :—SOLVEND. pro Gaithoip 44 libras, pro Saithoip 50 lib., pro Craigdowglas 50 lib., pro Blakhous et Gardlacleuch 50 lib., pro Berriebus 12 libras, pro Faldishoip 31 bollas (libras?), pro Westir Plora 13 lib., firme antique, et 20 sol. augmentationis, in toto 251 libras ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et sustinendo domos et maneries cum plantatione et aliis politiis fundo corresponden. xl. 196.

256. Apud Halyrudehous, 26 Mar.
REX confirmavit cartam Francisci olim comitis de Errol dom. Hay, constabularii Scotie, — [qua concessit WILLELMO LESK juniori, nepoti Willelmi Lesk de eodem, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Wil. senioris quibuscunque,—*lie* Manis de Ardlesk cum manerie, terras de Belskanthie et Auchmad, terras de Auchlathine, in baronia sua de Slanis, vic. Abirdeine;—quas dictus Wil. senior in favorem dicti Wil. junioris resignavit :—FACIEND. dicto Francisco servitia warde &c.; ac 3 sectas ad 3 curias capitales dicte baronie; ac molendo grana ad molendinum de Nethir Lesk pro vigesimo grano tantum : —cum precepto sasine : — RESERVANDO liberum tenementum de Ardlesk, Belskanthie et Auchlathine dicto Wil. seniori, et post ejus decessum vitalem redditum de Ardlesk, Auchmad et Auchlathin Thome L. filio seniori dicti Wil. senioris; vitalem redditum de Auchmad Barbare Mowet sponse dicti Tho.; necnon vitalem redditum de Balskanthie Eliz. Keith sponse affidate dicti Wil. junioris, filie Willelmi K. de Ludquharne, juxta tenorem contractus matrimonialis :— TEST. Hen. Drummound, M. Jac. Harvye, Georgio Hay, servitoribus dicti comitis, Wil. Ogstoun notario publico :—Apud Turreff, 20 Maii 1590] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Wil. L. junioris, dict. terras ei de novo dedit post forisfacturam dicti Franc.:— TENEND. de rege :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 234.

288. Apud Lynlythgow, 10 Jun.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 10. 6.),—confirmavit cartam Jacobi Weir de Blaikwode, — [qua, — virtute contractus matrimonialis inter se, cum consensu Georgii Ramsay de Dalhoussie et Mariote Ramsay domine Corhowis relicte Jacobi Weir junioris de Blaikwode, et Willelmi Bannatyne de Corhowis tunc sponsi dicte Mar. pro ejus interesse (onus suscipien. pro Georgio W. nepote dicti Jac. senioris, filio legitimo inter dictos Jac. juniorem et Mar. procreato), ab una, et Wil. Weir de Stenybyris (pro ipso et onus suscipientem pro Margareta W. ejus filia seniore, qua deficiente per decessum ante solempnizationem matrimonii, pro Joneta W. ejus filia secundogenita) ab altera partibus, de data apud Corhowis et . . . . , 13 Jan. et

. . . . 1594,—vendidit dictis GEORGIO WEIR, et MARGARETE WEIR ejus sponse futurate,—40 solidat. terrarum de Moitt, cum *lie coithous*, et peciam terre vocat. Guislandis, 2 mercat. de Mosmynning, 40 solidatas de Lillaw, Struther et Motyet, molendinum granarium de Blaikwode super aquam de Nethen, cum terris molendinariis, astrictis multuris &c., 40 sol. de Nethir Birkwode, cum annuo redditu 4½ bollarum *lie malt* de terris suis de Dormintsyde, cum 2 duodenis anserum et 5 duodenis pultriarum annuatim de terris suis de Blaikwode, cum fortaliciis et maneriis, omnes existentes partes suarum 20 mercatarum terrarum (antiqui extentus) de Blaikwode, 10 mercatarum ant. ext. vocat. Wallace-landis, et 10 mercatarum ant. ext. de Mosmynning, in baronia et parochia de Lesmahago, vic. Lanerk ;—RESERVATO vitali redditu dicte Mariote (exceptis dictis 4½ bollis) ;—necnon dicte Margarete in vitali redditu durante vita dicte Mariote, et postea dicto Geo.,—terras manerii de Blaikwod, cum fortalicio, manerie loco, silvis (per dictum Jac., Tho. Forrest, And. Rae fabrum ferrarium occupat.), 10 mercat. terrarum ant. ext. de Blaikwode-yairdis, Kypesyde et Dormuntsyde vocat. Wallace-landis (reservando Wallace-landis dicto Jac. pro vita sua) ;—necnon dicto Geo.—reliqua dict. 20 mercatarum de Blaikwode, 10 mercat. ant. ext. de Mosmyning, cum 2 mercat. ant. ext. de Taithis cum fortaliciis, in dictis baronia &c.:—TENEND. Wallace-landis et maneriem de Blaikwode dicte Marg. *ut supra*, dicto Geo. et heredibus masc. inter eum et dictam Marg. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Geo. de corpore legitime procreandis, quibus def., M. Willelmo Weir filio dicti Jac., patruo dicti Geo., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., heredibus masc. et tallie dicti Georgii quibuscunque, cognominis et armorum de Weir gerentibus ; et post obitum dicte Mariote, dict. terras de Moit &c. dictis Geo. et Marg. in conjuncta infeodatione seu vitali redditu, et heredibus suprascriptis ; reliqua dict. terrarum de Blaikwode, cum Mosmyning et Taithis, dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto M. Wil. et ceteris suprascriptis ; omnes a dicto Jac. de superiore suo :—REDDEND. jura et servitia warde debit. et consuet.:—TEST. Wil. Weir de Stenybyris, Wil. Bannatyne de Corhowis, Wil. Weir de Auchtiferdell, Davide Weir juniore de Auchtiferdell, Wil. Cunynghame tutore de Bonytoun, Wil. Weir de Sillis, Thoma Talyefeir in Blaikwod-yairdis, Jo. Weir in Birkwode, Jac. Gray notario publico (scriptore carte) : —Apud Blaikwode, ... 1594] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 153.

289. Apud Linlythgow, 17 Jun.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma locavit WILLELMO GRAHAME de Baldovy, et ISSOBELLE MAXWELL ejus sponse,—dimidietatem terrarum et ville de Baldovy, cum toftis et croftis orientalibus ejusdem, cum decimis garbalibus inclusis, nunquam a trunco separatis hucusque, in dominio de Kincaldrum, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare ;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuerunt:—TENEND. dictis Wil. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque dicti Wil.:—SOLVEND. 12 libras devorie antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; et si tres termini insimul currerent insoluti, hoc infeofamentum expiraret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 134.

290. Apud Lynlythgow, 17 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO WODE de Lambelethame, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—molendinum *lie* Newmylne prope civitatem S. Andree, cum terris molendinariis, multuris, sequelis, in dominio prioratus S. Andree, regalitate ejusdem, vic. Fyiff ;—quod olim fuit pars temporalitatis prioratus S. Andree :—PRETEREA rex ratificavit omnes antiquas cartas dicto Jac. ejusque predecessoribus desuper concessas, presertim originale infeofamen-

tum quondam M. Allano Lawmonth factum, et per quond. Hen. Laumonth Georgio Dowglas de Rowmgawye, et per dictum Geo. dicto Jacobo Wode, cum confirmationibus &c.:—Reddend. annuatim 6 lib., cum 24 caponibus, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia apud S. Andream; cum aliis devoriis et servitiis debitis et consuet.; et si duo termini transirent in tertium insoluti, hec infeodatio nullius esset roboris: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 159.

291. Apud Linlitqw, 18 Jun.

REX concessit GEORGIO ANNAND filio Joannis A. prepositi burgi de Elgin, heredibus ejus et assignatis,—2 particatas terrarum, et domus super eas existentes, jacen. contigue infra burgum de Elgin ex parte boreali vici regii (inter terras Alex. Bayne burgensis de Elgin, terras Beroaldi Colie, et semitam vocatam *Derne-rod* que ducit a dicto burgo ad ecclesiam cathedralem de Murray);—que regi devenerunt ob decessum D. Jacobi Dowglas capellani dicte ecclesie, bastardi:—Tenend. in libero burgagio:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 143.

292. Apud Strivilinge, 24 Jun.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —confirmavit cartam factam per Alex. commendatarium de Culros, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt (quondam) WILLELMO CRYSTIE, et ELENE ROWANE ejus sponse, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus dicti Wil. et assignatis quibuscunque,—terras de Castelbeg, cum quarta parte de Overtoun de Pytfir, in dominio de Culros, vic. Perth;—que fuerunt Davidis Crysti ejus patris et Helene Schorthous ejus matris; et quas dictus Dav. in favorem dictorum Wil. et El. R. personaliter resignavit:—Reservato libero tenemento dictis Dav. et Hel. S.: —Reddend. dicto monast. 50 sol. 10 den., cum 2 *lie pultreis*, et 12 sol. 6 den. augmentationis (de qua summa 2 sol. dicto conventui ad *lie pittie-commonis* applicarentur), in toto 3 lib. 2 sol. 6 den. feudifirme; cum aragiis, caragiis et aliis servitiis consuetis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:— cum precepto sasine directo Wil. Crystie: —Test. M. Rob. Colvill, Rob. Levingstoun, Jac. Colvill, And. Forret, Alex. Hunter:— Apud dictum monast., 31 Dec. 1571]:— Preterea dictas terras dicte Helene Rowane in vitali redditu, et DAVIDI CRYSTIE filio seniori et heredi dicti Wil., heredibus ejus et assignatis, hereditarie, de novo dedit:—Reddend. annuatim regi 3 lib. 3 sol. 6 den., cum 2 pultreis, arreagiis &c., et 6 den. augmentationis; necnon 3 sectas &c. (cum ceteris *ut sup.*):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 49.

293. Apud Falkland, 2 Jul.

REX concessit familiari servitori suo D. GEORGIO HOME de Spott militi, et Domine ELIZABETHE GORDOUN ejus conjugi,—terras et baroniam de Grenelaw-Reidpeth, cum fortalicio, manerie, communiis, moris, molendinis, in parochia de Grenelaw, comitatu Marchie, vic. Beruik; —quas Wil. Reidpeth baro dicte baronie, pro impletione contractus de data apud Spott, . . . Maii 1595, in favorem dictorum Geo. et Eliz. resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Geo., eisdem de novo dedit, cum potestate edificandi molendina, cum aqueductibus per solum terrarum regiarum et communis de Grenelaw pro exitu aque a dictis molendinis ad antiquum alveum *lie wattergang* torrentis de Grenlaw, et ad astringendum tenentes et grana dict. terrarum ad dicta molendina et *thirle multure* eorundem, non obstante quod rex habuit molendinum proprium infra dict. dominium de Grenelaw (que potestas predecessoribus dicti Willelmi per progenitores regis concessa est); necnon cum jure communitatis et communis pasture, cum recuperatione *lie feuall*, *faill* et *dovet*, in magna orientali communi mora de Grenelaw:—Tenend. dictis Geo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Georgii quibuscunque:—Reddend. unam rubeam rosam nomine albe firme, ut ab antiquo, non

obstantibus quibuscunque cartis predecessoribus dicti Wil. concessis de dictis terris per servitium warde tenendis; ex eo quod carte albe firme perdite erant occasione bellorum civilium vel continuis incursionibus Anglorum, et quod dicte terre adjacebant *lie bordouris*, unde dictas cartas albe firme penitus interiisse constabat :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 137.

294. Apud Edinburgum, 2 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit JOANNI M'MORANE burgensi de Edinburgh, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—octavam partem terrarum de Kingis-barnis, cum communi pastura (*ut in carta* 153);—cujus dictus Joannes ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes extiterant ultra hominum memoriam, et que ab antiquo quondam Jacobo Calward filio et heredi quond. Jacobi C. in feudifirma locata erat :—REDDEND. annuatim 8 libras 6 sol. 8 den., 1 celdram 2 bollas frumenti, 1 celd. 6 bol. ordei, 15 capones, cum arreagiis et carreagiis et servitiis consuet., cum 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 153):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 141.

295. Apud Falkland, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16.),—in feudifirma dimisit WILLELMO TEMPILMAN in Petfar, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimidietatem terrarum de Ovirtoun de Petfar (per dictum Wil. occupatam), quarteriam earundem (per Helenan Rowane ejusque subtenentes occupatam), in dominio de Culros, vic. Perth;—que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Culros :—REDDEND. pro dicta dimid. 48 solidos 4 den., et 12 sol. augmentationis, cum 4 pultreis, cum areagiis et careagiis debitis aliisque servitiis consuetis ; pro dicta quarteria 24 sol. 2 den., et 6 sol. augmentationis, cum 2 pultreis, cum areagiis &c.; necnon tres sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast. pro dicta dimed., et alias 3 sectas pro dicta quarteria ; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 209.

296. Apud Falkland, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—in feudifirma dimisit DONALDO CAMPBELL de Cabrochen, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 mercat. terrarum de Teirlagane, unam mercat. de Teirfourie, cum manerie loco, cum insula de Garvilen jacen. ex boreali latere dicte mercate, infra insulam de Leismoir, dominium de Lorne, vic. Argyle :—que olim fuerunt pars patrimonii episcopatus de Argyle et Leismoir :—REDDEND. 4 merc. firme antique, 3 sol. 4 den. augmentationis, necnon 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 249.

297. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit JOANNI BALFOURE in Star, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—dimidietatem villarum et terrarum de Kinloch, cum dimid. molendini, terris molendinariis, multuris, sequelis, cum dimid. de *lie* Smyddielandis, Brewlandis et *lie* Coitlandis, in dominio et senesc. et vic. de Fyiff ;—cujus D. Michael Balfoure de Balgarvie miles ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes ultra hominum memoriam extiterant ; et dictus Michael jus suum dicto Jo. vendiderat ; quam alienationem rex ratificavit :—REDDEND. annuatim 22 lib. 5 sol. 8 den., 16 capones, 33 pultreas, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et sustentando mansionem cum politia solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 142.

298. Apud Edinburgum, 8 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit DAVIDI LEICHE in Westir Kinneir—duas quarterias terrarum et molendini de Ardet alias Munyismilne, cum astrictis multuris et sequelis dict. terrarum de A. (viz. quarteriam ab antiquo

quondam Davidi L. patri dicti Dav. in feudifirma locat., et quarteriam quondam Thome Andirsone in feudifirma locat. et per eum dicto Dav. alienat.), in dominio et senesc. et vic. de Fyff;—quarum dictus Dav. ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes ultra hominum memoriam extiterant:—TENEND. dicto Dav. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum communi pastura ad Segye-mure, cum potestate effodiendi *lie faill* et *dovattis*:—REDDEND. annuatim 10 mercas, cum 8 caponibus, et 6 sol. 8 den. augmentationis; et sequele dictarum terrarum venirent ad dict. molendinum de Munisie pro libera astricta multura consuet.; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 153, usque ad clausulam de exercitibus); et seminando canapem et linum extra hortum caulium et non infra:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 75.

299. Apud Falkland, 9 Jul.

REX,—cum consensu &c. (18.),—confirmavit JOANNI LEVINGSTOUN de Abircorne, et ELIZABETHE CARMICHAELL ejus sponse, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jo. et assignatis quibuscunque,—terras terrasque dominicales de Abircorne, ac terras nuncupatas Braidmedow (ex omni parte cum terris de Duddinstoun bondatas, existentes partem dict. terrarum dominicalium), cum domo ruinosa, manerie, carbonibus, molendinum de Abircorne, columbarium et piscariam maritimam, cum communi pastura et communitate in communi moro de Abircorne et in *lie Myre* de Duntarvie consueta, terras de Mortoun, vic. Lynlythgow; cum astrictis multuris granorum super dict. terris crescentium ac super quibuscunque terris infra dominium de Lynlythgowschyre aliisque terris et prediis infra dominium de Abirdene (Abircorne) que ad dictum molendinum prius adduci solebant;—necnon dicto Joanni, et dictis heredibus &c.,—officium hereditarii balliatus terrarum dominii de Lynlythgowschyre;—quas et quod idem Jo. pro hac carta conficienda personaliter resignavit; et quas rex,—intelligens quod dictus Jo. in recompensatione longi servitii per matrem regis, et per regem post perfectam ejus etatem, in suprascriptis infeodatus erat, et pro servitio tam sibi quam matri sue et avie impenso,—eis respective de novo dedit:—REDDEND. pro terris &c. de Abircorne 53 sol. 4 den., 3 celdras 5 bollas 2 firlotas 2 peccas tritici, 3 celd. 7 bol. 1 firl. ordei, 5 celd. 9 bol. 1 firl. avenarum, pro molendino 7 lib. 6 sol. 8 den., pro Mortoun 1 celd. 5 bol. tritici, 1 celd. 5 bollas hordei, 1 celd. 5 bol. avenarum, firme antique (vel pro qualibet bolla tritici 12 sol., pro bolla ordei 8 sol., pro bolla avenarum 5 sol.), et 40 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro dicto officio servitium consuetum, et unum den. albe firme:—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud maneriem de Abircorne capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 232.

300. Apud Falkland, 9 Jul.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Joannis Montgumrie de Scottistoun,—[qua,—cum consensu Jonete Montgumrie sponse sue,—pro perimpletione contractus de data apud Giffen et Paislay, 21 et 3 Maii 1595,—vendidit ROBERTO MAGISTRO DE EGLINTOUN, et JEANNE CAMPBELL ejus sponse,—9 libratas terrarum antiqui extentus de Eister et Wester Scottistonis, cum manerie loco et molendino, in baronia et vic. de Ranfrew:—RESERVANDO dicto Jo. vitalem redditum omnium, dicte Jon. vitalem redditum partis in qua infeodata est, cum rationabili tertia reliquarum; necnon dicto Jo. potestatem infeodandi futuram sponsam, si quam ducere contingeret post decessum dicte Jon., in annuo redditu 35 bollarum farine avenatice et 10 bol. hordei de dictis terris:—TENEND. dictis Rob. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Roberti de corpore legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc., successoribus et assignatis dicti Roberti quibuscunque, de Henrico principe &c.:—

cum precepto sasine directo Rob. Craufurd de Possill :—TEST. Michaele Hammiltoun, Tho. Andersoun, burgensibus de Pasley, Wil. Montgumrie servo dicti Jo., Jacobo Inglis consanguineo et servo Thome Inglis notarii publici burgensis Pasleti (scriptore carte) :—Apud Pasletum, 27 Maii 1595] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti magistri, dict. terras dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 250.

301. Apud Striviling, 10 Jul.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO HEPBURNE de Quhytcastell, et HELENE COKBURNE ejus conjugi,—terras de Slaid et Garuald, in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ;—quas idem Pat. resignavit :—TENEND. dictis Pat. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo H. fratri germano dicti Pat., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Francisco H. fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque :—REDDEND. firmas feudifirme aliaque devoria debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 162.

302. Apud Edinburgh, 10 Jul.

REX,—quia WILLELMUS FAIRNY de eodem ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes ultra hominum memoriam fuerant de dimidietate terrarum de Ballinbla, cum uno *lie lone*, et terra vocata *Suaird* de eodem (inter hortum molendini de Falkland ex orien., hortum et locum de Nutehill ex occiden., *lie mylneleid* dicti molendini ex australi, terram aratam de Ballinbla ex boreali), in dominio et senesc. de Fyiff, pro annua solutione 3 celdrarum avenarum et 4 lib. monete ; sed major pars dicte dimid., post primam locationem in feudifirma, ablata est a predecesssoribus dicti Wil. ad silvam et saltum de Falkland eidem adjacentem nuncupat. Parkley et prata ejusdem ; et pars cum dicto Wil. remanens omnino sterilis fuit,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit dicto Willelmo, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, — dict. dimidietatem &c.:—REDDEND. annuatim 4 lib., et 13 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando domos ad recipiendum in hospitio 20 homines, cum stabulis eorum equis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 30.

303. Apud Falkland, 12 Jul.

REX confirmavit cartam factam per Adamum Bell burgen. de Peblis, cum consensu Euphamie Lauder filie legitime quondam Alexandri L. burgensis de Edinburgh pro ejus interesse, necnon dictam Euph. pro ejus jure ad terras subscriptas, —[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt ROBERTO SCOTT de Thirlestaine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Langsyd, cum tenentibus &c., in parochia et vic. de Peblis :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jac. Vinla burgensi de Peblis :—TEST. Joanne Mowbray de Barnebowgall, Wil. Cranstoun ephippiario, Adamo Gardner servitore dicti Rob., Abrahamo Bruce servitore dicti Jo. Mowbray, Tho. Marjoribankis notario :—carta scripta *ut in carta* 250 :—Apud Edinburgum, 15 Mar. 1594] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Rob., dict. terras quitteclamavit :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 139.

304. Apud Falkland, 12 Jul.

REX concessit MATHEO BAILLIE de Lytillgill, et heredibus ejus masculis,—8 mercat. terrarum de Wandeldyk, in baronia de Hartsyd, vic. Lanerk ; 25 solidatas 6 mercatarum 10 solidatarum de Cauldchappell alias Burnefut (per Rob. Guidfallow occupat.), 3 mercat. earundem (per Laurentium Gudfallaw, Wil. Neilsoun, Arch. Willamsoun, Jo. Purdum occupat.), 20 solidat. de Davidschaw alias Wodend, extenden. in integro ad 6 mercat. 5 sol. terre antiqui extentus, vic. Lanerk ;—quas Jeanna Hammiltoun dom. Lamingtoun in favorem dicti Math. resignavit ; et quas rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Math. ejusque antecessores prestito,

dicto Matheo de novo dedit, et insimul incorporavit, ut unica sasina super solo dict. terrarum de Wandelcleuch (Wandeldyk?) capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 15.

305. Apud Edinburgh, 16 Jul.

REX,—quia DOMINUS MICHAEL BALFOURE de Balgarvie miles ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes ultra memoriam hominum fuerant de dimidietate terrarum de Ballinbla &c. (*ut in carta* 302), necnon de tenemento terre in burgo de Falkland (juxta terram quond. Jo. Gairdner); et dicta dimid. de Ballinbla tenta fuit pro annua solutione &c. (*ut in carta* 302),—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit dicto Michaeli, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, — suprascriptas terras &c.: — REDDEND. pro dicta dimid. *ut in carta* 302; pro dicto tenemento servitium burgi debitum et consuetum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 26.

306. Apud Striviling, 18 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—pro compositione soluta, ac pro bono servitio, in feudifirma dimisit WILLELMO CREICHTOUN de Drumcors-manis, in vitali redditu, et WILLELMO CREICHTOUN ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in feodo,—quarteriam *lie* Manisquarter ville et terrarum de Drumcors, cum manerie loco (per dictum Wil. seniorem ejusque antecessores tanquam veteres tenentes ultra hominum memoriam occupatam), vic. Linlitqw; cum communitate et communi pastura super orientalem moram et *lie lone* de Drumcors ex boreali latere ville ejusdem, cum privilegio focalium, cespitum &c.:—REDDEND. 10 mercas 5 sol. firme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon habendo bonum largum hortum bene fossatum et septum cum esculis (*hauthorne*), salicibus (*sauch*), alnis (*aller*), tremulis (*esp*), cum fraxinorum (*asch*) plantatione, platanorum (*plane*) et ulmorum (*elme*) ad ratam dicte assedationis, viz. pro merca argenti tres arbores, pro completo circuitu hortorum; cum seminatione mericarum (*brume*), sustentatione nemorum et lucorum per fossationem et *lie haning;* et ad seminand. canapem et linum extra hortos caulium et non infra; cum prohibitione alienandi absque consensu regis; et sustentando honestas domos accordantes terris; et habendo prata, et stagna et gurgites pro piscibus, ubi haberi possent; cum politia solo correspondente; et essent armati ad gradiend. cum rege in exercitibus; et si de murthuro, communi furto aut voluntaria receptione communis furti convicti essent, jus dict. terrarum forisfacerent pro vita sua, et quamvis pro vita compositionem fecissent, non introirent ad dictas terras nisi benevolentiam regis desuper obtinuissent; et si unus terminus in alium recurreret insolutus, duplicaretur; necnon solvendo multuras molendinis regis debit. et consuet.; nec liceret excedere in exercitu *lie oisting* nisi cum rege aut regis locumtenente regis nomine :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 177.

307. Apud Halyrudhous, 18 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit HENRICO CLERK portionario de Luthrie, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, — decimamsextam partem ville et terrarum de Luthrie (per Jac. V. regem in feudifirma locatam quondam Henrico Clerk patri dicti Hen.), in dominio et vic. de Fyff;—cujus dictus Hen. ejusque predecessores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes ultra hominum memoriam extiterant :—REDDEND. 4 lib. 12 sol. 11 den. devorie antique, et 13 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 306) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 176.

308. Apud Halyruidhous, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit ROBERTO HUNTAR de Huntarstoun, filio et heredi quondam Roberti H. de H., et MARGARETE PEBLIS ejus conjugi,—5 librat. terrarum

antiqui extentus de South-Cammes, in insula de Cumray, vic. Buitt; — quarum feudifirmam dictus Rob. acquisiverat in vicem antiqui et nativi tenentis :—TENEND. dictis Rob. et Marg. eorumque alteri diutius viventi, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. dicti Rob. absque divisione, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Huntar portantibus :—REDDEND. annuatim 6 lib. 8 sol. 6 den., 7½ bollas ordei, 1½ martas, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando maneriem &c., cum plantatione omnis generis arborum aliisque politiis solo corresponden.; et essent armati ad progriend. cum rege in exercitibus; cum prohibitione alienandi irredimabiliter absque licentia regis; et si de murthuro seu communi furto convicti essent, forisfacerent proficua dict. terrarum pro vita sua; et si unus terminus in alium curreret insolutus, duplicaretur; nec liceret progredi in exercitibus nisi cum rege aut regis locumtenentibus tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 39.

309. Apud Halyruidhous, 20 Jul. REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit WILLELMO BOYLE filio seniori legitimo Joannis B. de Balliekewin (antiquo tenenti terrarum subscript.), et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, cognomen et arma de Boyle gerentibus,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Balliekewin, in insula de Mekle Cumray, vic. de Bute; cum officio serjandie dicte insule cum ejus feodis &c.: —SOLVEND. annuatim 6 mercas 6 sol., 5 bollas hordei, 1 martam, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 308):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 40.

310. Apud Halyruidhous, 20 Jul. REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit JOANNI BOYLE de South Ballochmartein, nativo tenenti terrarum subscript.,—5 mercat. terrarum de South Ballochmartein, in insula de Mekill Cumray, vic. Bute :—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni B. de Kelburne et heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Boyle gerentibus:—SOLVEND. *ut in carta* 309 : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 41.

311. Apud Castrum de Striviling, 20 Jul. REX,—cum consensu &c. (18.),—confirmavit STEPHANO BROUNTFEILD de Greinlawdene, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque, —terras de Greinlawdene cum molendino, Polkhauch et Blassinbraid (alias Blassinberrie), in comitatu Marchie, vic. Beruik;— quas idem Steph. in favorem suum resignavit:—INSUPER rex ratificavit cartam feudifirme per Jacobum V. regem desuper factam quondam Stephano Bruntfeild de Greinlawdene, avo dicti Steph., de data 6 Sept. 1528; et cartam per dictum Stephanum seniorem dicto Steph. juniori desuper factam, confirmatam per Henricum et Mariam regem et reginam Scotorum; et, pro bono servitio dicti Steph., dictas terras ei de novo ad feudifirmam dimisit, cum astrictis multuris dicti molendini:— REDDEND. annuatim 20 lib. (in augmentationem rentalis ad 40 sol.); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum prohibitione alienandi irredimabiliter absque licentia regis; et si de communi furto aut murthuro convicti essent, hereditatem amitterent pro vita sua; et quamvis pro vita composuissent, non introirent nisi benevolentiam regis desuper obtinuissent: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 161.

312. Apud Edinburgh, 20 Jul. REX,—cum consensu &c. (18.),—concessit ALEXANDRO HOME de Drumcroce, in vitali redditu, et GEORGIO HOME ejus seniori filio legitimo in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—3 quarterias ville et terrarum de Drumcroce cum cottagiis, in dominio et vic. de Linlitqw;—que fuerunt

dicti Alex. per alienationem D. Jacobi Melvill de Halhill militis, per regem confirmatam de data 22 Aug. 1584; et quas dicti Jac. et Alex. resignaverunt:—REDDEND. 20 lib. 15 sol., et 5 sol. nove augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando aulam cum politia solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 240.

313. Apud Halyrudhous, 20 Jul.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit JACOBO STEWART filio seniori legitimo quondam Alexandri S. de Kellyspokis (antiquo et nativo tenenti terrarum subscript.), et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque, cognomen et arma de Stewart gerentibus, —2½ mercat. terrarum de North Ballochmairteine, in insula de Mekill Cumray, vic. Buitt:—REDDEND. annuatim 3 mercas 3 sol., 2½ bollas hordei, ½ martam, et 12 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 308):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 244.

314. Apud Halyrudhous, 20 Jul.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit ROBERTO BOYLE filio Davidis B. de Fidaoch [Figadoch?] (antiquo et nativo tenenti terrarum subscript.), et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob. quibuscunque, cognomen et arma de Boyle gerentibus,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Portry, in insula de Mekill Cumry, vic. Buitt:—REDDEND. annuatim 9 merc. 7 sol. 4 den., 7½ bollas hordei, 1½ martas, et 3 sol. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 308):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 245.

315. Apud Halyrudhous, 20 Jul.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit DAVIDI BOYLL de Figadoch (antiquo et nativo tenenti terrarum subscript.), et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque, cognomen et arma de Boyll gerentibus,—2½ mercat. terrarum de Figadoch (quarum ½ mercata jacebat intra terras dominicales de Nethir Kirktoun inter Portkar et Garburgh sic ab antiquo nuncupat.), in insula de Mekill Cumray, vic. Buitte:—REDDEND. annuatim 3 merc. 4 sol. 8 den., 2 bollas hordei, ½ martam, cum 12 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 308):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 246.

316. Apud Halyrudhous, 20 Jul.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit GEORGIO MONTGUMRIE de Over Cames (antiquo et nativo tenenti terrarum subscriptarum), et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque, cognomen et arma de Montgumrie gerentibus,—quinque mercat. terrarum de Over Cammes alias Balliekellie, in insula de Mekill Cumray, vic. Buitt:—REDDEND. *ut in carta* 309:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 247.

317. Apud Halyrudhous, 20 Jul.
REX,—cum avisamento &c. (18.),—in feudifirma disposuit JOANNI STEWART de Ardmoleis vicecomiti de Buitt (nativo tenenti et feodatario infrascriptorum), et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis cognomentum et insignia de Stewart gerentibus quibuscunque, — 10 libratas terrarum antiqui extentus de tribus *lie* Kirktounis, Penmachrie et Brekach, cum molendino earundem, cum communi marresio de Monymoir, ac cum 3 acris terrarum infra dict. 10 libratas (per Alex. Montgumrie de Fegadach earum nativum possessorem quondam Jacobo Stewart de Ardmoleis patri dicti Jo. venditis), cum astrictis multuris 5 libratarum terrarum de Cammes, 5 marcatarum de Bellikellath et Fegadoch dicto molendino de Kirktoun, extenden. ad vicesimum quartum granum,

in insula de Mekill Cumray, vic. Butt:—REDDEND. annuatim 19 merc. 4 sol. 8 den., 15 bollas hordei, 3 *lie mairtis*, ac pro dictis 3 acris 6 sol. 8 den., et 10 sol. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 308):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 248.

318. Apud Edinburgum, 20 Jul.

REX,—quia WILLELMUS KER de Cesfurd infeodatus est in terris subscriptis, sicut quondam D. Walt. K. de C. miles, pater dicti Wil., in eis infeodatus erat per reginam Mariam, et dictus Walt. et alii ejus predecessores fuerant nativi rentellatores ultra hominum memoriam; et pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum Wil. et ejus predecessores impenso tam tempore guerre quam pacis, sustinendo onus wardanrie de *lie middill merchis*,—cum consensu &c. (18.), ratificavit cartam regine Marie dicto Waltero Ker desuper concessam;—et de novo in feudifirma locavit dicto Wil., et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Ker gerentibus,—terras et villas de Bourhoip, Singill, Erneheuche, fortalicium earundem, et Windiedurris, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—et easdem incorporavit in liberam baroniam de Erneheuch, ut una sasina apud fortalicium et maneriem de E. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. annuatim pro Bourhoip 20 lib., pro Singill et Erneheuch 56 libras, pro Eistfeild de Windiedurris 26 libras 13 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam introitu heredum; ac sustentando mansiones et maneries cum plantationibus et aliis politiis terris correspondentibus; et sustinendo pro omni 10 librata 2 equites, unum eorum cum hasta et alterum equum carreagium (*ane carragehors*) pro servitio regis in guerris; et si unus terminus curreret in alterum minime solutus, duplicaretur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 6.

319. Apud Edinburgum, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (18.),—ad feudifirmam dimisit personis subscriptis (quarum predecessores antiqui et nativi tenentes fuerant ultra hominum memoriam), et earum heredibus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—villam et terras de Newtoun de Balcanquell (inter terras de Balcanquell ad Alex. Balcanquell de eodem spectantes et alias bondas specificatas), in senesc. et vic. de Fyiff; — viz. JACOBO BALLINGALL, filio et heredi quondam Andree B. in Dumbarrow, sextam partem cum octava parte et vicesima quarta parte (per regem antea dicto And. in feudifirma locat.), et alteram sextam partem (per regem in feudifirma locatam Ricardo Maxwell portionario de Kincragie, et per eum dicto And. alienat.);—JOANNI PAIT sextam partem et vicesimam quartam partem (per regem ei in feudifirma locat.);—DAVIDI WDWARD sextam partem (per regem ei in feudifirma locatam):—ROBERTO CUTLAR octavam partem (per regem ei in feudifirma locat.):—REDDEND. annuatim dictus Jac. 20 bollas avenarum, 50 sol. monete, 9 pultreas; dictus Jo. 8 bollas 1 firlotam $1\frac{1}{8}$ peccas avenarum, 20 sol. 10 den. monete, $3\frac{3}{4}$ pultreas; dictus Dav. 6 bollas 2 firl. $2\frac{1}{2}$ pec. avenarum, 16 sol. 8 den. monete, 3 pultreas; dictus Rob. 5 bol. avenarum, 12 solidos 6 den. monete, $2\frac{1}{4}$ pultreas; in toto 5 lib., 2 celdras 8 bol. avenarum, 18 pultreas; et 5 sol. monete, 2 peccas avenarum, in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac reddendo sectas et presentias ad 3 curias capitales senesc. de Fyiff; necnon habendo bonum largum hortum &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 306, omissis pratis et stagnis):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 364.

320. Apud Striviling, 22 Jul.

REX confirmavit cartam M. Willelmi Meldrum portionarii de Moncoffer,—[qua vendidit (quondam) GEORGIO BAIRD de Auchmedden, heredibus ejus et assignatis, — umbralem suam dimedietatem terrarum de Auchnagorthie, in baronia de Moncoffer, vic. Abirdene:—TENEND. de rege, sine ulla reversione:—cum precepto sasine:—TEST. Walt. Currour de Inchedrour, Geo. Currour ejus filio et herede

apparente, Jo. Andersoun burgen. de Banff, Roberto Irwing in Auchchairny, M. Rob. Leslie de Auldcraig, Pat. Chalmer notario publico: — Apud Kynnardie, 28 Oct. 1591]:—NECNON cartam quond. Georgii Barclay de eodem,—[qua vendidit Georgio Baird in Auchmedden, heredibus ejus et assignatis,—dimed. suam solarem terrarum de Auchnagorth, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Geo. Barclay unum den. albe firme: —TEST. M. Rob. Lumsden, D. Willelmo Chrystesoun, And. Scherare, M. Joanne Robertsoun: —Apud Abirdene, 1 Mar. 1557]: — PRETEREA, — pro bono servitio dicti Geo. Baird, et GILBERTI BAIRD tunc de Auchmedden filii et heredis dicti Geo.,—ambas dictas dimedietates dicto Gilb., heredibus ejus et assignatis, de novo dedit:—TENEND. de rege:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 136.

321. Apud Striviling, 22 Jul.

REX confirmavit cartam Gulielmi Ferne de eodem,—[qua,—pro impletione contractus de data presentium,—cum consensu Georgii Ferny filii legitimi quondam Andree F. de eodem,—vendidit MICHAELI DOWNY in Carneustie, et MARGARETE FAIRNY ejus sponse,—40 solidatas terrarum de Berriemuir per quond. Pat. Jak occupatas, 10 sol. earundem per quond. And. Teynder occupatas (inter terras de Grangea, terras dominicales de Downy, acras per quond. Alex. Cokburne occupatas), 4 acras terrarum de Baddyhill per quond. Davidem Gardyn occupatas (inter terras de Ravenisbie, Balskellie et *lie Commoun* earundem), terras ville de Carnuysty per dictum Mich. et ejus tenentes occupat., in baronia de Berrie, vic. Forfar:—TENEND. dictis Mich. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Mich. quibuscunque, absque reversione, de rege (vice commendatarii et conventus de Balmerinoch) in feudifirma; cum communi pastura in mora de Barrie, et potestate ad lucrandum focalia in dicta mora, et in *lie commoun-myre* de Barrie juxta terras de Buddo:—REDDEND. annuatim 13 libras 2 sol., et 20 pultreas; ac tres sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Pat. Bolland (Rolland?) burgen. de Dundie:—TEST. Jo. Betoun de Petlochie, Thoma Young, Petro Rannald, burgensibus de Dundie, Alex. Andersoun in Lethame, Jo. Weddirburne filio legitimo Alexandri W. burgensis de Cupro, Alex. Luklaw notario publico:—Apud Cupar, 1 Jun. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 140.

322. Apud Striviling, 22 Jul.

REX confirmavit cartam Thome Ramsay de Wylecleuch, — [qua,—cum consensu Roberti R. filii sui et heredis apparentis,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter dictos Tho. et Rob., et Rob. R. filium primogenitum dicti Rob., ab una, Robertos Diksonis de Buchtrig seniorem et juniorem (onus accipientes pro Issobella D. filia dicti Rob. D. senioris, tunc sponsa dicti Rob. R. junioris) ab altera partibus, de data apud Wylecleuch, 25 Maii 1593, — concessit dicto ROBERTO RAMSAY juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas de Wyleclewch, viz. 12 terras husbandias in villa et territorio de W., 4 ter. husb. vocatas *lie* Manis de W. jacentes ex occidente ville de Darnechester, cum molendino de W., terris molendinariis, multuris et sequelis, 1 ter. husb. ex orien. ville et territorii de Darnechester, extenden. in integro ad 17 terras husbandias, cum manerie, vic. Berwik:—TENEND. de rege: —REDDEND. servitium debitum et consuet.: —RESERVANDO dicto Tho. Ramsay pro vita sua dictas *lie* Manis cum molendino &c., dictam ter. husb. ex oriente de Darnechester, 4 ter. husb. in villa de Wylecleuch in quibus dictus Rob. R. et ejus conjux non sunt infeodati in conjuncta infeodatione, 2 ter. husb. ibidem (per Tho. Diksoun in Wyleclewch occupatas, pro quibus dictus Tho. D. reddidit annuatim 20 bollas ordei); dicto Rob. R. seniori pro ejus vita omnia dicto Thome R. reservata, exceptis ultimis 2 ter. husb.:—TEST. Alex. Bruntfeild de Nether Manis, Jac. Bruntfeild de Pettelishauch, Wil. B. ejus fratre germano, Jo. Diksoun de Loneheid, Jo. Diksoun filio Roberti D. de Buchtrig, Jo. Wilkie et Alexandro Cuik notariis publicis:—Apud

Buchtrig, 14 Nov. 1594]:—Test. 65. 46. 69. 32. 70. 49. 50. xli. 280.

323. Apud Striviling, 23 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi Spens de Wilmerstoun,—[qua,—cum consensu Domine Margarete Lermonthe matris sue, Joannis Anstruther de eodem ejus sponsi, et Agnetis Durie conjugis sue,—vendidit PATRICIO GLASFURD burgensi de Cupro, et MARGARETE LUKLAW ejus conjugi,—hortum sive pomarium nuncupat. *the Lady-orchart* prope burgum de Cupro, cum fossis et aggeribus ejusdem, et cum decimis garbalibus inclusis, cum fonte vocato *the Ladywell*, turre &c., 2 acras arabiles terrarum de Pettincreif per Alex. Jamesoun burgensem de Cupro occupatas (viz. unam ex orien. dicti pomarii, inter viam regiam a civitate S. Andree versus Monymaill, croftam heredum quondam Allani Jamesoun, terras de Pettincreif per Jo. Jamesonn burgen. de Cupro occupatas, *lie cairtgairt* a dicto burgo versus Foulcalsay, alteram acram ex occiden. et boreali dicti pomarii), cum viridariis vastis eisdem spectan. et adjacen. (inter *the Skynner-furde* torrentis vocati Lady-burne et alias bondas specificatas), cum omni genere communie et pasture infra moras Comitis et Edinsmuris, vic. Fyff:—Tenend. dictis Pat. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque, absque reversione, de dicto Jac.:—Reddend. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Alex. Weddirburne in Cuper:—Test. M. Davide Spens fratre germano dicti Jac., Alex. Spens filio legitimo quond. M. Davidis S. archidiaconi Dunkelden., Geo. Ramsay filio legitimo quond. Joannis R. clerici burgi de Craill, Jo. Makkesoun tunc clerico ejusdem, Alex. Wedderburne burgen. de Cupro, Davide Gareoch ibidem, Gabriele Seytoun servitore dicti Jac.:—Apud Wilmerstoun, 12 Dec. 1593]:—Preterea, pro bono servitio, suprascripta dictis personis de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 72.

324. Apud Halyrudehous, 25 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO HAY de Frostersait, heredibus ejus masc., successoribus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Middiltoun de Knokinblewis, cum multuris, tenentibus &c. (viz. *beginnand at ane cairne at the west nuik of Alex. Duncanis yaird callit the merche-carne, quhilk devydis the landis of Auldtoun of K. at the south and the Middiltoun of K. at the north, passand thairfra west and southwest as it is cairnit, mertchit and proppit be stanes to ane grit carne on the heid of the Blakhill quhilk devydis the said Auldtoun and Middiltoun, and thairfra southwest or thairby fra carne to carne as it is proppit quhill it cum to ane cairne callit the mertche-cairne on the hie kingis gait, and thairfra direct west keipand the said gait till it cum to ane mertche carne callit Williamis-croce, and thairfra keipand the gait west till it cum to ane carne callit the Balleis-carne, and thairfra direct north till it cum to ane carne now callit Arthouris-carne, and thairfra direct north till it cum to ane carne callit Sanct-Catharenis-carne, and north thairfra till it cum to ane carne callit Carnewait, and thairfra till it cum to ane carne callit Carnepaip, thairfra direct eist keipand the land endis till it cum to ane carne callit Carneclerk, thairfra eist keipand the land endis of the saidis landis of Myddiltoun till it cum to ane carne at the north end of ane stane dyik callit Carnedyik, thairfra northeist till it cum to ane carne callit Carnewylie, thairfra north keipand the west syde of the mertche rig of Grenies till it cum to ane carne at the north end of the said rig, thairfra northeist to ane busk callit the Sauchanbuisk quhilk is the mertche devyding the landis of Balquhane at the north, Gleshauch at the west, and the saidis landis of M. at the eist and south pairtis, thairfra direct eist keipand eist the burne as it rynnis to the Chepell-fuird, and thairfra south and southeist to ane carne at the Chepell-fauld-dyk, thairfra southeist carne be carne as thay ar proppit till it cum to the heid of the bank dyk at the heid of the Quhytliecroft, thairfra southeist quhill it cum to ane mekill blew mertche stane quhilk devydis Myddiltoun at the south and the Nethirtoun at the north,*

thairfra direct north doun ane stane balk betuix the Kilrig of the Middiltoun and the Bankrig of the Nethirtoun, and to ane mertche stane at the end of the said balk, direct eist till it cum to tua set mertche stanes at the syd of the rod, and thairfra direct north keipand the said rod till it cum to ane stane at the west syde of the kill of the Nethirtoun, and thairfra eist by tua righeidis, and thairfra north fra stane to stane quhill it cum to ane stane at the heid of the mertche bauk quhilk devydis the Nethirtoun at the west and the Middiltoun at the eist, and thairfra direct eist keipand the mertche balk quhilk devydis the Middiltoun at the south and the Nethirtoun at the north, till it cum to the end of the mertche rig of Mydditoun, and thairfra south and southeist directlie till it cum to the heid of the mertche stane dyik, and keipand the dyik foirsaid eist and northeist till ane mertche cairne at the end of the said dyk in the myre, and thairfra direct eist to ane uther carne keipand the said myre, and thairfra till it cum to the west nuik of the Tempanlay of Conglas, and thairfra keipand the strype eist and southeist till it cum to the southeist nuik of the Weit-fauld, and thairfra keipand the lonik [*loning*] *dyik west and southwest till it cum to the said mertche cairne at the heid of the said Alex. Duncanis yaird*), cum libertate glebas et focalia lucrandi in Halknaymos aliisque consuetis, et easdem per vias consuetas transportandi, cum *lie loning* ad montem de Bennachie, in dominio de Garioch, vic. Abirdene;—quas Jo. Gordoun de Brakie in favorem dicti Alex. H. resignavit:—Reddend. servitium warde &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 138.

325. Apud Halyrudhous, 26 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio Alexandri Glendoning de Partoun, de novo dedit ROBERTO GLENDONING, unico filio legitimo dicti Alex.,—terras et baroniam de Partoun, cum castris, silvis, piscariis, molendinis, tenentibus &c., et advocatione rectorie et vicarie ecclesie de P., in dominio Galuidie, senesc. de Kirkcudbrycht;—quas dictus Alex. in favorem dicti Rob. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Partoun, ordinando maneriem de P. principale fore messuagium:—Reservando liberum tenementum omnium dicto Alex.; et vitalem redditum 5 mercatarum terrarum de Ardmanoch, 2½ mercatarum de Fauldbey, 4 mercat. de Glenfuit, 7 mercat. de Dullargis, partium dicte baronie, Nicolae Hereis sponse dicti Alex., cum tertia parte reliquarum post obitum dicti Alex.:—Tenend. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni G. de Drumrasche et heredibus (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, cognomen et arma de Glendoning gerentibus:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 47.

326. Apud Halyrudhous, 26 Jul.

REX confirmavit cartam quondam Bartholomei Hereis de Over Hessilfeild,—[qua,—pro observatione contractus de data apud Over Hessilfeild, 29 Maii 1595, in libris commissariatus de Kirkcudbrycht registrandi, — vendidit WILLELMO HEREIS in Corsuada fratri suo naturali, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—4 mercatas terrarum de Over Hessilfeild antiqui extentus, cum decimis inclusis tam garbalibus quam minutis ab eisdem terris non separatis, in baronia de Drumdrenane, parochia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—Reservando dicto Barth. liberum tenementum omnium, et Cristine Cuitler conjugi sue liberum tenementum dimedietatis earundem in qua infeodata est:—Reddend. regi 8 mercas 3 sol. 4 den. feudifirme, et pro decimis 10 lib. ad festum S. Andree 30 Nov.:—Test. Jo. Gordoun de Nethir Hessilfeild, Jo. Hereis in Brecheche, Jac. Makcullo, Joanne Turan, servitoribus dicti Barth.:—carta per Jo. Meikill notarium publicum scripta:—Apud Over Hessilfeild, 30 Maii 1595]:—Insuper, pro bono servitio dicti Willelmi Hereis, suprascripta quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 235.

327. Apud Halyrudhous, 26 Jul.

REX confirmavit cartam D. Ricardi Cokburne de Clerkingtoun junioris, militis,

regis secretarii, —[qua, —cum consensu Patricii Barclay de Towie et M. Willelmi Meldrum de Haltoun pro eorum interesse, —vendidit WILLELMO GORDOUN de Geicht, et ISSOBELLE OCHTERLONIE ejus conjugi,—villas et terras de Badiechillis Over et Nethir, Murefundlandis Over et Nethir, Suanfurd, Blachrie, Maktarrie cum molendino de M., terris molendinariis, multuris et sequelis dict. terrarum aliisque consuetis, in baronia et parochia de Fyvie, vic. Abirdeine:—Tenend. dictis Wil. G. et Is. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Wil. G. quibuscunque, de rege:—Reddend. servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—Test. Jo. Urquhart tutore de Cromertie, Rob. Innes de Elrik, Alex. Innes de Pettie, And. Meldrum de Auquhorteis, Tho. Meldrum de Overbray, Jo. Andersoun et M. Jac. Maitland servitoribus Joannis dom. Thirlestane cancellarii:—carta scripta per M. Geo. Chalmer notarium publicum Abirdoneis commorantem:—Apud Turray et . . , 27 Jun. et . . , 1594]:—Insuper suprascripta quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 236.

328. Apud Halyrudhous, 26 Jul.
REX concessit THOME BARBOUR scribe in Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terram posteriorem orientalis tenementi terrarum olim pertinentium ad heredes quondam Wil. Aldjoy, et boreale cellarium ejusdem, in burgo de Edinburgh ex parte australi vici regii (inter tenementa quond. Jo. Towris et quond. Ric. Lausoun); —que olim fuerunt quond. Joannis Forret bastardi, filii naturalis quond. D. Joannis Forret capellani, vel Davidis Girdwod et quond. . . . . Forret ejus sponse (bastarde filie naturali dicti D. Jo.), per infeofamentum eis per dictum D. Jo. confectum; et regi devenerunt ob decessum dictorum bastardorum:—Tenend. in libero burgagio: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 238.

ANNO REGNI 29. ANNO DOMINI 1595.

329. Apud Edinburgh, 30 Jul.
REX,—cum consensu &c. (18.),—in feudifirma disposuit ANDREE KER de Lintoun (nativo tenenti et apparenti feudifirmario terrarum subscript.), et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Ker gerentibus,—terras et forestam *lie forrest-steid* de Fairinyle, cum molendinis, multuris, terris molendinariis, in foresta de Ettrik, warda de Tweid, vic. Selkirk:—Reddend. 50 lib. devorie antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac sustentando mansionem de lapide et calce, cum plantatione arborum et politiarum solo corresponden.: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 35.

330. Apud Falkland, 1 Aug.
REX confirmavit cartam Patricii M'Kie de Larg,—[qua vendidit MARGARETE STEWART filie (quondam) Alexandri S. de Gairleis, in ejus pura viriginitate, in vitali redditu,—3 mercatas terrarum antiqui extentus de Clawchart, 20 solidat. de Clynnamyr, 20 solidat. de Garrowdristane, ant. ext., in senesc. de Kirkcudbrycht:—Reddend. regine unum denarium argenti nomine albe firme:—Test. D. Waltero Stewart rectore de Myrcho, M. Jo. Stewart, Walt. Stewart de Barcly:—Apud Gairleis, 22 Dec. 1550]:—Necnon aliam cartam ejusdem Pat.,—[qua concessit Margarete Stewart sponse sue, in vitali redditu,—dimedietatem piscarie salmonum de *lie Puill* aque de Chree subtus ecclesiam parochialem de Monygoiff (*fra the over dam abone to the rak beneth the said puill southeistwart*), *lie sklaithous* cum ceteris domibus adjacen., cum clausura ejusdem de Keredrochaig-laichyaird subtus ripam, *with the brayis and grene eird adjacen to the said sklaithous on ather syde*, terras de Littill-Park et Dounance adjacen. et in carta dicti Pat. unitas, ant. ext., in parochia de Monygoiff, senesc. de Kirkcudbrycht:—

Tenend. de rege :—cum precepto sasine :—Test. Alex. M'Kie de Schriwode (Stranord ?), Pat. M. ejus fratre germano, Dunc. M'Kie filio dicti Pat. M. de Larg, Jo. M'Quhir :—Apud locum de Larg, 2 Maii 1582] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 32.

331. Apud Falkland, 1 Aug.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO FORRESTER de Coustoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Davidstoun, Coustoun, Petnappie et molendinum nuncupat. *lie* Mylnehoill cum terris molendinariis et multuris, peciam terre *lie Orchard* de Davidstoun, cum tenentibus &c., vic. Forfar ;—quas Jac. Gray, filius legitimus Patricii dom. Gray de Foulis, in favorem dicti Rob. resignavit :—Reddend. jura et servitia debita et consueta :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 237.

332. Apud Falkland, 1 Aug.

REX confirmavit cartam Francisci com. Errolie dom. Hay ac constabularii Scotie, —[qua confirmavit D. WALTERO OGILVIE de Findlatter equiti aurato, et Domine MARIE DOWGLAS ejus conjugi,—terras dominicales (*the Manis*) de Pettmedden cum fortalicio, cum crofta vocata Lesleiscroft, terras de Torrie cum molendino, terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis, in parochia de Ellon, vic. Abirdeine ;—quas idem Walt. in favorem suum et dicte Marie personaliter resignavit :—Tenend. dictis Walt. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Walt. et assignatis quibuscunque, de dicto Franc. tanquam barone de Slanis :—Reddend. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—Test. Jo. Leslie de Balquhane, Jac. Ogilvie de Blarak, Pat. Con de Auchry, Waltero Barclay de Drumdelgy, M. Rob. Paip advocato, M. Geo. Barclay vicecomitatus de Banff scriba, Georgio Andersoun, notariis publicis :—Apud Turreff, 15 Apr. 1594] :—Preterea, pro bono servitio dicti Walt., suprascripta dictis Walt. et Marie de novo dedit, post forisfacturam dicti Franc. :—Reddend. regi *ut supra* :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 242.

333. Apud Falkland, 2 Aug.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —confirmavit cartam factam per quondam Mich. commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt (quond.) JOANNI M'GOWAN, heredibus ejus et assignatis, —4 solidatas 4 den. terrarum in Over Meklewod antiqui extentus (per Joannem M'Gowin in Barlosche occupat.), in dominio suo de Kylismure, vic. Air :—Reddend. dicto monasterio 5 solidos firme antique cum bondagiis, arreagiis, carreagiis solvi consuete, et 4 den. augmentationis ; et commendatario duplum, conventui simplum feudifirme in introitu heredum ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Mauchling ; et asportando grana ibi crescentia ad Haughmylne, multuras consuetas solvendo ; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, hoc infeofamentum annullaretur :—cum precepto sasine directo Jo. Fischear :—Apud dictum monast., 20 Jul. 1565] :—Insuper dictas terras JOANNI M'GONE seniori filio legitimo dicti quond. Jo., heredibus ejus et assignatis, de novo ad feudifirmam dimisit :—Reddend. annuatim regi 5 sol. 4 den. ; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud locum de Mauchling :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 38.

334. Apud Falkland, 4 Aug.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE OGILVY, filio legitimo secundogenito Alexandri O. de Boyne,—terras, baroniam et thanagium de Boyne, cum castro, manerie, molendinis, silvis, piscariis tam in aqua dulci quam salsa, tenentibus &c., et advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, cum annuo redditu 6 merc. de burgo de Banff, necnon burgum et portum de Portsoy ab antiquo in liberum portum et burgum baronie erectum, vic. Banff ; — exceptis 4 bovatis terrarum de Aird et Damis in dicta baronia ; —quas et quos dictus Alex. in favorem dicti Andree resignavit : — Reservando liberum tenementum omnium dicto Alex., cum libertate alienandi sub reversionibus minime exceden. 20000 lib., et assedationes

longas seu breves colonis et tenentibus fundi absque diminutione rentalis locandi; necnon Domine Marie Betoun, sponse dicti Alex. Ogilvy, liberum tenementum terrarum in quibus tunc infeodata est:—Preterea rex de novo creavit villam et BURGUM DE PORTSOY—in liberum burgum baronie cum libero portu; cum potestate dicto Andree ballivos, burgenses, officiarios &c. faciendi; et cum potestate burgensibus ad *lie pak, peill*, et emendi et vendendi &c.; necnon cum potestate dicto And. habendi pretorium et crucem foralem, ac forum hepdomadatim die Mercurii, cum liberis nundinis bis in anno, viz. ad festum S. Michaelis archangeli ac pro 4 diebus, et festum S. Thome 30 Dec. pro uno die, cum custumis &c.; necnon cum potestate anchoragias, custumas, thelonias et *lie toill-penneis* dicti portus levandi, resignationes terrarum &c. recipiendi et easdem disponendi, heredes intrandi, et curias burgales tenendi &c.:—Insuper rex dict. terras, ann. red., portum &c., de novo incorporavit in liberam baroniam et thanagium de Boyne, ordinando castrum de B. principale messuagium fore:—Tenend. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Roberto O. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*):—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xl. 172.

335. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Joannis Hammiltoun in Nungait,—[qua, cum consensu Eliz. Reid sponse sue, vendidit ROBERTO DOBIE et CRISTINE DREGHORNE ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque et assignatis dicti Rob. quibuscunque,—tria tenementa terrarum cum horto contigue jacentia in vico monialium *lie* Nungait (inter terras Jo. Hepburne, aquam de Tyne et Quhitinghame-lone):—Tenend. de dicto Jo. in feudifirma sive alba firma:—Reddend. dicto Joanni unum den. albe firme, et priorisse et conventui de Hadingtoun 7 den. feudifirme:—Test. Jo. Hepburne in Nungait, Patricio Lyell, Wil. Wilsoun, burgen. de Hadingtoun, Thoma Arnott, Jo. Muire in Newtoun, Tho. Stevin notario:—Apud Nungait, 12 Apr. 1569]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 163.

336. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Alexandri Crichtoun de Nauchtane,—[qua,—pro impletione contractus de data presentium,—vendidit DAVIDI BALFOUR de Balledmounth, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—terras de Wormett, cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, piscariam de Wormet Langcraig nuncupatam, cum tenentibus &c., superioritatem partis sue ville et terrarum de Inverdovet (per Agnetem Rynd relictam Rollandi Henrysoun et And. Kirkcaldy tunc ejus sponsum occupat.), in baronia de Nauchtane, vic. Fyiff:—Reddend. regi jura et servitia warde &c. debita et consueta:—cum precepto sasine directo M. Jac. Durie fratri germano Roberti D. feodatarii de eodem:—Test. M. Hen. Balfour, Joanne Halyday, advocatis, Davide Balfour, M. Davide Persoun, servitoribus (dicti) M. Hen., Jac. Falcone servo dicti Dav. Balfour de Balledmounth, Davide Walker servo dicti Jo.:—carta per Wil. Cauldwell servitorem Adami Cuper scripta:—Apud Edinburgh, 6 Mar. 1594]:—Preterea, pro fideli servitio dicti Dav., suprascripta ei de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 168.

337. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Willelmi Turinge de Foverne,—[qua,—pro pecuniarum summis per Alexandrum Strathauchin de Thornetoun sibi ultra dotem persolutis,—vendidit MARGARETE STRATHAUCHIN conjugi sue, filie dicti Alex., in vitali redditu,—maneriem de Foverne cum fortalicio et loco maneriei, cum piscariis tam alborum quam rubrorum piscium ei incumbentibus, villas et terras de Kirkhill, Drummis, Aikinhill, Saak, Mylnetoun de Foverne et Petmillen, Meikill Tibbertie, Vatreschmure, Vatreschill, Petgeirscho, molendina tam nova quam vetera, terras molendinarias, multuras et sequelas, astrictas multuras totius baronie de Foverne, in parochiis de Foverne et Logidurno, vic. de Abirdeine:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo And. Strathauchin

de Gregis-Ardo :—RESERVANDO Jonete Leslie relicte Willelmi Turing de Foverne avi sui, Helene Carnegy relicte Roberti T. de F., Dorathie Cheyne matri sue relicte Willelmi T. de F. patris sui, tertias et conjunctas infeodationes eis incumbentes, pro earum vitis :—TEST. M. Roberto Paip advocato burgen. de Abirdeine, And. Gray et Jac. Reidfurd famulis dicti Wil., Jo. Sibbald burgensi de Abirdeine, M. Geo. Chalmer notario publico Abirdonen. (scriptore presentis carte) :—Apud Abirdeine, 19 Mar. 1594] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 169.

338. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Jacobi Spens de Wormestoun, et Agnetis Durie ejus sponse, —[qua,—pro perimpletione contractus inter se (cum consensu M. Davidis S. fratris dicti Jac. pro ejus interesse) ab una, GULIELMUM TURNEBILL mercatorem et incolam burgi de Edinburgh ab altera partibus, de data apud Edinburgh et Wormestoun, ... Sept. 1594,—vendiderunt dicto Willelmo Turnebill, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras de Pettincreiff vulgo *lie* Manis et Bank de P. (inter Marie crucem qua itur ad passagium de Portincraig, et alias bondas inibi specificatas), cum earum communi pastura et focali in communia de Cuper et Erlismure, cum mansione, manerie &c. (per Alex. Wedderburne, Tho. Nicolsoun, Jo. Philp, Tho. Williamsoun, Jo. Brysoun et Alex. Sympsoun burgenses de Cupro occupatas), vic. Fyiff;—exceptis *the Orchard* de Pettincreiff cum 2 acris arabilibus ei adjacen. (per Pat. Glasfurd notarium publicum occupat.), et 3 rudis ex parte boreali de Cuperburne, ab antiquo in feudifirma seu potius in alba firma tenentibus ejusdem dispositis (per Davidem Weyland et Alex. Jamesoun occupat.);—necnon tenementum sive magnam mansionem cum horto, in burgo de Cupro ex parte boreali *the Kirkwynd* (inter tenementa Wil. Crystesoun et Jac. Andersoun, hortos Davidis Duncane, Jo. Moreis et Jo. Philp); —necnon, in speciale warrantum omnium suprascriptorum, terras et baroniam de Wormestoun, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, mansione et manerie, vic. de Fyiff:—TENEND. dict. tenementum de preposito et ballivis de Cupro in libero burgagio, ceteras de rege:—REDDEND. annuatim pro Pettincreiff 4 den., pro Wormestoun 4 den. argenteos, nomine albe firme; pro tenemento servitia burgalia debita:—cum precepto sasine :—TEST. (apud Edinburgh) M. Jo. Russell de Grantoun advocato (scriptore carte), M. Alex. Cumming et Wil. Makesoun servitoribus dicti M. Jo., Wil. Naper de Wrichtishousis, Rob. Turnebill de Bogmylne, Jo. Makesoun clerico burgi de Craill ac notario publico; (apud Wormestoun) dictis Rob. Turnbill, M. Alex. Cummyng et Jo. Makesoun, Davide Philp notario publico, Wil. Lauder servitore dicti Joannis Makesoun : —Apud Edinburgh et Wormestoun, 4 et 9 Sept. 1594]:—PRETEREA rex suprascripta dicto Wil. de novo dedit (dicto tenemento omisso):—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 252.

339. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit [1] cartam Jo. Strathauchin de Lenturkis,—[qua vendidit (quondam) JOANNI STRATHAUCHIN de Thornetoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Culquhorsie, Kirktoun de Echt, Knocharne et Hilsyd, cum molendinis, tenentibus &c., in baronia de Cluny, vic. Abirdene:—REDDEND. (quondam) Georgio comiti de Huntlie domino Gordoun et Badyenoch &c. 12 den. aut unum par calcarium apud *lie* Graystaine de Cluny nomine albe firme :—RESERVANDO liberum tenementum dicto Jo. S. de L., et rationabilem tertiam sponse sue cum contingeret: —TEST. Rob. Carnegy de Kynnaird, Wil. Strathauchin de Tipperta, Joanne Strathauchin de Dulywairdis, Jo. Strathauchin de Monbothow, Jac. Miller:—Apud Edinburgh, 24 Jul. 1548]:—[2] cartam factam per Eliz. Davidsoun cum consensu Willelmi Seytoun ejus mariti, et Marjoriam Davidsoun cum consensu Willelmi Barclay ejus mariti, et per dictos Wil. S. et Wil. B. pro eorum interesse,—[qua vendiderunt (dicto) Jo. Strathauchin de Thornetoun, et ejus heredibus,—terras de Ardgowis, in dictis baronia et vic.:—REDDEND. dicto comiti unum den. ad ejus capitale messuagium de

Cluny nomine albe firme :—TEST. Magistris Rob. Lumisden de Clowayth, Geo. Middiltoun, Alex. Cruschank burgen. de Abirdeine, M. Willelmo Davidsoun, Alex. Burnet de Cluny, Rob. Lumisden, Monano Hoge : —Apud Abirdene, 2 Nov. 1567]:—PRETEREA,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per ALEXANDRUM STRATHAUCHIN tunc de Thornetoun et ejus predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictas terras dicto Alex. et ISSOBELLE KEYTH ejus conjugi eorumque alteri diutius viventi, eorumque heredibus et assignatis, de novo dedit, post forisfacturam dicti com. de Huntlie :—REDDEND. regi *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 10.

340. Apud Falkland, 14 Aug.
REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit M. WILLELMO SCOTT, cancellarie directori et uni clericorum ordinariorum collegii justitie, et JEANNE SKEINE ejus sponse,—terras et baroniam de Ardros et Carmwrie, cum fortaliciis, maneriebus, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. de Fyiff ;—quas idem Wil. pro hac carta conficienda resignavit : —TENEND. dictis Wil. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti M. Wil. quibuscunque :—REDDEND. unum nummum argenti nomine albe firme : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 171.

341. Apud Falkland, 14 Aug.
REX dedit literas remissionis NICOLAO ROS de Culnahall, et WALTERO ROS de Tutumtarrach fratri Willelmi Ros de Invercharroun, pro eorum vita duraturas, —pro arte et parte interfectionis capitanei Jacobi Ros ;—quia thesaurarius *lie letter of slainis* eis concessam viderat. xl. 241.

342. Apud Falkland, 15 Aug.[1]
REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 16.), —in feudifirmam dimisit WILLELMO WALLACE filio legitimo secundogenito Willelmi W. de Dullaris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras cum prato olim preceptoris capelle S. Leonardi in territorio burgi de Air, jacen. in dicto territorio (inter terras S. Crucis, terras domus de Failfurd et alias bondas specificatas) ;—quarum dictus Willelmus senior ejusque predecessores et autores fuerant antiqui et nativi possessores ultra hominum memoriam :—REDDEND. annuatim 45 sol. 8½ den., et 15 den. augmentationis, in toto 47 sol. ; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 176.

343. Apud Falkland, 15 Aug.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit HUGONI ROS de Tollie filio et heredi quondam Hugonis R., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Tollie, in comitatu de Ros, vic. Invernes ;—que olim fuerunt pars temporalitatis capellanie de Kildermor seu Tollye :—INSUPER rex ratificavit cartas dicto quond. Hugoni ejusque predecessoribus per capellanos dicte capellanie desuper factas ; et, pro bono servitio dicti Hugonis, dictas terras quitteclamavit :—REDDEND. 13½ merc. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 178.

344. Apud Falkland, 16 Aug.
REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma disposuit M. LAMBERTO KENNEDY de Kirkmichaell, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Kennedy gerentibus, —20 solidatas terrarum vocatas terras glebarias vicarie de Kirkmichaell, in parochia de K., comitatu de Carrik, vic. Air ;—que olim pertinuerunt ad dictam vicariam :—REDDEND. 5 libras 12 den., et 12 den. augmentationis ; necnon duplicando

[1] Dated an. reg. 25. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxviii. fol. 12 verso.

feudifirmam in introitu heredum :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 37.

345. Apud Falkland, 16 Aug.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —confirmavit cartam factam per quondam Michaelem commendatarium perpetuum de Melros, et ejus conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt (quond.) JACOBO HODGE in Weltoun, heredibus ejus et assignatis,—10 denariat. terrarum de Weltoun antiqui extentus (per eum occupat.), in dominio de Kylismure, vic. Air :—Reddend. dicto monast. 6 sol. 8 den. firme antique, et (3½ den.) augmentationis ; et commendatario duplum, conventui simplum feudifirme in introitu heredum ; ac 3 sectas ad tria placita capitalia apud locum de Mauchling; et portando grana ibi crescen. molendinis de Mauchling, multuras consuetas persolvendo, molares asportando &c.; et cum dictis commendatario et conventu ambulando, equitando et partem capiendo in defensione libertatum dicti monast., et in guerris regiis contra hostes regnum invadentes ; et liceret dictis commendatario &c. molares, arbores et alios lapides quoscunque pro sustentatione dict. molendinorum et loci de Mauchling, et carbones, cespites et alia quecunque pro sustentatione dicti loci, ubilibet intra bondas dictarum terrarum fodere absque extremo incommodo fundi ; et si feudifirmarii in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, aut contra dictum monast. partem caperent (autoritate regia dempta), hoc infeofamentum nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo Geo. Campbell de Mongrisuod :—Apud monast. de Melros, 6 Mar. 1564]:—Insuper suprascripta de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO HOLME, filio legitimo ac natu maximo Martini H. et Katherine Hodge filie legitime et heredis dicti Jacobi Hodge :—Reddend. regi 6 sol. 11½ den.; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando ceteras clausulas antiqui infeofamenti :—Salvo vitali redditu dictis Mart. et Kath.: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 243.

346. Apud Strivilinge, 21 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.)—confirmavit LAURENTIO MERSER de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Claveg, in regalitate de Dumblaine, vic. de Perth ;— quas idem Laur. pro hac carta conficienda resignavit ; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum molendinis, silvis, piscariis :—Tenend. de rege (loco episcopi Dumblanensis) in feudifirma :— Reddend. annuatim 43 merc. ; cum presentiis ad 3 placita capitalia apud civitatem Dumblanen., et ad alias curias ibidem cum requisiti essent ; et in exercitu regis contra invasores et Anglos cum rege pergerent, seu cum regis ballivo aut deputato unum equestrem *with jak, knaipiska, speir and suord* et ceteris necessariis propriis sumptibus mitterent ; ac 4 carreagia longa infra 30 miliaria a dicta civitate facerent ; et si in solutione deficerent per duos terminos continuos, aut contra regem arma gererent, caderent a jure ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; cum prohibitione alienandi majorem partem suprascriptorum absque licentia regis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 34.

347. Apud Striviling, 21 Aug.

REX confirmavit cartam M. Willelmi Meldrum de Montcoffer, — [qua, — pro perimpletione contractus inter se (cum consensu Roberti Innes de eodem, Joannis Urquhart de Culbo tutoris de Cromertie, Joannis Innes de Luchris, Alexandri I. ejus fratris germani, quibus putatum est dictum M. Wil. M. esse interdictum), onus acceptantem pro Eliz. Innes sponsa sua, ex una, et GEORGIUM OGILVIE de Dunlugus equitem auratum ex altera partibus, de data presentium,—cum consensu dict. virorum, vendidit dicto Geo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —suam dimedietatem umbralem terrarum dominicalium de Muntcuffer cum manerie, dimed. umbralem terrarum de Goweny et Corskie, cum dimed. piscarie salmonum super aqua Doverne dictis terris adjacen., cum tenentibus &c., vic. de Abirdeine :— Tenend. de rege :—cum precepto sasine : —Test. Tho. Meldrum in Fulci, Joanne Urquart in Ferritoun, Tho. Mortimer in Casteltoun, M. Geo. Barclay advocato in

Abirdeine, Georgio Andersoun, Donaldo Urquart, notariis publicis:—Apud Banff, 12 Jan. 1592]:—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Geo. Ogilvy, suprascripta ei de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 251.

348. Apud Hammiltoun, 1 Sept.

REX, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit servitori suo WILLELMO STEWART generoso homini cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —4 mercatas terrarum de Ardindorie, 4 mercatas de Ardinkinkaill, 40 sol. de Cultis, 40 sol. de Kirktoun de Blair, cum crofta ad finem prati ejusdem, 4 libratas de Blairrichter, 40 solidat. de Wrrarbeg, in parochia de Blair, 4 mercat. de Lowesbeg, 4 mercatas de Luasmoir, et 4 mercatas de Dauchalralous, in parochia de Kilmawewinok, omnes infra antiquum comitatum de Atholl, vic. de Perth;—que fuerunt quondam Joannis com. de Atholl; et per ejus decessum absque heredibus masculis de corpore procreatis, per specialem provisionem in antiquis infeofamentis dicti comitatus contentam, regi reverse sunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 36.

349. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO GRANT de Ballandallach, et HELENE OGILVIE ejus sponse,—terras de Tullochcarroun, Ballaueill, Drumnagrene et Aewin, cum salmonum piscariis super aqua de Spey et Aewin eis adjacen., cum earum manerie, silvis, parcis, molendinis, astrictis multuris, sequelis et *knaifschippis*, tenentibus &c., in parochia de Inverawin, vic. Banff;—quas idem Patricius pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Tullycharroun, ordinando maneriem de T. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Patricio et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pat. de corpore legit. procreandis, quibus def., heredibus masculis legitime oriundis de quondam Joanne Grant de Ballindallach et Barbara Gordoun ejus sponsa, avo et avia dicti Pat., quibus def., heredibus masc. Joannis Grant de Freuquhie dom. Grant, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque dicti Pat., cognomen et arma de Grant gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 42.

350. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit WALTERO INNES de Auchintoule, et MARIE OGILVYE ejus sponse,—terras de Towchis et Petfour, cum molendino, astrictis multuris, sequelis, terris molendinariis, tenentibus &c., prius in unam baroniam de Towchis incorporatas, vic. Abirdeine;—quas idem Walt. pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex in liberam baroniam de Towchis incorporavit, ordinando maneriem de T. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Waltero et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque dicti Walteri in ejus priore infeofamento dicte baronie specificatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 43.

351. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit GEORGIO OGILVY secundo filio legitimo D. Georgii O. de Dunlugus militis, et MARGARETE OGILVY ejus sponse,—terras et baroniam de Carnowseis, cum fortalicio et manerie, tenentibus &c., silvis, (molendino), piscariis, *lie outsettis*, et salmonum piscationibus super aqua de Doverne, terras de Crannoch, Crannochtbog, Crannochmylne et Blaklaw, vic. Banff;—quas dictus Geo. O. senior pro hac carta conficienda resignavit; et quas omnes rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Carnowseis, ordinando fortalicium de Carnowseis principale fore messuagium:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo. seniori:—TENEND. dictis Geo. juniori et Margarete in conjuncta infeodatione, et heredibus (masculis) inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 44.

352. Apud Falkland, 6 Sept.
REX dedit literas remissionis JOANNI WALLACE de Corsflat, pro ejus vita duraturas,—pro ejus proditorio raptu et violenti abductione Joanne Stewart, filie legitime Willelmi S. de Gallowhillis burgi de Paislay, ex ejus domicilio et horto de Paislay mense Jul. 1583; necnon pro ejus proditoria omissione ad veniendum ad regis equitatum, cui rex mandaverat sibi obviam venire apud burgum de Edinburgh 30 Sept. 1594, et inde cum rege progredi ad burgum de Abirdeine ibidemque commorari, cum 30 dierum commeatu a die adventus, ad prosequendos regis declaratos proditores et rebelles; et pro ceteris ejus offensis preteritis. xli. 13.

353. Apud Falkland, 16 Sept.
REX confirmavit cartam Henrici episcopi Rossen.,—[qua concessit consanguineo suo (quondam) THOME URQUHART, filio (quondam) Alexandri U. vicecomitis de Crombathie,—terras de Craig, cum fortalicio et manerie, in diocesi Rossensi, vic. Invernes;—quas Stephanus Kincaid in favorem dicti Tho. personaliter resignavit: —TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Arthuro U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Waltero U. de Balblair eorum fratri seniori et heredi apparenti dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. dicti Walt. absque divisione, et eorum assignatis respective, de dicto episc. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 56 sol. 8 den., cum uno muttone, 6 pultreis, uno hedo, 20 ovis, ½ bolla avenarum *lie suggeroun-aittis*, et ¼ marte; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Canoniam Rossen.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Rob. Carnegy de Kynnard milite, M. Jo. Leslie rectore de Une, Hen. Levingstoun de Falkirk, Jac. Levingstoun, D. Alex. Pedder notario publico:—Apud Edinburgh, 13 Mar. 1561]:—PRETEREA,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 16. 27.),—dict. terras de novo in feudifirmam dimisit JOANNI URQUHART de Culbo, legitimo heredi tallie dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Urquhart gerentibus, eorumque assignatis:—REDDEND. regi *ut supra*, et 12 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 7.

354. Apud Falkland, 16 Sept.
REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 16. 27.),—confirmavit cartam factam per Wil. Sinclar rectorem de Olrik canonicum Cathanen., commissarium Henrici episcopi Rossen. ad infrascripta specialiter constitutum,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit (quondam) ARTHURO URQUHART, filio legitimo quond. Alexandri U. vicecomitis de Crombathy,—terras de Eister Balblair alias Kirkmichaell, extenden. ad ¼ davate, brasinam *lie ailhous* de Kirkmichaell cum crofta, in diocesi Rossen., vic. Invernes:—TENEND. dicto Arthuro et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Thome U. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo U. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni U. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero U. vicecomiti de Crombathie eorum fratri seniori, et heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Wrquhard gerentibus, de dicto episc.:—REDDEND. pro terris 53 sol. 4 den., ¼ marte, 1 muttonem, 3 capones, 3 pultrias, 1 libram canapis, 60 onera focalium *lie turffis*, 2 firlotas avenarum *lie suggeroun-aittis*, 17 sol. 10 den. pro gressuma, et 14 sol. 3 den. augmentationis; et pro brasina 12 sol., 6 capones, 6 anseres, 4 sol. pro gressuma, et 3 sol. 2½ den. augmentationis; in toto 5 lib. 4 sol. 7½ den. monete; cum arreagiis, carreagiis et servitiis debitis et consuet.; et compellendo occupatores molere grana ibi crescentia ad molendinum de Kinbeachy, et solvere multuras et debita servitia dicto molendino consueta; et si unus terminus in alterum vel duo in tertium

currerent insoluti, duplicarentur; si vero firme 1½ annorum in quartum terminum recurrerent insolute, hec infeodatio nullius esset roboris; et dicti feudifirmarii, et tenentes et inhabitores dictarum terrarum, venirent ad curias dicti episcopi apud Canoniam Rossen. quotiescunque summonerentur; necnon feudifirmarii prestando tres sectas ad tria placita capitalia ibidem; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac juramentum fidelitatis homagii dicto episc. prestando in quolibet introitu; una cum prohibitione alienandi sine licentia dicti episc.; et si equitarent et pedestres essent contra dictum episc. (autoritate regia excepta), aut in deforciamento officiarii, arrestationum fractione comprehenderentur, perderent hereditatem: —cum precepto sasine directo Walt. Innes de Kyndruiff, et Ric. Irving:—TEST. M. Tho. Urquhard portionario de Davidstoun, Jo. Dundas, Willelmo Robesoun, Magno Robesoun, Jo. Chalmer, Tho. Smyth:—Apud ecclesiam cathedralem Rossen., 1 Maii 1564]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta de novo in feudifirma dimisit JOANNI URQUHARD de Culbo, heredi tallie dicti Arthuri, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., propinquioribus legit. heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Urquhard gerentibus, eorumque assignatis: — REDDEND. regi *ut supra*, necnon 12 den. nove augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 8.

355. Apud Falkland, 16 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma locavit ALEXANDRO INNES de Pettie, heredibus ejus et assignatis,—terras et villam *lie* Kirktoun de Auchterles, cum molendino, terris molendinariis, silvis, in parochia de A., vic. Abirdeine;—que olim ad rectoriam ecclesie parochialis de Auchterles pertinuerunt:—REDDEND. 4 lib., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 12.

356. Apud Falkland, 17 Sept.

REX,—cum consensu &c. (20. 27. 6.),—in feudifirma disposuit JOANNI WALLACE filio natu maximo legitimo et heredi apparenti Roberti W. junioris de Carnel, heredibus ejus et assignatis,—33 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus de Broimhill (per quondam Geo. Ros de Haning et ejus tenentes occupatas), in regalitate et baronia de Glasgow, vic. de Lanerk;—que olim spectaverunt ad episcopatum de Glasgow:—REDDEND. annuatim 33 sol. 4 den., necnon molendino de Partik 6 firlotas polenti *lie grund malt*, et 10 firl. farine avenatice; cum 5 solidis augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud civitatem Glasguen., et comparendo ad ceteras curias dicte regalitatis quando requisiti essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 170.

357. Apud Falkland, 24 Sept.

REX confirmavit cartam Joannis Mure in Utermure de Auchinmaid,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se (pro se ipso et pro Joneta Carswell sponsa sua et Jacobo M. filio suo et herede apparente) ab una, et Jac. Howie in Blook et Margaretam H. ejus filiam legitimam ab altera partibus, de data apud Irving, 2 Oct. 1591, — vendidit dicto JACOBO MURE, heredibus ejus et assignatis,—5 solidat. terrarum antiqui extentus nuncupat. Utermure de Auchinmaid, in parochia et regalitate de Kilwynning, baliiatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege (vice commendatarii et conventus de Kilwynning) in feudifirma:—RESERVANDO dictis Jo. et Jonete liberum tenementum dimedietatis dict. terrarum cum omnibus domibus:—TEST. Jacobo Putyeane sartore, Rob. Dunlop, Davide Mure filio dicti Jo.: —Apud Utermur, 10 Nov. 1591]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 45. et 254.

358. Apud Falkland, 24 Sept.

REX confirmavit cartam Joannis Neilsoun, filii et heredis quondam Thome N. in Over Auchintiber,—[qua vendidit ADAMO STEILL filio legitimo Gilberti S. in Blookmylne, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—10 solidat. terrarum antiqui extentus de Over Auchintaber, in regalitate

et parochia de Kilwyning, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege (vice commendatarii et conventus de Kilwynning) in feudifirma:—REDDEND. 2 bollas 2 firlotas 2 peccas 2 mensuras vocatas *twelf-pairtis* farine avenatice, 2 firl. 2 pec. 2 mensuras ordei, 20½ petras casei, pro firmis et decimis (quia firme a decimis nunquam separabantur, eo quod dicte terre ac rectoria ecclesie parochialis de Kilwynning ad commendatarium de Kilwynning pertinuerunt); cum multuris consuetis; et comparendo personaliter in 3 curiis capitalibus dicte regalitatis, cum servitiis in curiis justiciarii et camerarii cum contingerent; ac duplicando feudifirmam introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Nevinge juniore de Monkridding, Jo. Nevin juniore de Kirkwod, notariis publicis, Nigello Den in Auchintiber, Arch. Thampsoun pellitore, Gilb. Hunter fullone:—Apud Auchintiber, 30 Jul. 1590]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 46.

359. Apud Falkland, 24 Sept.

REX,—intelligens incolas ville et burgi sui de NEWTOUN DE AIR eorumque antecessores omnibus libertatibus liberi burgi omnibus temporibus retroactis possedisse, et quedam scripta antiqua per regis progenitores produxisse quibus antiqua fundatio dicti burgi clare testata est, quamvis occasione bellorum, pestis temporumque turbulentorum antique evidentie destructe erant,—considerato etiam bono servitio sibi et progenitoribus suis per dictos inhabitantes prestito,—de novo concessit burgensibus et inhabitantibus dicti burgi, et eorum successoribus, — dictum burgum in liberum burgum pro perpetuo, cum ejus terris, annuis redditibus, piscariis &c., et cum *lie commoun mos* et *mure* ejusdem, omnibusque privilegiis antiquis; cum potestate terras communes, acras et particatas ejusdem dividendi, et easdem in feudifirma seu rentali aut alias assedandi burgensibus et liberis civibus et incolis dicti burgi et nullis aliis (nec liceret aliquam partem dict. terrarum alienare aut impignorare nisi burgensibus liberisque civibus et inhabitantibus); cum potestate molendina, terras molendinarias et aqueductus super dictis terris communibus construendi, ballivos &c. eligendi, crucem foralem diemque mercalem hebdomadatim die Mercurii tenendi, edificandi pretorium, curias burgales tenendi, emendi et vendendi &c.:—REDDEND. firmas burgales et devorias debitas et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 253.

360. Apud Falkland, 25 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —ratificavit cartam feudifirme per quond. D. Rob. Dudingstoun vicarium ecclesie parochialis de Dudingstoun (cum consensu quond. Joannis abbatis de Lundoris administratoris monasterii de Kelso, et conventus ejusdem, tanquam patronorum dicte vicarie) factam quondam Joanni Murray servitori Jac. V. regis, de data 26 Jul. 1538,—de terris infrascriptis:—necnon de novo ad feudifirmam dimisit ROBERTO KER portionario de Dudingstoun (qui jus feudifirme ab hereditariis feudifirmariis earundem obtinuerat), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas dicte vicarie, jacen. in villa et territorio de Wester Duddingstoun ex orien. dicte ville, liberas a solutione decimarum garbalium sicuti temporibus retroactis possesse fuerant (viz. 11 *lie riggis* in *lie* Langland de Wester Dudingstoun, 15 rigas inter viam a villa de Dudingstoun ad Nudry et viam a dicta villa ad villam de Mussilburgh, 6 rigas in *lie* Clayis, 1½ acras infra croftas dicte ville vocatas Cairnebukkis), extenden. in integro ad 14 acras terrarum, vic. de Edinburgh:—REDDEND. 16 merc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 36.

361. Apud Perth, 3 Oct.

REX dedit literas legitimationis WILLELMO WALLACE bastardo, filio naturali quondam Alexandri Wallace in Gardnerstoun. xl. 180.

362. Apud Linlitqw, 23 Oct.

REX concessit THOME BURNET filio et apparenti heredi Alexandri B. de Craigour, et JONETE MONCUR ejus sponse,—terras de *lie* Manis de Craigmylne, Pet-

meddein et molendinum ejusdem cum multuris, in baronia de Cluny, vic. Abirdeine;—que fuerunt dicti Thome et ejus predecessorum, de Georgio olim Huntlei comite in alba firma tente; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Geo.:—TENEND. dictis Tho. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, de rege in alba firma:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 164.

363. Apud Lynlythgow, 27 Oct.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16. 18.),—ratificavit cartas per quascunque personas in favorem JACOBI MAGISTRI DE OGILVIE et JEANNE RUITHVEN ejus conjugis, et JACOBI DOMINI OGILVIE DE AIRLIE, factas penes infrascripta (ita ut non extenderentur in favorem alicujus tertie persone contra eos); et specialiter [1] indenturam factam apud monasterium de Abirbrothok, 15 Apr. 1544,[1] inter quondam Walt. abbatem dicti monast. et conventum ejusdem ab una, et quond. D. Jo. Ogilvie de Linth(r)echin militem ab altera partibus,—penes locationem ad feudifirmam dicto Jo., et ejus heredibus, terrarum de Bitake (Brake?), Balischeain et Keambreid cum mora *lié* Firth et communi pastura, et cum communitate et mora vocata Montrichmont; et constituendo dictum Jo., et heredes ejus masc.,—hereditarios ballivos regalitatis de Abirbrothok, cum potestate deputandi; dando dicto Jo. hospitalitatem consuetam et ballivatus privilegium, viz. pro ipso et ejus familia, quoties ad dictum monast. repararent, victualia et intertenementa pro eorum honore sufficientia ac debita et consueta; necnon pro ejus feodo feudifirmas terrarum de Kynnaltmont et Littell Kenne, decimasque garbales de Litill Kenne, Kynneneill et Kenne-Mekill, vic. Forfar; cum omnibus privilegiis dicti ballivatus:—[2] cartam feudifirme de data apud Dunfermeling, 11 Jul. 1519, per quondam And. archiepisc. S. Andree, cum consensu capituli ejusdem, super resignatione quond. Jacobi dom. Ogilvie de Airly, factam quond. Jacobo magistro de Ogilvie, filio et heredi apparenti dicti domini, et quondam Helene Sinclair ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti dom. quibuscunque,—de terris de Kinnell cum molendinis granorum et fullonum, in baronia de Rescobie, regalitate S. Andree, vic. Forfar:—[3] cartam feudifirme de data apud monast. de Abirbrothok, 6 Feb. 1528, super resignationem dicti quond. magistri de Ogilvie, tunc domini de O., per quond. Davidem abbatem de Abirbrothok, et conventum ejusdem, factam dictis Jac. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque,—de dict. terris de Brekko et Ballistoun (Ballischeain), cum manerie, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar:—[4] cartam confirmationis de data apud capitulum de Abirbrothok, 8 Jul. 1529, factam per dictum Dav. et ejus conventum, ratificando dict. indenturam in eadem incorporatam:—[5] preceptum clare constat, de data apud Edinburgh, 11 Sept. 1558, factum per quondam Jo. archiepisc. S. Andree, pro sasina danda Jacobo tunc dom. Ogilvy de Airly, tanquam heredi quond. Jacobo dom. O. de A. ejus avo,—de terris &c. (*in carta* [2] *supra*):—[6] preceptum clare constat, de data apud monast. de Abirbrothok, 30 Sept. 1558, factum per quond. Joannem commendatarium de Abirbrothok, et ejusdem conventum, pro sasina danda eidem domino, tanquam nepoti et heredi apparenti dicti ejus avi,—de terris &c. (*in carta* [3] *supra*):—[7] duo instrumenta sasine super dictis preceptis, utrumque sub nota et subscriptione quond. Willelmi Pittillok notarii publici, de data 3 Oct. 1558:—[8] cartam alienationis, de data . . . . 1592, per dictum dominum, cum consensu Domine Jeaune Forbes domine Ogilvy ejus conjugis, factam dictis Jac. magistro de Ogilvy et Jeanne Ruithven

[1] This date is evidently wrong. There is another Indenture between the parties named, in the *Registrum Nigrum de Aberbrothoc*, p. 74, dated 15 Apr. 1443.

in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. dicti magistri quibuscunque,—de terris dominicalibus de Ballischeain cum manerie, pascuis et cotagiis, molendino granorum de Kynnell cum multuris terrisque molendinariis, cum tenentibus &c., in parochia de Kynnell, vic. Forfar;—et, in speciale warrantum earundem, de baronia et terris de Airly, viz. terris dominicalibus ejusdem cum fortalicio et manerie, Waltoun, molendino granorum de Dullywaird, terrisque de Halyardis et Tullymod;—et hoc in excambium in dicta carta mentionat.;—Tenend. de dicto domino in alba firma:—[9] cartam alienationis de data apud Fernewall, 18 Jun. 1592, per dictum Jac. dom. O., cum consensu dicte Jean. Forbes, factam dictis Jac. magistro de O. et Jean. Ruithven in conjuncta infeodatione, et heredibus &c. (*ut in carta* [8] *supra*),—de terris dominicalibus de Ballischeain, terris vocat. Manisbank earundem, cum manerie, pascuis et cotagiis, cum pendiculo vocato Pitmekie, et molendino granorum de Kynnell cum ejus terris, tenentibus &c.;—et hoc in excambium in dicta carta mentionat.;—Tenend. de rege:—et hoc non obstante quod pretensi amici dicti magistri, querentes sua commoda et mutilationem hereditatis familie de Airlie, dictas cartas abstraxerant:—Insuper rex,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum magistrum et ejus predecessores impenso, et pro compositione soluta,—de novo ad feudifirmam dimisit dictis Jac. magistro de O. et Jean. Ruithven in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti magistri et assignatis quibuscunque,—dictas terras de Brekkie, Balischeain, Keambreid, Manis-bank, Pitmekie, et *lie* Firth, cum communi pastura et communitate in mora de Montrichmont, dict. terras de Kynnell cum molendinis &c., cum castris, maneriebus, silvis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c.;—et de novo constituit dictum magistrum, et dictos heredes ejus masc.,—ballivos dicte regalitatis, cum suprascriptis privilegiis &c. (omissis decimis de Kenne-Mekill):—Reddend. pro Brekko &c. (usque ad Montrichmont) 5 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 40 den. augmentationis; et 3 sectas in 3 curiis capitalibus infra regalitatem de Abirbrothok, cum presentiis in ceteris curiis dicte regalitatis quoties citarentur; et duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum;—pro Kennell 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 16 den. augmentationis; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Rescobie; et duplum feudifirme &c. (*ut supra*);—pro dicto officio servitia ballivatus debita et consueta, cum ballivorum jurejurando et fidelitate:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 233.

364. Apud Linlitqw, 4 Nov.

REX,—quia progenitores sui ultra hominum memoriam, et presertim rex David, VILLAM DE INVERBERVIE in liberum burgum regalem erexerant; et pro servitio sibi suisque predecessoribus per burgenses et inhabitatores dicti burgi prestito,—ratificavit cartas per progenitores suos dicto burgo concessas, cum terris, piscariis, annuis redditibus et aliis privilegiis in eisdem contentis:—Preterea,—cum avisamento &c. (18.),—de novo erexit dict. villam et burgum, cum ejus domibus, tenementis, acris, molendinis, et aliis jacen. infra rudas burgales et territorium ejusdem, cum libero portu dicti burgi,—in liberum burgum regalem de Inverbervie cum libero portu;—et disposuit et incorporavit dicto burgo, et preposito, ballivis, consulibus liberisque burgensibus ejusdem, eorumque successoribus,—dictas domos &c., cum rudis burgalibus, *lie infeild* et *outfeild landis*, cum ceteris terris ad eum spectantibus, cum communibus pasturis, cum piscariis tam alborum quam rubrorum piscium supra litus de Bervie et in aquis ejusdem, cum custumis et anchoragiis dicti portus, et presertim *lie assyis-boll* ejusdem, cum ceteris privilegiis dicti burgi:—Insuper concessit dicto burgo, et dictis preposito &c.,—plenum jus libere commonie in terris que ad eos in *lie commoun propertie* ultra hominum memoriam pertinuerant (intra bondas specificatas);—cum potestate burgensibus eligendi prepositum,

ballivos, thesaurarium, consiliarios, burgenses, officiarios &c.; et ad *lie pak, peill*, emendi et vendendi &c.; et habendi pretorium, crucem foralem, et forum hepdomadatim die Jovis, cum liberis nundinis bis in anno, viz. . . Maii *lie Halifurisday*, ac *the Letter-Mary-day*, cum privilegio forum tenendi ad unamquamque nundinam pro 6 diebus, ac theloniis &c.; cum potestate preposito et ballivis resignationes dictarum terrarum recipiendi, et easdem personis jus habentibus disponendi, heredes sasinandi, curias burgales tenendi, trangressores decollandi, pendendi, submergendi, in exilio mittendi &c.:—TENEND. in feudifirma et libero burgagio:—REDDEND. 3 lib. 14 sol., cum servitio liberi burgi regalis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 166.

365. Apud Edinburgum, 11 Nov.

402. Apud Halirudhous, 31 Jan. REX confirmavit JOANNI DOMINO FLEMING—terras et baroniam de Auchtarmonye, vic. de Stirveling; terras et baroniam de Lenzie, cum villa et burgo de Kirkintillo, 5 librat. terrarum de Cummernauld, cum terris dominicalibus, castro et libera foresta earundem, vic. Dunbartane ; 3 librat. de terris dominicalibus de Boghall, cum fortalicio earundem, villam et burgum de Biggar cum acris circa eundem, terras et baroniam de Biggare, vic. Lanerk ; terras de Ovir Mynzeane, Over Kingildurris, superioritatem dimedietatis de Glenrusco, unam acram terrarum de Oliver-castell jacen. ex parte orientali torrentis de O. ex latere strati publici, terras de Wrrisland, molendinum ejusdem, Logane, Mosfennane, Quarter, Chapelgill et Cardrono, vic. de Peblis ; dimed. terrarum de Sunderland, cum fortalicio, molendinis, tenentibus &c., vic. de Selkirk ; 24 mercatas terrarum de Loure, vic. Forfare ; 24 mercat. de Dunbullis, vic. Perth ; terras vocatas Frisillisland extenden. ad 3 librat., in constab. de Hadingtoune, vic. Edinburgh ; cum earum molendinis, piscariis, castris, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum ;—quas idem Jo. pro hac carta conficienda resignavit : — Insuper rex,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Jo., ejus patrem aliosque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, —concessit dicto Joanni, et ejus heredibus dict. terrarum de Urrisland &c. (usque ad Chappelgill), in parochia de Glenphum jacentium, — advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Glenphum (vel Glenquhum); —et omnia suprascripta erexit in liberum dominium et baroniam, dominium de Cummernauld nuncupand., et voluit quod castrum de C. esset principale messuagium ;—et de novo erexit dict. villas et BURGOS DE KIRKINTILLO et BIGGARE, cum terris et acris infra eorum territoria,—in liberos burgos baroniarum ut antea ; concedendo incolis potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent liberi burgenses, et ut (cum consensu dicti Jo.) eligerent ballivos &c., et haberent in unoquoque dict. burgorum crucem foralem et forum hepdomadatim, viz. in Bigger die Sabbati et in Kirkintullo etiam die Sabbati, cum libero nundino annuatim in Bigger 29 Jun. die S. Petri, et in Kirkintillo die S. Andree, per octavias eorundem duraturo ; cum potestate dicto Jo. dict. terras et acras in particatas burgales assedandi ; cum theloniis &c.:—Tenend. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro Flemyng de Barrochainne et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque arma et cognomen de Flemyng gerentibus, quibus def., heredibus et assignatis dicti Joannis quibuscunque ; cum liberis forestis ubi

silve fuerunt :—Reddend. pro Cummernauld, Boghall et burgo de Bigger unum par calcarium deauratorum, pro Auchtirmonie aliud par calcarium deauratorum, nomine albe firme; pro ceteris servitium warde &c.:—Proviso quod quandocunque terre in warda tente in manibus regiis caderent ratione warde aut nonintroitus, dicti Jo. &c. persolverent 1000 merc. pro valore warde, 300 merc. pro relevio, 1200 mercas pro maritagio heredis cum contingeret ;—et quod, si dictus Joannes absque heredibus masc. de corpore suo procreatis decederet, et filias viventes haberet, heres masc. ad dictum dominium succedens persolveret filie, si una esset, 20000 merc., si due essent, unicuique 10000 lib., si plures essent, 40000 mercarum inter eas equaliter dividenda, ut dicte filie ad matrimonia cum personis congruentibus possent provideri; pro quibus summis dicte filie tenerentur quitteclamare jus suum non solum ad terras suprascriptas, sed etiam ad terras dicti Jo. de aliis superioribus tentas (viz. terras et baroniam de Kilbocho cum advocatione ecclesie earundem, terras de Glenquhum et Quarter, terras de Snailhoip, vic. de Peblis; terras de Edmistoune, vic. Lanerk ; terras de Harbertschyre, vic. de Stirveling; terras inter *lie mos* et aquam vocatas Cambusdrani, Westwod, Bad et Drippis, in senescallatu de Stratherne, vic. de Stirveling ; cum turribus, maneriebus, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum) ; cum ceteris terris, hereditatibus et possessionibus ad dictum dominum tempore ejus decessus spectantibus :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 83.

403. Apud Halyrudhous, 6 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis Gowane feodatarii de Cardrono,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—cum consensu Joannis G. de C. avi sui, Joannis G. junioris de C. patris sui, Thome Gowane ejus fratris, pro eorum interesse, —vendidit WALTERO CARMICHAELL de Hyndfurd, heredibus ejus et assignatis, absque reversione, — terras de Ponfeich (occupatas per Jo. Inglis, Jo. Forrest, Tho. Tennent, Wil. Carmichaell, Jacobum Lowis, Wil. Forrest, Eliz. Lowis, Pat. Tennent, Alex. Symountoun, Geo. Inglis, Thomam Greinscheillis, Helenam Tod relictam Joannis Inglis et tunc sponsam Andree Quhyt), in dominio de Dowglas, vic. de Lanerk :—Reddend. dicto Jo. G. juniori 24 libras feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Wil. Carmichaell de Reidmyre :—Test. Joanne Borthuik portionario de Ballincreif, Jo. Carmichaell in Howgait, Alexandro Govane nuncio, Jac. Borthuik scriba, Roberto Nicoll (scriptore carte) et Wil. Weir servitoribus dicti Jac.: —Apud Edinburgh et . . , 9 et . . Jan. 1595] :—Preterea, pro bono servitio dicti Walt., dictas terras dicto Walt., heredibus ejus et assignatis, de novo dedit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 11.

404. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174) —concessit HUGONI MONTGOMRY de Hessilheid, heredibus ejus et assignatis,—56 solidat. 8 den. terrarum de Thirdpairt, per Arch. Wilsoun, Rob. Harper, Rob. Craig occupatas (reddentes annuatim 10 bollas 2 firlotas farine, 4 bol. 2 firl. ordei, 27 pultreas, 18 dies *lie schering*, 2 acras *lie teilling*), 5 mercatas de Middil Colmeskeith (redden. annuatim 11 mercas 7 solidos 4 den., cum totidem gressumis singulis trienniis, 7 bol. 9 peccas ordei, 94 pultreas, . . . dies *lie schering*, 3 acras *lie teilling* et *harrowing*, 1 bol. *lie seid-corne*, 4 bestias *lie foddering*), in toto reddentes annuatim 106 lib. 5 sol. (estimando bollam farine et ordei ad 3 lib. 6 sol. 8 den., pultream ad 12 den., diem *lie schering* ad 12 den., acram *lie teilling* et *harrowing* ad 20 sol., bestiam *lie foddering* ad 8 sol. 4 den.), in balliatu de Cunninghame, vic. de Air ; —que fuerunt Joannis Hammiltoun de Cambuskeyth (vel Colmeskeyth), filii et heredis quondam Joannis H. de C. ; et (dicto Joanne apud locum habitationis de Capringtoun citato), 7 Maii 1595, in pretorio burgi de Irrowing (comparentibus dicto Hug. cum Joanne Mure notario ejus prolocutore, dicto Jo. H. per Geo. Campbell servitorem Willelmi Cunninghame de Capringtoun ejus procuratorem, et dicto Wil.

Cunninghame[1]), dicte terre appreciate sunt et dicto Hug. vendite pro 3000 merc. pro simplice et duplice valore maritagii dicti Jo. H. (dicto Hug. per donationem regis debitis), et pro 20 lib. pro expensis litis, et 5 lib. collectori dominorum concilii persolutis, et pro 101 lib. 5 sol. pro feodo Joannis Wilsoun nuncii, vicecomitis de Air et ballivi de Cunninghame in hac parte:—REDDEND. Henrico principi servitium warde &c.:—et voluit rex quod dictus Jo. H., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. 65. 46. 69. 33. 70. 49. 50. xli. 126.[2]

405. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX,—cum consensu &c. (45. 44. 46. 47. 48. 37. 39. 51.),—in feudifirma dimisit ROBERTO BOYD de Baddinheth, in vitali redditu, et HUGONI COMITI DE EGLINTOUN, et heredibus ejus masculis quibuscunque, hereditarie,—terras et ilam de Lytill Cumray, et peciam terre *lie* Hors-yle, extenden. in integro ad 24 solidat. terrarum, et piscarias earundem consuetas, cum fortalicio, vic. Buit et Air:—REDDEND. annuatim pro Lytill Cumray 5 lib., et 5 sol. augmentationis, pro Horsyle 20 sol., et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 306, omissis stagnis):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 58.

406. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX,—quia terre subscripte, que olim fuerunt pars temporalitatis archiepiscopatus Glasguen., per regem post actum annexationis disposite erant Waltero commendatario prioratus de Blantyre, domino secreti sigilli, qui Walterus ex regis desiderio eas subscriptis personis, nativis *lie kyndlie rentellaris* earundem, in feudifirma locavit (non obstante quod rentalia ultra hominum memoriam tam sufficientia reputata fuerant quam [si] dicte terre in feodo disposite extitissent),—post resignationem dictarum terrarum factam per Ludovicum Lennocie ducem com. de Dernelie dom. Torboltoun, Auibigny et Methven (cum consensu D. Alexandri Stewart de Garleis militis, M. Joannis Lyndesay de Menmure rectoris, M. Jacobi Elphingstoun de Eglishame rectoris, M. Davidis Carnegy de Colluthie, Jacobi Weymis de Bogy, D. Willelmi Stewart de Traquair militis, quibus dictus dux interdictus fuit), et post resignationem earundem ad remanentiam per dictum Walterum factam,—ratificavit infeofamenta feudifirme personis subscriptis, eorum heredibus et assignatis, per dictum Walt. facta de terris subscriptis baronie de Ancrum, vic. Roxburgh;—viz. [1] JOANNI RUTHERFURD in Ancrum, de 6½ terris husbandiis cum tribus terris cottagiis vulgo *Cotlandis*, pro annua solutione 16 sol., et 2 sol. augmentationis, pro qualibet terra husb., et 3 sol. 4 den., et 6 den. augmentationis, pro qualibet ter. cot.[3]:—[2] JOANNI CRINCLEUCH ibidem, de ¾ terre husbandie:—[3] ADAMO BENNET ibid., de una terra husb., et ½ terra cot.:—[4] GEORGIO FORGRAIF ibid., de ¾ terre husb., et una terra cot.:—[5] THOME HAVATSOUN ibid., de ½ terra husb.:—[6] JOANNI BROUN ibid., de una terra husbandia:—[7] GEORGIO TURNBILL ibid., de una terra husb.:—

[1] Wil. Cunninghame asserted that the whole ten pound land of Cambuskeyth of old extent (of which the lands apprized formed part) belonged to him, and produced two sasines given to him by the said Joh. Hammiltoun, one of them dated 21 Feb. 1582, under the sign and subscription of John Fouller notary, the other dated 21 March 1583, under sign and subscription of said Joh. Fowller and Joh. Andersoun notaries. The claim was repelled in respect that the sasines were given after the date when Joh. Hammiltoun's marriage became due, and in prejudice of the rights of the king and his donee.

[2] Names of assize:—Daniel Ker of Kerrisland, Hugh Ralstoun of that ilk (chancellor), William Barclay of Perstoun, Hugh Hammiltoun of Auchintaber, Hugh Ker tutor of Trihorne, Hugh Neving provost of Irrowing, Hugh Montgomry junior of Smythistoun, Arch. Lindsay of Cravoch, Joh. Dunlop of Colmeskeith, Joh. Montgomry of Brigend, Ninian Bercley of Warrikis, Dunc. Forrester of Kilmoir, Alex. Dunlop bailie and burgess of Irrowing, Allan Steinsoun in Craig of Robertoun, Jas. Steinsoun in Mylnetoun, John Quhytfurd burgess of Irrowing, Hugh Montgomry of Boghall, John Homill of Rochwode, Wil. Steinsoun burgess of Irrowing.

[3] The annual payments due by each of the feuars, unless otherwise stated, are at the same proportional rate.

[8] THOME PORTUUS ibid., de 1 terra husb. et ½ terra cot.:—[9] JOANNI GRAY ibidem, de ½ terra husb.:—[10] JACOBO GRAY ibid., de ½ terra husbandia:—[11] JACOBO CRINCLEUCH ibid., de ¾ terre husb.:— [12] ADAMO RUTHERFURD, de una terra husbandia :—[13] ROBERTO BUCKAM ibid., de una terra husb.:—[14] WILLELMO PETILLO ibidem, de una terra cot.:—[15] GEORGIO LIGARWOD ibid., de una terra husb., et una terra cot.: —[16] JOANNI BUCKAM ibid., de una terra husb.:—[17] JOANNI RUTHERFURD ibid., de ½ terra husbandia :—[18] JOANNI QUERRIE ibid., de ¼ terre husb.: —[19] JOANNI GRAY ibid., de ½ terra husb.:—[20] JACOBO LILICO ibid., de una terra husb.:—[21] PETRO BUCHAM ibidem, de ½ terra husb.:—[22] JOANNI DIN ibid., de ½ terra husb.:—[23] WILLELMO FAWSYD ibidem, de una terra husbandia :—[24] WILLELMO RUTHERFURD ibidem, de 1¾ terris husb.:—[25] ANDREE GRAY ibid., de ½ terra husb., et de *onset* quarterie terre cum una riga, pro annua solutione pro ½ ter. husb. 8 sol., et 12 den. augmentationis, pro dicta ¼ terre husb. *onsettis* et dicta riga 7 den., et 3 den. augmentationis :— [26] MATHEO RAE ibid., de ¼ terre husb. et *onset*, pro annua solutione 7 den., et 3 den. augmentationis : —[27] GEORGIO SMYTH ibid., de ¼ terre husb.:—[28] ROBERTO FIRGREF, de ½ terra husb.:—[29] THOME ACHESOUN ibidem, de una terra husb.:—[30] ADAMO JOHNESTOUN ibid., de ½ terra husb., et una terra cottagia:—[31] ADAMO WRICHT ibid., de ½ terra husb. :—[32] ANDREE DAVIDSOUN ibid., de una terra husb.:—[33] RAGUELLI BENNET, de bina parte 10 mercatarum terrarum de Chesteris et Grange, cum manerie de Chesteris, pro annua solutione 4 lib. 8 sol. 10⅔ den., et 5 sol. 1½ den. augmentationis :— [34] ADAMO BENNET de Grange, de tertia parte 10 mercatarum de Wester Grange, pro annua solutione 44 sol. 5⅓ den., et 2 sol. 6⅔ den. augmentationis :— Preterea rex, pro bono servitio dictarum personarum, dictas terras eis de novo in feudifirmam locavit :—Reddend. regi feudifirmas supradictas, cum duplicatione annui census in introitu heredum :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 18.

407. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX,—cum consensu &c. (45. 44. 46. 52. 37. 48. 39. 53.),— confirmavit cartam factam per Walt. Henrysoun de Drumgreine (scribam) signeto suo, ac commissionarium in hac parte Willelmi Stewart prioris ac commendatarii perpetui de Pettinweme durante illius absentia a patria (constitutum per commissionem in libris sessionis ac concilii registrat., de data 16 Maii 1586), —[qua concessit ANDREE BOYTER mercatori burgensi de Dundie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre cum horto (per Alex. Boyter in Pettinweme et Margaretam Kippar ejus sponsam occupat.), infra burgum de Pettinweme ex parte orientali *lie* Watter-wynd (inter hortos Martini Dischingtoun et Geo. Adamesoun, et terras Wil. Stevinsoun), in dominio et baronia de Pettinweme, vic. Fyiff;—quod dicti Alex. et Margareta in favorem dicti Andree resignaverunt :— Reddend. commendatario et conventui de Pettinweme 18 den., cum aliis servitiis et devoriis consuetis, nomine feudifirme; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia dicti prioratus; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum prohibitione alienandi absque consensu superioris; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure :—cum precepto sasine :— Test. Joanne Halyday advocato, capitano Hugone Lauder, Jo. Fallow notario, Rob. Lauder, Olivero Sinclar, servitoribus dicti Walt.:—Apud Edinburgum, 29 Dec. 1587]: —Ulterius, pro bono servitio dicti And., dictum tenementum ei de novo in feudifirma dimisit :—Reddend. regi (aut dicto commendatario de Pettinweyme donec satisfactus esset) *ut supra* :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 59.

408. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX confirmavit cartam Gulielmi Fernie de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—cum consensu &c. (*ut in carta* 321),—vendidit PETRO ROLLAND burgensi de Dundie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque

reversione,—duas partes ville de Grangea in Barrie (intra bondas specificatas), in baronia de Barrie, vic. Forfar :—TENEND. de rege (vice commendatarii et conventus de Balmerinoch) in feudifirma ; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 321) :—REDDEND. annuatim 12 lib., et 24 capones; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :— cum precepto sasine directo Roberto Downie apparenti de Barimure :—TEST. Joanne Betoun de Pitlochy, Michaele Downy in Carnsty, Tho. Young burgen. de Dundie, Alexandro Andersoun portionario de Letheme, Jo. Wodderburne filio legitimo Alexandri W. burgensis de Cupro, Alex. Luklaw notario publico :—Apud Couper, 1 Jun. 1593] :—NECNON cartam Joannis Auchinleck, filii et heredis quondam Georgii A. portionarii de Grange de Barrie,—[qua,—cum consensu Grisilis Lyndesay matris sue,—pro perimpletione contractus inter se cum consensu dicte Grisilis ab una, dictum Petrum Rolland et Margaretam Young ejus conjugem ab altera partibus, de data apud Dundie, ...,—vendidit dicto Petro, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—tertiam suam partem terrarum de Grange de Barry, cum principali domo ejusdem (olim per dictum Geo. occupatam), in dictis baronia et vic.:—TENEND. de rege (virtute acti annexationis) in feudifirma :— REDDEND. annuatim 6 lib., cum 12 caponibus :—cum precepto sasine directo *ut supra* :—TEST. Mich. Dawny in Carnousty, Jo. Cokburne in Barry, Rob. Downy filio legitimo dicti Michaelis, Jo. Cant in Grenokischill, Jo. Ranieson :— Apud Grange de Barry, 13 Mar. 1593] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Pet., dict. terras ei de novo dedit :— TEST. 65. 46. 69. 32. 70. 49. 50. xlii. 21.

409. Apud Halyrudhous, 28 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (45. 54. 37. 46. 47. 48. 39. 51.),—confirmavit ALEXANDRO DUMBAR de Both, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—magnam novam domum lapideam aliasque domos et edificia super terras de Bothill, in baronia de Penik, regalitate de Spynie, vic. Nairne ;—quas idem Alex. resignavit ; et quas rex ei,—pro ejus bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis,—(de novo) ad feudifirmam dimisit, cum servitute et jure aditus decano Moraviensi (olim superiori) in originali carta desuper concessa reservatis pro ejus inhabitatione in dicto hospitio seu domo lapidea, cum stabulo pro dicti decani ac servitorum equis quoties versus Aulderne et Both adveniret, cum servitute horti cum horreo pro collectione et triturationne garbalium decimarum dicti decanatus :—REDDEND. annuatim 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 26.

410. Apud Halyrudehous, 28 Feb.

REX confirmavit cartam Alexandri dom. de Urquhart presidis collegii justitie,—[qua,—pro perimpletione contractus registrandi in libris concilii, de data presentium, —cum consensu Domine Lilie Drummond sponse sue pro ejus interesse,—pro 40000 lib. persolutis, vendidit et quitteclamavit KENNETHO M'KENZIE de Kintaill, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Ken. quibuscunque cognomen et arma de M'Kenzie gerentibus, absque reversione,—maneriem de Pluscarden cum hortis &c., terras dominicales de P., terras et baroniam de P., villam occidentalem *lie* Westirtoun, Quhytruiff, Barnehill, Ovirtoun, Inchellen, Drinkinghill, Incheirnoche, Corsleyis, Croy, Auchtertyre, Forrestersait, Nethirbyre, *lie* Hillis Eister et Westir, Riddovie, Ballelone, Apilwaird, molendinum de Pluscarden, terras molendinarias et multuras ejusdem, cum decimis garbalibus omnium dict. terrarum que a *lie stok* nunquam separate erant, et quarum prior et conventus de Pluscarden antea in possessione fuerunt, et cum castris, maneriebus, parcis, wardis, pratis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., jacentes in valle *lie Glen* de Pluscarden, cum molendinis de Elgin, eorum terris molendinariis, multuris &c., vic. de Elgin et Forres ; et privilegium regalitatis earundem :—RESERVATO dicto Alex. privilegio tenendi curias super monte apud dicta molendina de Elgin, nuncupato Courthill de Pluscarden,

super vassallis suis tantum:—REDDEND. regi 100 libras albe firme (pro relevamine dicti Alex. de una parte albe firme contente in carta dominii et baronie de Urquhart): —cum precepto sasine:—TEST. M. Joanne Moncreiff de Eister Moncreiff advocato, Jo. Dunbar filio Georgii D. de Awaych, Arch. Ros, Wil. Inglis, servitoribus dicti Alex., M. Jo. M'Kenzie rectore de Dingwall:— carta scripta per Alex. Dunlope servum Joannis Wardlaw scribe, in officina scriptoria dicti Jo. infra burgum de Edinburgh: —Apud Edinburgh, 2– Sept. 1595]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Ken., ei de novo dedit suprascripta (includendo dicta molendina de Elgin nuncupata molendina de Mustowie et Kingis-mylnis); et, cum consensu M. Joannis M'Kenzie rectoris et titulatoris rectorie de Dingwell, concessit eidem Kennetho, et heredibus supradictis, —advocationem rectorie et ecclesie parochialis de Dingwell, que ab antiquo fuit una ecclesiarum prioratus de Pluscarden;—et omnia suprascripta de novo erexit in liberam baroniam et regalitatem cum capella et cancellaria, baroniam de Pluscarden nuncupand., et maneriem de P. principale fore messuagium:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 53.

411. Apud Halyrudhous, 1 Mar.

REX concessit ROBERTO CARNEGY filio legitimo consiliarii sui M. Davidis C. de Culluthie, et heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Carnegie gerentibus,—terras et villas de Dunnychtin, Ochterlony, Crauquhy et Newtoun, cum decimis garbalibus earundem que a solo nunquam separate fuerant, infra baronias de Dunnychtin et Abirbrothok, regalitatem ejusdem, vic. Forfar; terras de Corstoun, cum decimis inclusis, cum communia et communi pastura in *lie* Kingismure inter Forfar et Auchterlony, in dictis baronia, regalitate et vic.;—quas (de rege vice abbatie de Abirbrothok tentas) dictus M. Dav. in favorem dicti Rob. personaliter resignavit:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. annuatim pro Dunnychtin, Auchterlony et Crawquhy 202 lib. 12 sol.; pro Newtoun 54 bollas tritici, 4 celd. 8 bol. ordei, 12 bol. farine avenatice, 3 bol. *lie hors-corne*, 6 sol. 8 den. pro parte de *ryn-mairt*, 6 sol. pro 12 caponibus, 6 sol. pro 24 pultreis, 6 sol. 8 den. pro glebis, tegulis et feno portandis, et aliis arreagiis et carreagiis terrarum de Newtoun consuetis; et 20 sol. augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis; necnon 10 lib. in introitu heredum, sine ulteriore duplicatione;—pro Corstoun 1 celdram hordei, 3 celd. farine avenatice cum mensura dicti monast., 2 bol. *lie hors-corne*, 4 sol. pro *lie ryn-mairt*, cum 12 caponibus et 12 pultreis, ac ducendo 20 plaustra plena glebarum, focalium et tegularum ad dictum monast. quoties reliqui coloni ducerent, ac prestando 6 *lie ryn-carreagiis* ad dictum monast. infra bondas de Angus cum requisiti essent, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia predicta, et cetera placita dicti monast. cum requisiti essent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro Lethame in Corstoun cum decimis 13 sol. 4 den., et 8 den. augmentationis; et duplicando &c. (*ut sup.*):—PROVISO quod si duo termini in tertium concurrerent insoluti, hoc infeofamentum nullius esset efficacie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 66.

412. Apud Halyrudhous, 1 Mar.

REX concessit JOANNI CARNEGYE filio legitimo secundogenito consiliarii sui M. Davidis C. de Culluthy, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Carnegy gerentibus,—terras et baroniam de Athie, cum terris dominicalibus de A., Bogheid cum prato, acras vocat. Richarsonis-aikeris, Rankemo et Smithiland, in regalitate de Abirbrothok, vic. de Forfar; terras de Cuikstoun, cum advocatione rectorie et vicarie earundem, in regalitate S. Andree, vic. Forfar; terras de Addecat, in baronia de Kethik, vic. Forfar; tertiam partem ville et terrarum de Balskellie, in baronia de Barrey, vic. Forfar; terras de Drumis-Gereden, cum decimis garbalibus inclusis que a solo nunquam separate erant, in parochia de Brechin, vic. Forfar;—quas (de rege tentas virtute acti annexationis) dictus Dav. in favorem dicti Jo. personaliter resignavit:—RESERVATO libero tenemento D. Joanni Carnegy de Kinnaird militi:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. annu-

atim pro Athie cum manerie, fortalicio et molendino 108 libras, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud monast. de Abirbrothok; pro Cuikstoun unam libram cucumeris (vel 2 sol.); pro Addecat 6 libras, 14 pultrias, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia intra baroniam de Kethik; pro Middill Drummis-Gereden 60 libras uni bursario studenti intra academiam S. Andree; et heredes solvendo 50 libras in introitu ad Athie, ac duplicando feudifirmas in introitu ad Cuikstoun, Addecat et Balskellie:—PROVISO &c. (*ut in carta* 411):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 67.

413. Apud Halyrudhous, 2 Mar.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Roberti Stewart de Gas,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud locum de Blaikhall, 22 Jan. 1595,—vendidit consanguineo suo JOANNI STEWART de Ardgowane et Blaikhall, heredibus ejus masc. quibuscunque, successoribus et assignatis,—5 mercat. terrarum antiqui extentus de Gas, cum manerie loco, molendinis, silvis, piscariis, in balliatu de Carrik, vic. Air:—REDDEND. Henrico principi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. Stewart in Gas:—TEST. Wil. Wallace juniore de Johnestoun, Jacobo et M. Wil. Wallaces fratribus germanis et filiis legitimis dicti Wil., Jac. Steward fratre germano dicti Jo. S. de A., Jac. Steward filio naturali Roberti S. de Crystwell, Wil. Wallace servo dicti Jo. S., Jo. Kennedy, Tho. Inglis burgensi Pasleti, notariis publicis, Jacobo Inglis consanguineo et servo dicti Thome (scriptore carte):—Apud locum de Blakhall, 23 Jan. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 57.

414. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX concessit DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — terras de Arichandnaquhane extenden. ad 4 mercat. antiqui extentus, cum lacubus et manerie locis, in senesc. de Menteith, vic. Perth; 40 denariat. terrarum de Carnedewer (ant. ext.), in dominio de Straithgartnay, dictis senesc. et vic.; 2 mercat. terrarum ant. ext. de Lytill Morelagane, vic. Perth;—quas terras de Arichandnaquhane Hen. Schaw de Cambusmor cum consensu Barbare Murray conjugis sue, Carnedeware Jo. M'Indewar cum consensu Jonete Nikphillik conjugis sue, Lytill Morlagane Joannes Robertsoun alias Barroun frater germanus quondam Malcolmi Robertsoun in Curquhin, in favorem dicti Duncani resignaverunt; et quas omnes rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Dunc. ejusque predecessores prestito,—cum consensu &c. (45. 44. 46. 47. 48. 39. 37. 50.),—dicto Dunc. de novo dedit:—REDDEND. pro Archandnaquhane 4 merc., et 4 merc. augmentationis, pro Carnedewar 3 sol. 4 den., nomine feudifirme; pro Lytill Morlagane jura et servitia debita et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 20.

415. Apud Halyrudhous, 6 Mar.

REX,—perpendens servitium sibi pluribus annis elapsis per WALTERUM COMMENDATARIUM DE BLANTYRE impensum, habitoque longo experimento ejus prudentie honesteque voluntatis in omnibus negotiis erga regem et politiam regni,—concessit dicto Waltero, pro ejus vita,—officium thesaurarii et questoris casualitatum suarum, cum honoribus, feodis &c.,—vacans per dimissionem D. Thome Lyoun de Auldbar militis;—et concessit dicto Walt., pro administratione dicti officii, summam 1000 lib. annui feodi de primis casualitatibus et compositionibus regis; incipiendo primam solutionem anno 1595. xli. 17.

416. Apud Halyrudhous, 6 Mar.

REX,—quia terre et comitatus de Athole in manibus regiis devenerant per decessum Joannis com. Atholie proxime defuncti, et ejus predecessorum, absque heredibus masc. superstitibus legitime de eorum corpore procreatis, ob speciales provisiones tallie in infeofamentis per regis progenitores predecessoribus dicti Jo. concessis,—intelligens perutile sibi et reipublice fore ut domus et familia dicti comitatus remaneret, et alius vir nobilis ejusdem cognominis et sanguinis eodem statu dignus eidem promoveretur, unde rex nunquam egregio servitio sibi per Atholie comites tam infra regnum quam in

exteris nationibus impenso destitueretur,—ac certam cognitionem habens JOANNEM DOMINUM DE INNERMAITH virum nobilem antiquissime familie et cognominis de Stewart et dictum quond. com. Atholie proxime sanguine attingentem, et maxime idoneum ad hujusmodi servitium sibi et successoribus suis prestandum, — et pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Jo. dom. de I. ejusque predecessores impenso,—concessit et quitteclamavit dicto Joanni—comitatum de Athole et omnes terras ejusdem, cum castro de Blair, cum ceteris castris, maneriebus, villis, molendinis infra dictum comitatum, cum silvis, forestis, piscationibus tam salmonum quam aliorum piscium, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, forestam de Cluny et ejus terras cum castro earundem *lie* Laichwod nuncupato, cum silvis, parcis, molendinis, villis, vic. Perth :—RESERVATO libero tenemento Domine Marie Ruthven comitisse Atholie, relicte dicti quondam Jo. com. Atholie :—PRETEREA rex omnia suprascripta incorporavit in liberum comitatum, dominium et baroniam, comitatum de Athole nuncupand.; concedendo dicto Jo. dom. Innermaith titulum et honorem comitis Atholie, cum suffragio in parliamentis &c.; et quod dictus comitatus cum additione armorum ad propria arma domus ex qua dictus Jo. oriundus est propter memoriam dicti comitatus decoraretur; et quod unica sasina apud castrum de Blair in Athol capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, regi reversurum; cum libera foresta :—REDDEND. pro dicto comitatu unam rosam rubeam apud *lie* Blair, pro foresta de Cluny unum den. argenti, nomine albe firme:—PRETEREA rex promisit se hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificaturum esse:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 19.

417. Apud Halierudhous, 8 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (45. 44. 46. 52. 48. 39. 37. 50.),—quia terre et baronia de Glasgow, que olim fuerunt pars temporalitatis archiepiscopi Glasguensis, per regem post actum annexationis in feudifirma locate erant Waltero commendatario de Blantyre secreti sigilli custodi, qui Walt. ex regis desiderio eas nativis tenentibus in feudifirma locavit (quamvis rentalis dicte baronie semper post hominum memoriam adeo sufficiens reputatus fuerat ac si dicte terre rentellariis in feudifirma disposite fuissent), — post resignationem dictarum terrarum factam per Ludovicum Lennocie ducem comitem Dernelie dom. Methven et Obigny &c. (cum consensu personarum quibus interdictus est), et post resignationem earundem per dictum Walt. ad remanentiam factam, — pro bono servitio THOME DOMINI BOYD, unius dict. nativorum tenentium, ratificavit cartam feudifirme per dictum Walt. factam dicto Tho., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—de 10 mercat. terrarum de Badley et Mollanis antiqui extentus, et pecia terre vocata Provestishauch (inter terras de Borrowfeild, terras rectoris de Glasgow tunc pertinen. ad heredes quondam Arch. Younge, terras vocatas Dasie-greine et aquam de Clyd), necnon de 4 acris campestrium terrarum aut eocirca vocat. Cunninglaw (inter terras Jacobi Flemyng et Jac. Braidwoid, Glasgow-burne, et viridarium Glasguen. vel Brunelawis), in baronia et regalitate de Glasgow:—RESERVATO libero tenemento Domine Margarete Colquhoune domine Boyd matri dicti Tho. dom. B., que dictas terras tunc occupavit :—PRETEREA rex dictas terras dicto Tho. de novo in feudifirma locavit :—REDDEND. regi pro Badlay et Mollanis 10 mercas, pro Proveishauch et Cuninglaw 28 sol., feudifirme antique, et 8 den. augmentationis, in toto 8 lib. 2 sol.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis infra civitatem de Glasgow; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum ceteris devoriis debitis :—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud Badlay capienda pro omnibus staret : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 80.

418. Apud Edinburgh, 13 Mar.

REX,—cum consensu &c. (45. 44. 37. 46. 47. 55. 39. 50.),—in feudifirmam dimisit JOANNI MURRAY, filio et heredi apparenti quondam Jacobi M. de Perdewis, —terras de Dowald, in senesc. de Strath-

erne, vic. Perth;—que per dictos Jo. et Jacobum eorumque predecessores autoresque tanquam antiquos tenentes possesse erant ultra hominis memoriam:—Tenend. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus ejus masc. quibuscunque:—Reddend. 13 libras 6 sol. 8 den., cum una *lie mairt*, et devoriis consuetis, tanquam feudifirmam antiquam, et 6 sol. 8 den. augmentationis; et duplicando &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 306):—Reservando Agneti Lindesay, relicte Jacobi Murray de Perdewis, rationabilem tertiam pro ejus vita:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 68.

419. Apud Halyrudhous, 22 Mar.

REX confirmavit cartam Joannis Pennycuke de eodem,—[qua concessit ANDREE PENNICUKE filio suo primogenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Pennicuke cum pertinentiis, viz. terras de Newbiggingis et Lufinois, cum turre de Pennicuke nuncupata Rikillis, advocatione ecclesie de P., molendinis, tenentibus &c. vic. Edinburgh:—Reddend. regi 6 flatus in cornu flatuli super communem moram de Edinburgh olim forestam de Drumselch nuncupat. ad regis venationem super dictam moram, nomine albe firme:—Reservato dicto Jo. et Euiphamie Bruce sponse sue libero tenemento de *lie* Maynis de Pennicuik cum turre et manerie:—cum precepto sasine:—Test. Alexandro Hammiltoune de Innerweik, M. Ric. Ogill ministri Verbi Dei apud Innerweik, Geo. Wallace in *lie* Cros, Jac. Hammiltoune, Wil. Strachane, servitoribus dicti Alex.:—Apud Innerweik, 20 Feb. 1591]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 86.

420. Apud Halyrudhous, 23 Mar.

REX concessit GILBERTO ROBERTSOUN servitori M. Joannis Hay de Eister Kennett unius clericorum concilii sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—croftam terre vocatam *the Vicaris-croft* jacentem ex australi latere ville sue de Fordyce, cum decimis garbalibus inclusis que nunquam ab ea separari solebant (intra bondas specificatas), cum domibus et horto (occupat. per M. Gilb. Gardine rectorem de Fo[r]dyce), domum et hortum (quondam per Henricum Wilsoun incolam dicte ville occupat.), jacentes contigue ad borealem finem dicte crofte, in parochia de Fordyce, vic. Banff;—que olim fuerunt pars temporalitatis vicarii pensionarii de Fordyce:—Reddend. 3 sol. 4 den. feudifirme; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 24.

421. Apud Halyrudehous, 23 Mar.

REX concessit ROLLANDO M'BAITH in . . . . ., heredibus ejus masculis quibuscunque et assignatis,—3 denariat. terrarum de Halcro, Seatter, Quhittiger et Hasticro, cum molendino et astrictis multuris, in parochia de Bower, comitatu Cathanie, et regalitate Orchadensi;—quas Jac. Sinclair de Murkhill, frater germanus Georgii com. Cathanie, pro hac carta conficienda resignavit:—Insuper rex,—intelligens dictum Rol. M. ejusque predecessores fuisse veteratos et nativos possessores dict. terrarum &c.,—post actum annexationis, de novo dedit dicto Rol.—dictas 3 den. terrarum de Halcro cum pertinentiis, viz. Seatter, Quhittiger et Hasticro, cum molendino de Hasticro alias Seatter ac crofta molendini ejusdem, et astrictis multuris omnium terrarum in dicta parochia consuetis quarum grana ibi molita erant:—Tenend. in feudifirma:—Reddend. annuatim pro terris 4 libras 6 sol. 8 den., pro molendino 6 bollas farine, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon tres sectas ad 3 placita capitalia apud Kirkwall aut alibi; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; cum servitio in propria persona cum his quos in defensione loci et ecclesie de Kirkwall ducere potuit quoties requisitus esset; et si duo termini transirent in tertium nulla solutione facta, hec carta nullius esset roboris:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 25.

422. Apud Halyrudehous, 24 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (45. 44. 46. 52. 56. 39. 37. 50.),—quia terre subscripte &c. (*ut in carta* 406),—ratificavit

infeofamenta feudifirme personis subscriptis, heredibus eorum masc. et assignatis, per Walt. priorem de Blantyre facta de terris subscriptis baronie de Glasgow, jacentibus infra baroniam de Lillisleif, vic. Roxburgh; —viz. [1] quond. WALTERO RIDDELL de eodem, de 3½ terris husbandiis de Lilleisleif vocatis *the West-Maynis* alias *Duntstane or Myris*, necnon 6 aliis terris husb. et 2 terris cottaglis dicte ville de Lillisleif, cum molendino de L., astrictis multuris, sequelis et servitiis totius baronie de L. consuetis, tunc ad ANDREAM RIDDELL de eodem filium et heredem dicti quond. Walt. pertinentibus, pro annua solutione 16 sol. pro qualibet terra husb., 40 den. pro qualibet terra cottagia, et pro dicto molendino 5 lib., et 31 sol. 8 den. augmentationis:—[2] WILLELMO RIDDELL in Lillislie fratri germano dicti Walt., de 5 librat. terrarum de Bewlie et ½ terra cottagia ville de Lillisleif, pro annua solutione 5 lib. pro Bewlie, 40 den. pro terra cottagia, 10 sol. augmentationis, et multurarum dicto molendino debitarum et consuetarum:—[3] ARCHIBALDO DOWGLAS in Freirschaw, de terra cottagia in Lillisleif, pro annua solutione 3 sol. 4 den., et 8 den. augmentationis, et multurarum:—[4] WILLELMO RIDDELL in Greitlaw filio quond. Georgii R., de 6 terris husb. ville et terrarum de Lillisleif, pro annua solutione 16 sol. pro qualibet terra husb., 12 sol. augmentationis, et multurarum:—[5] ALEXANDRO HOG in Lillisleif, de terra husb. dicte ville olim per quondam Jac. Bennet occupata, pro annua solutione 8 solidorum, 12 den. augmentationis, et multurarum:—[6] THOME YOUNG in Lillisleif, de terra husb. ibidem, pro annua solutione 16 sol., 2 sol. augmentationis, et multurarum:—[7] WILLELMO SMAILL ibid., de ½ terra husbandia ibid., pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—[8] JOANNI HOG ibid., de 2 terris cot. ibid., pro annua solutione 6 sol. 8 den., et 16 den. augmentationis, et multurarum:—[9] THOME BARNISFATHER ibidem, de ½ terra husb. dicte ville, pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—[10] JACOBO HILL ibid., de ½ terra husb. dicte ville, pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—[11] JACOBO HENDERSOUN ibid., de terra cot. dicte ville, pro annua solutione 3 sol. 4 den., 8 den. augmentationis, et multurarum:—[12] ALEXANDRO SMAILL filio Willelmi S. ibid., de ½ terra husb. et una terra cottagia in dicta villa, pro annua solutione 8 sol. pro terra husb., 40 den. pro terra cot., 20 den. augmentationis, et multurarum:—[13] ADAMO SMAILL filio Thome S. ibid., de ½ terra husb. dicte ville, pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—[14] WILLELMO ROBSOUN filio Jacobi R. ibid., de ½ terra husbandia dicte ville, pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—[15] WILLELMO MIDDELMAIST officiario baronie de Lillisleif, de 5 librat. terrarum de Bewlie, 7 terris husbandiis et 2 terris cot. ville et terrarum de Lillisleif, pro annua solutione 5 lib. pro Bewlie, 5 lib. 12 sol. pro dictis ter. husb., 40 den. pro qualibet terra cot., 20 sol. 4 den. augmentationis, et multurarum:—[16] WILLELMO DOWGLAS filio Joannis Dowglas in Freirschaw, de 1½ terris husb. ville et terrarum de Lillisleif, pro annua solutione 16 sol. pro terra husb., 8 sol. pro ½ terra husb., 3 sol. augmentationis, et multurarum:—[17] JOANNI REIDFURDE ibid., de ½ terra husb. ibid., pro annua solutione 8 sol., 12 den. augmentationis, et multurarum:—PRETEREA rex, pro bono servitio dictarum personarum, suprascripta dictis personis de novo in feudifirma locavit: — REDDEND. regi *ut sup.*, cum duplicatione devorie in introitu heredum, cum ceteris devoriis debitis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlii. 84.

ANNO DOMINI 1596. ANNO REGNI 29.

423. Apud Halyrudhous, 26 Mar.

REX concessit et quitteclamavit PETRO HAY de Leyis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 bovatas terrarum orientalis finis ville de *lie* Kirktoun de Errole cum toftis (per Pat. Hay in *lie* Kirktoun de

Errole et Helenam Cuman ejus sponsam occupatas), in baronia de Errole, vic. Perth; —que regi devenerunt ob forisfacturam Francisci olim com. de Errole:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 23.

424. Apud Halyrudhous, 30 Mar.
REX confirmavit NINIANO ADAIR de Kinhilt, ejusque legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen et insignia de Adair gerentibus,—terras et baroniam de Kinhilt (comprehenden. *ut in carta* 366, cum portu et burgo baronie de Stranrawer);—quas idem Nin. resignavit: —INSUPER rex,—cum avisamento &c. (57. 58. 37. 46. 47. 48. 39. 53.),—tunc ut prius erexit villam *lie* Clauchane de Stranrawer—in liberum burgum baronie cum libero portu, BURGUM ET PORTUM DE STRANRAWER nuncupand.; cum potestate &c. (*ut in carta* 366): —PRETEREA,—quia dictus burgus distabat 24 miliaribus a quovis burgo regni sui, et amplis edificationibus et politia in eodem faciendis esset non solum incolis frequens sed omnibus tam extraneis quam subditis suis eo advenientibus valde opportunus,—rex prohibuit et renunciavit erectionem quarumcunque terrarum et villarum infra quatuor miliaria a dicto burgo, in burgum regalem seu burgum baronie et liberum portum; necnon inhibuit omnes liegios et ceteros ab emptione et venditione extra dict. burgum et ejus libertatem per dictum spatium in circuitu, et a tentione privatorum et publicorum fororum, sub pena confiscationis mercium (una dimedietate ad regem, altera ad dictum Nin. applicand.): —REDDEND. *ut in carta* 366:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 55.

425. Apud Halyrudhous, 4 Apr.
REX,—informatus ecclesiam parochialem de Borthuik, a majoribus nuncupatam eccles. de Lochquharret, infra presbyterium de Dalkeith, viz. Edinburgh, destitutam exercitatione vere religionis pluribus annis preteritis defectu stipendii pro ministerio ibidem, quamquam revera decime garbales alieque decime tam parve quam magne tam rectorie quam vicarie, omnesque fructus dicte ecclesie et terrarum &c. in parochia ejusdem, necnon prebendarie de Ardnalestoun, Middiltoun prima et secunda, et prebendaria de Vogrie olim nuncupat. de Lochquharret, duoque pueri seu clerici administraturi in Divinis in ecclesia collegiata de Creichtoun annuusque redditus ad eorum educationem et sustentationem dicatus, ab antiquo unita in dicta ecclesia colleg., cum sita essent in dictis decimis, debuerunt quoties vacarent ab eadem ecclesia colleg. dissolvi iterumque uniri dicte ecclesie de B.,—motus etiam assidua adhortatione predicti presbyterii totiusque ecclesie Scotie, urgentibus simul parochianis ecclesie de Borthuik,—et quia Nathaniell Harlaw minister Verbi Divini apud ecclesiam de Ormistoun, consilio dicti presbyterii, ad promovendam hanc erectionem resignavit vicariam de Borthuik, alias vicariam de Lochquharret seu Torcrek, cum mansione et gleba,—cum consensu &c. (45. 59. 60. 47. 55. 39. 37. 50.),—omnia suprascripta dissolvit a dicta ecclesia de Crichtoun et univit dicte ecclesie de Borthuik in unum beneficium, RECTORIAM DE BORTHUIK nuncupand., fore stipendium ministro in cura ibidem servienti, tam binam partem quam tertiam eorundem et *lie superplus* tunc vacan. aut quando vacarent. xli. 125.

426. Apud Halirudhous, 7 Apr.
REX confirmavit cartam Gilberti Ogilwy de eodem,—[qua vendidit (servitori regis) M. GILBERTO OGILVY filio suo, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras de Forfatie (vel Fofartie), cum decimis garbalibus decimisque vicarie inclusis nunquam a trunco separatis, in baronia de . . . . . per annexationem, vic. Foirfair: —TENEND. de rege, secundum tenorem acti annexationis, in feudifirma:—cum precepto sasine directo Arch. Drummond:—TEST. Walt. Ogilvy in Dundie, Jac. Drummond, Arch. Drummond, servis dicti Gilb. senioris, Abrahamo Piggot notario (scriptore carte):—Apud Haltoune de Ogilvy, 23 Jul. 1595]:—PRETEREA,—cum consensu &c. (45. 58. 46. 47. 48. 39. 37. 50.),—suprascripta dicto M. Gilb. de novo dedit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 76.

427. Apud Halyrudhous, 7 Apr.
REX confirmavit cartam Joannis Scrimgeour de Glasguell,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Dundie, 4 Nov. 1594,—pro 8500 merc. persolutis, vendidit GILBERTO OGILVY de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—terras de Foffartie, cum decimis tam rectorie quam vicarie, in baronia de Dunkelden, vic. de Forfare :—TENEND. de rege (loco decani et capituli Dunkelden.) in feudifirma:—cum precepto sasine directo Jac. Drummond in Haltoun de Ogilvy:—TEST. Jo. Wischart de eodem, Thoma Ogilvy, Walt. Ogillvy burgen. de Dundie, Thoma Ogilvy in Torbrex, Tho. Huntar notario, Joanne Pattoun (scriptore carte):—Apud Dundie, 6 Jun. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 133.

428. Apud Halyrudhous, 9 Apr.
REX in feudifirmam disposuit JOANNI WALLACE de Carnell, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque,—15 solidat. terrarum (antiqui extentus) de Spittelhill, in balliatu de Kyl-stewart, vic. Air ; 40 sol. ant. ext. de Blaksyd, 35 sol. 4 den. ant. ext. de Dowray, in dominio de Kylismuir, vic. Air ;—de monasterio de Melros olim tentas ;—ac terras ecclesiasticas vicarie ecclesie parochialis de Cragie in Kyle, extenden. ad 33 sol. 4 den. ant. ext. (olim per Willelmum Waustoun, Jac. Strivilinge et Rob. Wylie occupatas), in parochia de Cragie, balliatu et vic. antedictis ;—olim de vicario de Cragie tentas :—RESERVANDO ministro curam ibi servienti mansum et glebam dicte ecclesie :—PRETEREA rex constituit dictos Jo. W. et heredes—ballivos hereditarios terrarum de Spittelhill, Failfurd, Vinmirhill, Spittelsyd, Ministeris-Wasfurd, Trinitielandis, Hilhous, Ministeris-Corsbie, et Carbello, in dictis balliatu et vic.;—quarum dictus Jo. et ejus predecessores hereditarii ballivi constituti erant:—TENEND. dict. terras in feudifirma, dictum officium in alba firma :—REDDEND. pro Spittelhill 15 sol. firme antique, et 2 sol. augmentationis ; ac duplum feudifirme in introitu heredum ;—pro Blaksyd 40 sol. firme antique, cum bondagiis, areagiis et carreagiis consuetis extenden. ad 27 den., et 2 sol. augmentationis ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud locum de Mauchleine ; necnon grana ibi crescentia ad Catherinemylne apportando, ac multuras consuetas persolvendo ; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum ;—pro terris vicarie 33 sol. 4 den. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis ; ac duplum feudifirme in introitu heredum ;—pro Dowray 35 sol. 4 den. firme antique, et 5 sol. augmentationis ; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum ;—in toto 6 lib. 18 sol. 3 den. feudifirme ;—pro dicto officio ministrando justitiam tenentibus &c. :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 27.

429. Apud Halyrudhous, 9 Apr.
REX,—quia Tho. Kennedye de Barganye terras subscriptas, olim de monasterio de Northberuik in feudifirma tentas, in manibus regis resignavit pro novo infeofamento tradendo ; et dictus Tho. ejusque predecessores ultra hominum memoriam *lie takismen* decimarum garbalium rectorie de Mayboll fuerant (que fuit una ecclesiarum dicti monast.), prout dictus Tho. diversas assedationes earum pro multis annis decursuris pro parve summe solutione habuit ;—et quia Domina Margareta Home priorissa de Northberuik, et conventus ejusdem, dict. ecclesiam et rectoriam resignaverunt ut rex rectoriam seu personatum ibi erigere posset (ad cujus rectorem omnes fructus ejusdem pertinerent),—cum consensu &c. (57. 54. 37. 46. 52. 48. 39. 53.),—concessit dicto THOME KENNEDYE in vitali redditu, et post ejus decessum GILBERTO KENNEDY ejus filio legitimo secundogenito,—40 solidat. terrarum ecclesiasticarum de Mayboll (vel Monyboill), in parochia de M., balliatu de Carrik, vic. Air ; cum advocatione dicte rectorie cum ejus decimis &c.;—quam ecclesiam rex a dicto monast. dissolvit, et ad dictas terras univit:—TENEND. dicto Tho. *ut sup.*, dicto Gilb. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Thome K. filio legitimo tertiogenito dicti Thome senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus (heredibus) masc. dicti

Gilb. quibuscunque, cognomen et arma de Kennedye gerentibus, et eorum assignatis, in feudifirma :—REDDEND. annuatim 8 lib.; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 60.

430. Apud Strivilinge, 16 Apr.
REX dedit literas legitimationis JOANNI CUNYNGHAME bastardo, filio naturali Joannis C. de Bernis. xli. 56.

431. Apud Strivilinge, 5 Maii.
REX dedit literas remissionis ROBERTO ARTHUR filio quondam Joannis A. burgensis de Abirdeine, pro ejus vita duraturas,—pro eo quod armatus venerat in aperto bello apud Glenlevat, 3 Oct. 1594, in societate cum Georgio olim com. de Huntley, Francisco olim comite de Eroll, aliisque eorum sociis, adversus Arch. com. Argadie locumtenentem regis, et pro arte et parte interfectionis diversorum regis fidelium subditorum in dicta pugna occisorum; et pro ceteris transgressionibus ante diem date commissis;—proditione in regis persona, incendio, mulierum raptu, furto, ejusdem receptione, arte magica tantummodo exceptis. xli. 61.

432. Apud Halyrudhous, 22 Maii.
REX,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 52. 39. 37. 55. 50.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO MORESOUN filio legitimo quondam Joannis M. in Gersmaleyis, heredibus ejus et assignatis, —20 denariatas terrarum de Gersmaleyis (per dictum Jo. possessas), in dominio de Melros, balliatu de Kyl-stewart, vic. Air: —REDDEND. 4 solidos tanquam devoriam commendatario et conventui de Melros solvi consuetam, et 6 den. augmentationis; ac triplicando dictam devoriam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 127.

433. Apud Halyrudhous, 22 Maii.
REX concessit familiari servitori suo D. GEORGIO HOME de Spott militi, et Domine ELIZABETHE GORDOUN ejus sponse,—terras de Deringtoun, in regalitate de Kelso, vic. Beruik;—quas Wil. Reidpeth de Greinlaw (et Wil. Reidpeth filius Willelmi R. de eodem qui dictas terras a dicto Wil. R. de G. appreciatas de rege tenuit, necnon Eliz. Reidpeth ejus soror cum consensu Tho. Home conjugis sui pro ejus interesse), in favorem dictorum Geo. et Elizabethe G. resignaverunt, pro impletione contractus de data apud Spott, . . . Maii 1595; et quas rex, pro bono servitio dicti Geo., dictis Geo. et Eliz. de novo dedit, cum jure communitatis et communis pasture cum recuperatione *lie fewall*, *faill* et *doveit* in magna boreali communi mora de Grenelaw :—TENEND. dictis Geo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque, de rege (loco commendatarii et conventus de Kelso) in feudifirma:—REDDEND. annuatim 5 sol., et 20 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; non obstante quocunque alio modo quo dicte terre de dicto monast. tenebantur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 260.

434. Apud Halyrudhous, 29 Maii.
REX confirmavit cartam Georgii Brodie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit DAVIDI BRODI fratri suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras dominicales de Brodie, viz. maneriem de B. cum horto &c., terras de Quhytmyre et Dyk cum croftis et acris, terras de Fedden, Murehall, Galteiscruik, Neulandis, *lie Walkmylne* de Brodie, cum silvis, in dominio de Brodie, vic. Elgin et Forres :—RESERVANDO vitalem redditum de Dyk et seqq. Margarete Hay matri dicti Geo. :—TENEND. de rege per servitium warde :—cum clausula warrantizationis a facto dicti Geo., vel a tempore prime alienationis suprascriptorum per quondam Alex. Brodie de eodem, patrem dicti Geo., facte quond. Alexandro Hay de Eister Kennet clerico rotulorum et directori cancellarie regis:—cum precepto sasine directo Pat. Hay in Fedden :—TEST. Jo. Hay de Lochloy, Alex. Hay de Forrestersait, Davide Hay in Pennik, Tho. Hay burgen. de Elgin, Rob. Hay burgen. de Elgin, Rob. Hay servitore dicti Tho. H. scribe (scriba ?)

presentis carte:—Apud Brodie, 10 Feb. 1595]:—Preterea, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Dav. et ejus predecessores impenso, suprascripta dicto Davidi de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 64.

435. Apud Linlitqw, 3 Jun.

REX confirmavit cartam Marie Crichtoun, filie legitime quondam M. Roberti C. de Eliok,—[qua, cum consensu Jacobi Stewart de Stuikis conjugis sui,—pro perimpletione contractus de data apud Balloquan et Ballindane, 19 Jun. et 7 Jul. 1590,—vendidit AGNETI OGILVIE in Ballindane, in vitali redditu, et THOME GOURLAW ibidem, filio legitimo secundogenito dicte Ag. inter eam et quondam Tho. Gourlaw ejus sponsum procreato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—quartam suam partem terrarum de Ballindane cum brasina et acris (olim per quond. Wil. Gardin, tunc per dictam Ag. et ejus cottarios occupatam), in baronia de Balligerno, vic. Perth:—Tenend. de rege:—cum clausula warrantizationis, exceptis assedationibus desuper factis, et litera reversionis (si qua esset) quam dominus Sanquhar pro redemptione dict. terrarum habuit:—cum precepto sasine directo Petro Hay apud molendinum de Auchmure:—Test. Hugone Stewart fratre dicti Jac., Rob. Naysmyth, Rob. Mitchell, servis dicti Jac., Tho. Nicoll notario publico in Perth:—Apud Balloquan, 7 Jul. 1590]:—Necnon cartam Thome Gourlaw in Bandene,—[qua,—in complemento contractus inter se ab una, et Alex. Gourlay patruelem suum, Petrum Hay apud molendinum de Aithmure, Pat. Gardin portionarium de Kirktoun-Liff, et Geo. Kynnaird in Ballegerno, ejus curatores pro eorum consensu, et Euphamiam Monorgoun conjugem affuturam dicti Alex., ab altera partibus, de data apud Craigdelie, 22 et . . Maii 1593,—vendidit dictis ALEXANDRO GOURLAW et EUPHAMIE MONORGOUN—suprascripta (antea dicte quondam Agneti matri sue in vitali redditu et sibi hereditarie alienatas per dictos quondam Mar. et Jac.):—Tenend. dictis Alex. et Euph. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legitime procreandis, quibus def., heredibus ejus propinquioribus masc. quibuscunque, de rege:—Reddend. unum denarium albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. Ogilvy fratri germano Patricii O. de Inschemairteine:—Test. Geo. Rollok in Cragi-Hiltoun, Jacobo Monorgun apparente de eodem, Georgio Kynnaird in Ballegerno, Patricio Gardin portionario de Kirktoun-Liff, And. Gray in Bulleoun, And. Quhyt, notariis publicis:—Apud Bandene, 1 Jun. 1593]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 131.

436. Apud Linlithgow, 6 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (45. 59. 62. 47. 55. 39. 37. 51.),—in feudifirmam dimisit WILLELMO CAMPBELL fratri germano Quintigerni C. de Cowfauldschaw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—15 solidat. terrarum de Grenoktoun, in dominio de Kylismure, balliatu de Kylestewart, vic. Air;—que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Melros:—Reddend. 15 sol. firme antique, 6½ den. pro areagiis et careagiis, 9 den. pro *lie bondage-silver*, 5 sol. 6½ den. antique augmentationis, in toto 21 sol. 11 den., et 13 den. nove augmentationis; necnon duplum &c. (cum ceteris *ut in carta* 197); ac perimplendo ceteras clausulas originalis infeofamenti autoribus dicti Wil. confecti:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 69.

437. Apud Linlythgow, 6 Jun.

REX confirmavit cartam Willelmi Fairny de eodem,—[qua,—cum consensu Beatricis Dowglas conjugis sue, Margarete Ramsay matris sue, Georgii Fairny patrui sui (filii legitimi quondam Andree F. de eodem),—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro summa 11500 merc persoluta et persolvenda,—vendidit GEORGIO AIRTH de Duray et ELIZABETH PATERSOUN ejus conjugi in vitali redditu, et GEORGIO AIRTH eorum filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Georgio seniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo, absque redemptione,—terras et villam de

Foxtoun, cum manerie, tenentibus &c., vic. Fyiff;—necnon, in specialem warrantiam earundem, annuum redditum 10 celdrarum victualium (viz. 20 bollarum tritici, 20 bol. hordei, 7 celd. 8 bol. farine avenatice) de terris et baronia de Wester Fairny cum molendino &c., vic. Fyiff, infra burgum de Cupro in Fyiff cum communi mensura ejusdem deliberand.:—REDDEND. regi pro Foxtoun servitium debit. et consuet., pro dicto ann. red. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Walt. Airth in Cowpar:—TEST. D. Davide Lyndsay de Month milite, Jo. Arnott de Pittollie, Alex. Wedderburne, Willelmo Christisoun, Petro Gregour, Geo. Hedderuik, burgensibus de Cupro, And. Glasfurd ibidem, Geo. Logane de Boningtoun, Joanne Menteyth, Davide Fleschour in Dundy, Pat. Glasfurd, Alex. Luklaw, Pat. Mows, notariis publicis:—Apud Cowpar et Edinburgh, 10 et 18 Maii 1594]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Geo. A. senioris, dict. terras de Foxtoun dictis personis de novo dedit:—TEST. 65. 46. 71. 72. 70. 49. 50. xli. 497.

438. Apud Falkland, 11 Jun.

REX confirmavit [1] cartam factam per Geo. Auchinlek portionarium de Grange de Barrie, et Jo. A. ejus filium legitimum ac fratrem et heredem quondam Roberti (vel Gilberti) A. filii legitimi dicti Geo.,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendiderunt ALEXANDRO AUCHINLEK de Coitsyd, et ANNE BETOUN ejus conjugi,—terras de Coitwaldis (vel Cotwallis), et 2 acras terre arabilis in Coitsyid tunc Corsdaillis appellatas, cum earum tofta et crofta (per And. Rankeine occupat.), in dominio de Barrie, vic. Forfar:—TENEND. dictis Alex. et Anne in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege, loco commendatarii et conventus de Balmerinoch:—REDDEND. 40 sol., cum 6 pultreis, nomine feudifirme (tanquam partem feudifirme 12 merc., 12 caponum et 6 pultriarum contente in carta sua tertie partis de Grange de Barrie et suprascriptorum):—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Auchinlek burgensi de Dundie, M. Alex. Wodderburne scriba curie dicti burgi, Jo. Auchinlek ejus servo:—Apud Dundie, 17 Maii 1589]:—[2] cartam Jacobi Auchinlek de Coitsyd burgensis de Dundie,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, et Jo. Auchinlek de Wodhill, Elizabeth Auchterlony ejus conjugem, Alex. Auchinlek feodatarium de Wodhill, Annam Betoun ejus conjugem, ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dictis Alex. et Anne, absque reversione,—terras suas de Cotsyd nuncupatas Eister Coitsyd, cum domibus per se nuper constructis, cum 4 acris de Wester Cotsyd et terris nuncupat. Preistismedow, cum 2 croftis terre arabilis *Lawiscroft and Tagoiscroft* appellatis, adjacentibus dictis terris de Wester Coitsyd, in dictis dominio et vic.; 9 acras terre arabilis cum crofta Stephaniscroft appellata et pecia terre Dunisbank vocata (sibi per Rob. Cokburne et Jo. C. ejus filium alienatas), cum domibus &c., jacen. in *lie* Kirkhauch et apud ecclesiam de Barrie (ex quibus 9 acris una jacebat ex parte boreali principalis tofte aliquando per dictum Robertum occupate), necnon alias 3 acras terre arabilis (aliquando spectantes ad Pat. Adame), cum domibus &c., in dictis dominio et vic.;—et hec, cum magnis pecuniarum summis per se persolutis, pro alienatione terrarum de Wodhill in dictis dominio et vic., sibi per dictos Alex. et Annam facta:—TENEND. *ut supra*:—REDDEND. pro Eister Cotsyd, Preistismedow et 4 acris de Wester C. 12 mercas, cum 12 anseribus, pro dictis croftis 9 sol., pro 9 acris cum pertinentiis 5 merc., pro 3 acris 24 sol., cum ceteris servitiis, juribus et devoriis in veteribus infeofamentis contentis, nomine feudifirme:—RESERVATO Katherine Auchinlek relictæ Roberti Cokburne vitali redditu 4½ acrarum de dictis 9 acris, cum dictis Stephaniscroft et Dunisbank:—cum precepto sasine:—TEST. Gilb. Scrymgeour fratre germano Joannis S. de Kirktoun de Erlistradichtie, Tho. Andersoun vicario pensionario de Barrie, Joanne Auchinlek scriba, M. Alex. Wadderburne, Roberto Wodderburne, notariis:—Apud Dundie, 13 Mar. 1590]:—[3] cartam Joannis Auchinlek, filii et heredis quond. Roberti A. burgensis de Dundie,—[qua,—

pro perimpletione contractus de data apud Dundie, ... ultime elaps.,—vendidit Alexandro Auchinlek de Coitsyd, et Anne Betoun ejus conjugi, absque redemptione, —peciam terre nuncupat. Leyiscroft (per Jo. Leyis occupat.), cum tofta et domibus, 2 pecias terre vocatas Burnetounis-croftis, cum domibus &c. (per dictum Alex. occupat.), in baronia de Barrie, vic. Forfar;—pro alienatione sibi per eos facta de 6 acris terre arabilis in *lie* Kirkhauc de Barrie :—TENEND. *ut supra* :—REDDEND. 30 sol., cum 6 anseribus et 12 pultriis, nomine feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine :—TEST. M. Jo. Gardin ministro, Tho. Andersoun lectore, Jo. Auchinflek de Grange de Barrie :—Apud Coitsyd, 10 Nov. 1594] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 129.

439. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Callender, filii et heredis quondam Andree C. de Bordy,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Stirling, 30 Oct. 1595,—cum consensu Joannis commendatarii de Halirudhous ad cujus instantiam dictus Jac. interdictus est,—vendidit WALTERO CALLENDER, heredibus ejus et assignatis, — 3½ bovatas cum dispari parte bovate (*lie litle but*) terrarum de Dalungrie de Westirtoun de Bothkenner, in dominio de Stirlingschyre, vic. Stirling :—REDDEND. regi 6 lib. 2 sol. 9 den., 7 bollas 1 firlotam 2 peccas ordei, 7 capones, nomine feudifirme (in augmentationem rentalis ad 11 sol. 9 den.), ac 3 bol. 1 firl. 2 pec. farine; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem cum plantatione et alia poli(ti)a solo corresponden.; et essent parati ad gradiend. cum rege in exercitu et aliis particularibus equitationibus :—RESERVANDO regi piscationem salmonum *lie grilsis* et *smoltis*, cum carbonibus :—cum precepto sasine directo Jo. Patersoun uni vicecomitum deputatorum de Stirling :—TEST. Alex. Kincaid, Hen. Sandilandis, Adamo Bothuell, servitoribus dicti commendatarii, Georgio Kinros fratre germano Jacobi K. de Kippanros, Jacobo Elphingstoun, Jac. Ramsay nuncio :—carta scripta *ut in carta* 212 :—Apud . . . . ., . . Dec. 1595]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Walt., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 147.

440. Apud Halyrudhous, 15 Jun.

REX in feudifirma disposuit NINIANO STEWART feodatario de Kilchattan, heredibus ejus (masculis) et assignatis quibuscunque, — terras ecclesiasticas rectorie ecclesie de Kingarth, extenden. ad unam mercat. terre antiqui extentus, vic. Bute; — que olim ad rectorem dicte ecclesie pertinuerunt :—REDDEND. 13 sol. 4 den. devorie antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando dict. devoriam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 231.

441. Apud Halirudhous, 18 Jun.

REX confirmavit cartam quondam Joannis Maxuell senioris de Conhaith,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Dunfreis, 19 Feb. 1583,—concessit JOANNI MAXUELL filio suo et heredi apparenti, et KATHERINE GLENDONYNG ejus future conjugi,—2 mercatas terrarum antiqui extentus de Ovir Kirklandis de Ur, 2 mercat. ant. ext. de Nethir Kirkland-of-Ur, in parochia de Ur, senesc. Kirkcudbricht :—RESERVANDO dicto Jo. seniori vitalem redditum de Nethir Kirkland pro tempore vite dicti Jo. junioris; et M. Willelmo Pennycuke vicario de Ur et ejus successoribus mansionem cum 1½ acris terre proxime adjacen. ex orientali parte ecclesie de Ur (per dictum Joannem seniorem et ejus tenentes occupatis):—TENEND. dictis Jo. juniori et Katherine in conjuncta infeodatione, matrimonio inter eos capiente effectum, et heredibus masc. eorum de corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jo. junioris quibuscunque, de dicto vicario in feudifirma :—REDDEND. annuatim 4 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. Jo. Gordoun juniore de Airdis, Rogero G. ejus filio, Tho. Maxuell apparente de Keltoun, Jo. Glendonyng de Drummoir, Alex. G. ejus filio :—Apud ecclesiam de Ur, 27 Feb. 1583]:—PRETEREA, pro bono servitio, dictas terras dicto

Jo. juniori, tunc de Conhaith, et dicte Kath. tunc ejus sponse, de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 142.

442. Apud Halyrudhous, 19 Jun.

REX confirmavit cartam Petri (vel Patricii) Arnot de Balcormo,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Helenam Traill sponsam suam et Rob. A. filium suum legitimum natu maximum (et Jo. Arnot feodatarium de Wodmylne et Jo. Arnot portionarium de Restalrig tanquam cautionarios pro dicto Petro), ab una, et Pat. Kynnynmonth de Callinch (et And. Wod de Largo et Jac. Wod de Lambelethame tanquam cautionarios pro dicto Pat.), ab altera partibus, de data 16 Maii, 2, 3, 6, 7 et 9 Jun. 1593, registrati in libris dominorum concilii 9 Jun. 1593,—cum consensu dicte Hel., vendidit dicto ROBERTO ARNOT—terras de Balcormo cum fortalicio et molendinis, vic. Fyiff:—RESERVANDO dicto Pet. liberum tenementum occidentalis dimedietatis de B., cum occidentali molendino, terris molendinariis, manerie, domibus infra clausuram ejusdem, occiden. horto dicte maneriei, columbario, orientali nemore, boreali horreo et occidentali bovili (*lie Eister-park, North-barne* et *West-byre*) extra dictam clausuram, cum dimedietate tenandriarum et cottariarum terrarum vocat. *the Cottoun of Balcarmo*; et dicte Helene (si dicto Petro superesset) vitalem redditum dicte dimed. de B., cum dicto molendino et ejus terris, in plenariam contentationem ejus tertie &c.:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. inter eum et Saram Kynnynmonth ejus futuram sponsam (filiam legitimam dicti Pat.) legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. de corpore legit. procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque, de rege:—et dictus Pet. dicto Rob. personaliter sasinam dedit:—PROVISO quod non liceret dicto Roberto aut heredibus alienare aut dilapidare ullam partem suprascriptorum in fraudem alterius legitimi heredis:—TEST. Petro et Jac. Arnottis filiis legitimis dicti Pet. senioris, Jo. Aitkeine incola ville de Arncroyche, Jo. Bowsie ibidem, M. Tho. Wod, Davide Rollok, notariis publicis:—Apud Balcormo, 16 Aug. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 70.

443. Apud Halyrudhous, 19 Jun.

REX confirmavit cartam Alexandri Hay de Frostersait,—[qua concessit M. ALEXANDRO HAY filio suo (et heredi apparenti),[1] heredibus ejus masculis et assignatis,—villam et terras de Middiltoun de Knokinblewis, cum multuris, tenentibus &c. (*bondatas ut in carta* 324), cum libertate &c. (*ut in carta* 324):—TENEND. de rege:—RESERVANDO liberum tenementum dicto Alex. H. seniori; et, post decessum suum, Jeanne Keyth conjugi sue liberum tenementum dimedie partis suprascriptorum, et hoc in plenaria satisfactione ejus tertie &c., et pro ejus renunciatione summe 1000 lib. (quam dictus Alex. senior in terras pro annuo redditu sibi et dicte Jean. in conjuncta infeodatione impendere astrictus est per contractum inter dictum Alex. seniorem ab una, Alex. Leslie de Balquhorne et Geo. Leslie in Hilbray ab altera partibus, de data apud Abirdene, 27 Feb. 1593):—RESERVATO tamen dicte Jeanne libero tenemento ville et terrarum de Scottistounhill, vic. Elgene et Forres, non obstante dicta renunciatione:—cum precepto sasine:—TEST. Thoma Hay burgensi de Elgene, Alex. et Walt. H. filiis naturalibus dicti Alex. H. senioris, Jacobo Innes servitore dicti Alex. Hay senioris, Jo. Dow in Poldonniach, Rob. Hay scriba presentium:—Apud Forrestersait, 11 Dec. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 141.

444. Apud Halyrudhous, 26 Jun.

REX concessit et, pro compositione persoluta, de novo in feudifirma disposuit THOME STEILL, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mercatam terre de Skelliehill (per Jac. Weir, Cristinam Chalmeris, Wil. Weir ejus conjugem, Jac. Weir in Watterheid, et Jo. Blyth portionarium de Skellihill occupat.), in baronia et parochia de Lesmahago, vic. Lanerk;—quam (olim ad monasterium de Calco perti-

[1] In introductory clause only.

nentem) dictus Jo. Blyth in favorem dicti Tho., nepotis sui, resignavit :—REDDEND. annuatim 24 sol. (viz. pro firmis 13 sol. 4 den., pro gressumis 4 sol., pro devoriis et aliis servitiis 4 sol. 6 den., et 26 den. augmentationis) ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Lesmahago, et solvendo multuras consuet. ; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud molendinum de Lesmahago : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 73.

445. Apud Dumfermeling, 1 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (45. 63. 61. 55. 47. 39. 37. 51.),—confirmavit cartam quondam Davidis Dunbar de Urquhart,—[qua,—pro implemento contractus de data apud Elgenam Muravie, 20 Aug. 156–,—pro 1200 mercis persolutis, necnon pro redemptione terrarum de Urquhart cum molendino,—vendidit GEORGIO DUNBAR rectori de Kilmure, heredibus ejus et assignatis,—(villam et) terras de Litle Suddy extenden. ad dimediam davatam, cum brasina et croftis, in episcopatu Rossen., vic. Invernes :—TENEND. (sub reversione 1200 merc. dicto Dav. et heredibus masc. de corpore suo legit. procreatis solummodo, quibus deficientibus, dicto Geo., heredibus ejus et assignat. quibuscunque) de episcopo Rossensi in feudifirma :—REDDEND. dicto Dav. unum den. albe firme ; et relevando dictum Dav. de summis &c. in infeofamento dict. terrarum contentis :—RESERVATO vitali redditu dicto Dav. et Grisillidi Leslie, eorumque diutius viventi :—cum precepto sasine directo Jac. Lesly et Alex. Thomesoun :—TEST. Magistris Davide Dunbar et Tho. Ros rectoribus de Cullycuddin et Alnes, Thoma Smith et Ric. Irrowing in Canonia Rossen., Alex. Pedder et Davide Brachane notariis publicis :—Apud Canoniam Rossen., 7 Apr. 1568] :—NECNON cartam (dicti) Georgii Dunbar de Avache,—[qua vendidit JACOBO DUNBAR, filio suo legitimo,[1]—villam &c. supradict.:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto Geo. suisque heredibus et assignatis quibuscunque reversuras, de rege virtute acti annexationis :—REDDEND. devorias in originali carta feudifirme contentas :—cum precepto sasine directo Jo. Dunbar apparenti de Avache :—TEST. Rob. Grahame archidecano Rossen., Quintigerno Gollan burgen. de Rosmerky, Wil. Thomesoun burgen. ibidem, Davide Ros in Canonia Rossen., Adamo Dunbar notario publico (scriptore presentium) : — Apud Canoniam Rossensem, 1 Mar. 1595] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Jac., suprascripta ei, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo in feudifirmam dimisit :—REDDEND. 6 lib. 16 sol. firme antique, 27 sol. 2½ den. antique augmentationis, 3 sol. nove augmentationis, ½ martam (aut 26 sol. 8 den.), 3 mutones (vel 3 sol. 4 den. pro quolibet), bollam avenarum custumalium (aut 10 sol.), duas duodenas pultrearum (aut 18 denarios pro duodena) ; et duplicando dictas summas pecuniarias in introitu heredum ; necnon prestando 3 sectas curie apud Canoniam Rossen. ; et perimplendo ceteras clausuras in originalibus infeofamentis contentas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 132.

446. Apud Edinburgum, 5 Jul.

REX in feudifirma locavit JOANNI WALLACE de Maynfurd, heredibus ejus et assignatis,—mercatam terrarum antiqui extentus de Milburne (per dictum Jo. possessam, et cujus predecessores dicti Jo. fuerant nativi rentallarii et tenentes ultra hominum memoriam), in parochia de Galstone, balliatu de Kyll-stewart, vic. Air ; —que olim ad abbatiam de Melros pertinuit :—SOLVEND. 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam introitu heredum et assignat. : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 77.

447. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX concessit Domine ISSOBELLE HAMMILTOUN domine Seytoun in vitali redditu, et ALEXANDRO DOMINO URQUHART, collegii justiciarie presidi, et Domine LILIE DRUMMOND ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et

[1] The introductory clause adds "quartogenito."

heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras et baroniam de Fyvie alias Foirmartene (viz. *lie* Manis de Fyvie cum fortalicio, manerie loco, silva et parcis, terras earundem ex antiquo nuncupatas terras burgales [*lie* Borrowlandis] de Fyvie, et croftas vocatas *lie* Cotteris-croftis, Parkburne, Carlishill, Claymyres, Levingstounescroft et Geldingiscroft, molendinum de Fyvie, terras molendinarias, astrictas multuras et sequelas ejusdem, Park et Tifte ad dominium de Fyvie ex antiquo spectan., Darnabo, Mekle Gourdeis et Litle Gourdeis cum molendino de Gourdeis, terris molendinariis &c., et croftis hujusmodi [per Hectorem Smith et Jac. Pyper occupat.], Stanemanehill, molendinum et multuras ejusdem, Camaloun et croftas earundem, Haddow de Fyvie, Auldtoun de Petty, Hill de Petty, terras vocatas *lie* Mylne de Petty cum molendino, terris molendinariis &c., molendinum fullonum de Petty, ... dimedietatem de Eistertoun, cum molendinis omnium predict., cum superioritate villarum et terrarum de Watterstoun et Jakstoun, Bogheidis, Cowhill et . . . . dimedietatis de Eistertoun, cum tenentibus &c., advocatione beneficiorum et capellaniarum, et presertim altaris S. Niniani in ecclesia S. Nicolai de New Abirdene), necnon terras de Rothiebirsbane cum molendino, terris molendinariis &c., in parochia de Fyvie, vic. Abirdene;—quas Georgius Meldrum de Dunbrek, Geo. Meldrum filius et heres quondam Willelmi M. de Fyvie, Alex. et Georgius M. filii dicti Geo. filii Willelmi, And. M. pater dicti Geo. M. de D., And. et Jo. M. fratres dicti Georgii, M. Wil. Meldrum de Haltoun, Patricius Bercley de Tolly, Alex. Innes de Cottis et Alex. Hwesoun burgen. de Abirdene, cum consensu Ricardi Cokburne junioris de Clerkingtoun militis, et dictus Ric. pro suo interesse, in favorem dictarum personarum resignaverunt; et quas rex,—ob eximia officia sibi per dictum dom. Urquhart multis annis elapsis in secreto concilio, sessione et scaccario aliisque publicis negotiis tam infra quam extra regnum prestita,—dictis personis de novo dedit, et in liberam baroniam de Foirmartene incorporavit, ut unica sasina apud castrum de Fyvie capienda pro omnibus staret:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme, pro omni alio onere warde &c.:—et rex promisit se hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificaturum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 93.

448. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO CRUIKSCHANK, filio legitimo Joannis C. de Tillimorgin,—terras de Tillimorgin, cum molendinis, silvis, piscariis, in baronia de Wranghame, regalitate de Lundoris, vic. Abirdein;—quas (olim de monasterio de Lundoris tentas) dictus Jo. in favorem dicti Wil. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. et heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque reversuras, in feudifirma:—REDDEND. annuatim 6 libras 13 sol. 4 den., 24 sol. pro uno *lie custome-mart*, 10 sol. pro 2 mutonibus, 3 sol. pro 6 pultriis, 8 sol. 4 den. pro 2 bollis *lie custome-aittis*, 33 sol. 4 den. pro 4 bol. victualium aride multure, 2 sol. pro careagiis, 26 sol. 8 den. pro gressumis, et 4 lib. augmentationis, in toto 16 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia baronie de Wranghame; et comparendo ad curias justiciarie et camerarie dicte regalitatis cum requisiti essent; necnon solvendo *lie knaifschip* ad molendinum de Williamstoun consuet. de granis dict. terrarum; cum servitio sive expensis faciendis in sustentatione ½ equi cum servo pedestri tempore belli in exercitibus regiis contra invasores regni; nec liceret dictas terras alienare; et si firma de termino Penthecostes maneret insoluta usque ad festa S. Martini in hieme proxime sequen., hec carta nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 97.

449. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX, pro pecuniarum summis persolutis, in feudifirmam locavit PATRICIO WAUS de Barnebarroche militi, uni senatorum

collegii justitie, pro ejus vita, et JOANNI WAUS ejus filio et apparenti heredi,—terras de Knokkan, Killdarrache, Kirewalcoke, 5 mercat. terrarum de Kerebrewyne, $2\frac{1}{2}$ mercat. de Cluttauche, extendentes in vetere rentali ad 26 lib. 13 sol., in dominio de Galloway, vic. Wigtoun; et 5 mercatas terrarum de Arborg, extenden. in antiquo rentali ad 17 lib., vic. Wigtoun;—quarum (preter Arborg) dictus Pat. ejusque predecessores antiqui et nativi feudifirmarii et possessores fuerant; et in quibus terris de Arborg dictus Pat. infeodatus est per Jac. Makertney qui hereditarius feudifirmarius fuerat:—TENEND. dicto Patricio *ut supra*, dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio W. secundo filio natu dicti Pat., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus deficientibus, Roberto W. ejus filio natu tertio, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro W. filio quartogenito dicti Pat., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. et tallie dicti Pat. in carta feudifirme terrarum de Barnebarroch contentis:—DANDO annuatim pro Knokkan 8 lib. 13 sol. 4 den., pro Kildarrachie 4 lib. 6 sol. 8 den., pro Kerebrewyne 8 lib. 13 sol. 4 den., pro Kerewalcok 5 libras, pro Cluttauche 4 libras 13 sol. 4 den., pro Arborg 17 lib., et 18 sol. 8 den. loco gressume pro Cluttauche, et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 44 lib. 8 sol. 8 den.; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 130.

450. Apud Strivilinge, 9 Jul.

REX,—pro ipso et tanquam legitimus administrator Henrici principis et senescalli Scotie filii sui,—concessit JACOBO DUNLOP de eodem, heredibus ejus et assignatis,—4 libratas terrarum de Halpland antiqui extentus, in balliatu de Cunynghame, vic. de Air;—que ad quondam Jo. Dunlop de Halpland pertinuerunt, tente per servitium warde; et regi et principi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem per dictum Jo. factam Joanni Wallace in Burnebank absque licentia superioris:—TENEND. de dicto principe:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 71.

451. Apud Dumfermeling, 10 Jul.

REX ad feudifirmam dimisit WILLELMO MURHEID filio quondam Joannis M. in Eistsyd de Partik, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 solidat. 8 denariat. terrarum in dicto orientali latere de Partick vocat. *lie* Byris earundem (per Andream Younger occupat.), in baronia de Glasgow, vic. . . . . ;—que olim fuerunt pars temporalitatis archiepiscopatus Glasguen.; et de quibus dicti Wil. et Joannes aliique eorum predecessores rentellarii et antiqui tenentes multis annis elapsis extiterant:—REDDEND. 5 bollas farine avenatice, et 4 den. in augmentationem rentalis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ad terras suprascriptas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 139.

452. Apud Dunfermeling, 12 Jul.

REX concessit et,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 47. 39. 37. 50.),—pro fideli servitio, de novo in feudifirma dimisit ROBERTO CHIRNESYD de Ovir Possill, Glasguensi commissario, et MARIOTE SCOTT ejus conjugi,—43 solidat. 4 den. terrarum de Over Possill, et lacum jacen. borealiter versus orientem a terris de Coustoun eisdem adjacentem, 5 solidat. 5 den. terrarum in Auchnarne, in baronia de Glasgow, vic. Lanerk;—quas terras de Ovir Possill idem Rob., Auchnarne Tho. Muirheid filius quondam Joannis M. in Auchnarne, in favorem dictorum Roberti et Mar. resignaverunt:—TENEND. dictis Rob. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus (masc.) dicti Rob. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. annuatim pro Ovir Possill 36 sol. 8 den., 2 bollas brasii, 3 bol. farine avenatice, $\frac{1}{2}$ bol. ordei, 2 bol. avenarum *lie hors corne*, 2 capones, 2 *lie pultrie foullis*, et 8 den. augmentationis; pro Auchnarne 4 sol. $6\frac{1}{2}$ den., 1 firlotam brasii, 1 firl. *lie hors corne*, $7\frac{3}{4}$ peccas farine multure, $\frac{3}{4}$ caponis, $\frac{1}{2}$ *lie poultrie foull*, et 2 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmas pecuniarias in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 157.

453. Apud Falkland, 20 Jul.

REX ad feudifirmam dimisit MALCOMO M'GILLICHALLUM filio et apparenti heredi Malcolmi Macallester V'Gillichallum de Rasay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Rarsay, viz. Claichane, Oiscaig, Inverweig, Claim, Madniso, Brewquhill, Awirnis, cum insulis de Pladda et Ronehae, Screbiddill, Hallaig, Auldali, Livast, Nefuernyn, Laggan, Atthro, Satir, Ire, Suisnis, Inverarois, Toradoill et Ramsdall, extenden. ad 8 mercat. antiqui extentus, necnon terras de Ire in Troueternes, Totua, Caraboist, Unresalider et Unisuisod, extenden. ad 3 mercat., et in toto ad 11 mercat. ant. ext., cum fortaliciis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum ecclesiarum de Kilmaluak in Rasay et Sneissort in Trouternes (per dictum Malc. seniorem et ejus tenentes occupatas), in episcopatu Insularum, vic. Invernes;—que fuerunt dicti Malc. senioris, ejus patris, avi et predecessorum, tanquam antiquorum feudifirmariorum et nativorum tenentium de episcopis Insularum; et regi devenerunt per actum annexationis:—Reddend. annuatim 24 merc., et 30 (13?) sol. 4 den. nove augmentationis, viz., 12½ merc. ad festum Penthecostes et 12½ merc. ad festum S. Martini; et attendendo super regem et regis locumtenentes quandocunque ad dictas insulas reparent, sicuti ad dictos episcopos obligati erant:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 137.

454. Apud Falkland, 22 Jul.

REX,—quia terre et cottagia subscripte, prius ad prioratum de Coldinghame pertinentes, possessoribus et cottariis pro solutione devoriarum subscript. in feudifirma locate erant, et quia tenentes non potuerunt nova particularia infeofamenta a rege accipere, quia cottagia permulta exiguique valoris fuerunt,—pro securitate unicuique tenentium conficienda, et ut rex sufficientem immediatum tenentem haberet,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 37. 52. 55. 39. 51.), —ad feudifirmam dimisit RICARDO CAS scribe signeti sui, heredibus ejus et assignatis,—3 terras husbandias cum domibus et cottagiis in territorio ville de Eymouth (viz. unam per Joannem Hoppringill filium quondam Willelmi H., alteram per Wil. Home fratrem germanum quond. Alexandri H. in *lie* Crocegait de Coldinghame, tertiam per quondam Alex. Broun et tunc per ejus relictam et filium eorumque subtenentes, occupatas), cottagia in communitate ville de Eymouth (inter litus marinum, capellam dicte ville aliasque bondas specificatas), alia cottagia (intra bondas specificatas), cottagium per Stephanum Hair occupat., ½ cottagium per quond. Alex. Bradie occupat., 3 cottagia jacentia contigue (juxta terras vocat. Hundlaw), 2 dimedia cottagia per quond. Jo. Bradie occupat., cum domibus, clausuris, tenentibus, tenandriis, feudifirme firmis et devoriis, in villa et territorio de Aymouth, baronia de Coldinghame, vic. Beruik; croftam arabilis terre vocatam *lie* Baillie-croft ex boreali latere ville de Paxtoun (inter terras domini de Suanisfeild et quondam Davidis Paxtoun, et aquam de Quhittiter): — Insuper rex voluit quod una sasina pro omnibus staret:—Reddend. pro terris husbandiis 52 sol. 6 den., et 15 pultrias, pro cottagiis 3 lib. 7 sol. 6 den., et 45 pultrias, ac pro dicta crofta 4 sol., tanquam firmas antiquas, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Proviso quod dictus Ricardus Cas in strictissima forma obligaretur suprascripta in feudifirma locare de se tenta presentibus possessoribus qui habuerunt jus et amicitiam *lie kyndnes*, pro solutione inde rationabilium devoriarum super conditionibus et clausulis irritantibus in infeofamentis continendis; et si qui tenentes deficerent acceptare infeofamenta infra anni spatium, liceret dicto Ric. de eorum terris disponere prout maxime expediens censeret:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 79.[1]

[1] This charter has the following names of owners of lands adjoining the above lands of Eymouth; Wil. Lindesay in Lintelawis, Steph. Bradie, Wil. Home in Quhytrige, Rob. H. his son, umquhile John Wilsoun fisherman, John Tod in Eist Restoun, John Gray, John Fergussoun, Mungo (*Quintigernus*) Levingstoun, Wil. Home portioner of Swynwod, the heirs of the Fastcastell, the laird of Aytoun, umq. Tho. Gray.

455. Apud Falkland, 22 Jul.

REX confirmavit cartam factam per Jo. Ros de Cragy (cum consensu Agnetis Hepburne ejus sponse et Andree R. ejus filii et heredis apparentis masculi), et per Rob. Stewart de Pettheveles (cum consensu Jeanne Ros ejus sponse pro ejus interesse), —[qua vendiderunt JOANNI MURRAY de Tibbermure, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Pettheveles cum fortalicio et manerie loco, terras de Lonesyid, moram de Pettheveles (cujus bina pars ad dictum Jo. R., tertia pars ad quond. Jac. R. de Pettheveles ejus fratrem pertinuit), lapicidium de Pettheveles ex utraque parte torrentis (cujus orientale dimedium ad terras de Cragy, occidentale ad terras de Pettheveles spectavit), in baronia de Cragy, vic. Peirth;—RESERVANDO illas partes de Pettheveles vocat. *lie* Hungriehill (per Jo. et Rob. Lethames occupat.), et *lie* Carishill (per Wil. Dowy occupat.);—necnon, in speciale warrantum suprascriptorum, terras et *lie* Manis de Malar, cum fortalicio et manerie loco, et piscaria in aqua de Erne, vic. Perth;—necnon (in speciale warrantum decimarum tam rectorie quam vicarie de Pettheveles, Hungriehill, Carishill, Lonesyid et dicta mora, per se dicto Jo. M. assedatarum) annuum redditum 2 celdrarum victualium, ½ ordei et ½ farine avenatice, de terris et *lie* Manis de Malar deliberandum apud Pettheveles sive infra burgum de Perth:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—exceptis a warrantizatione omnibus per dictum Rob. factis in favorem dictorum Jo. R. et Ag., specificatis in 5 contractibus inter dictos Jo. R. et. Ag. ab una, dictos Rob. et Jean. ab altera partibus, de datis 7 Maii 1585, 9 Dec. 1587, 13 Maii 1589, 14 Maii 1592, 23 Maii 1595:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Moncreif de Eister Moncreif advocato, Joanne Fentoun servo dicti Jo. Murray, Jo. Crukschank servo dicti Jo. Ros, Jo. Hendrie scriba servitore Thome Gaw notarii in Peirth (scriptore carte), Jac. Fleming, Jac. Bowar, dicto Tho. Gaw, notariis: — Apud Malar, 6 Maii 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 134.

456. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX concessit JOANNI HAMMYLTOUNE de (Eister) Bynning, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eistir Byning (valentes annuatim 10 celdras victualium, ⅔ farine et ⅓ ordei, pretium bolle 4 lib.), vic. Linlithgow;—que fuerunt Willelmi Hammyltoun de Pardoven; et in actione ad instantiam M. Davidis M'Gill de Cranstoun-Riddell et M. Joannis Skene advocatorum regis pro regis interesse, et dicti Jo. H. donatoris nonintroitus dict. terrarum a decessu Davidis Bynning de eodem, contra dictum Wil. et Jac. H. ejus patruum, Gavinum H. fratrem avi dicti Wil., et Jo. Bruce de Kincavill, curatores dicti Wil., dictus Jo. H. obtinuit firmas dict. terrarum a mense Aug. 1534 ad 14 Feb. 1593 (datam principalis summonitionis in causa), extenden. annuatim ad 4 celd. farine, 3 celd. ordei et 1 celd. tritici (pretium bolle 40 sol.), in integro 15232 lib., necnon 20 lib. pro expensis litis et 40 sol. collectori dominorum concilii solutos;—et, bonis mobilibus ad valorem 775 lib. apprehensis et dicto Jo. H. traditis, et dictis Wil. &c. (et dicto Jo. Bruce apud ejus locum habitationis de Wattirstoun) summonitis, 2 Jan. 1594 dicte terre appreciate fuerunt[1] et dicto Jo. H. vendite pro resta dictarum summarum, et pro 744 lib. 17 sol. pro feodo Quintigerni Stratherne nuncii, vicecomitis in hac parte:—REDDEND. annuatim tertiam partem secte curie apud Linlithgow, et unum den. argenti apud burgum de Linlithgow nomine albe firme:—et voluit rex quod dictus Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent

[1] Names of assize: — Rob. Hammyltoune of Baithgait (chancellor), John Hammyltoun of Grange, Jas. Polwart of Coustone, Joh. Stevinsoun of Hirdmanscheillis, Ric. Hammyltoun in Nes, John Hammyltoune and Ric. Falconer *ibid.*, Wil. Dowglas of Baddis, Wil. Crichtoun of Drumcors, John Ramsay in Bangour, George Craufurd in Deane, Alex. Bartlimo in Caribber, Jas. Ros in Tortreavin-manis, Mich. Bartane in Middeltoun, Alex. Hammyltoun in Parkley, Alex. Aikinheid in Midiltoun, John Ewing in Strabrok, Thomas Hairt in Richartoun, Alexander Hammyltoun of Bogheid.

infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 186.

457. Apud Halyruidhous, 24 Jul.[1] REX,— cum avisamento &c. (18.),— ad feudifirmam dimisit HENRICO PITCARNE de eodem, filio et heredi quondam M. Joannis[1] P. de eodem,—decimamsextam partem terrarum de Kingiskettill, in dominio et vic. de Fyiff ;—que dicto Hen. per Jac. Robertsoun antiquum et nativum rentallarium ejusdem disposita est :—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, heredibus fem. absque divisione ; cum libero introitu per terras de Ramelry ad Drummy-mwre : — REDDEND. annuatim 16 sol. 8 den., 2 bollas 1⅓ peccas ordei, 4 bol. 2 ⅓ pec. avenarum, ½ anserem, 2¼ pultreas, et 12 den. augmentationis ; ac sectam et presentiam ad 3 placita capitalia senescallatus de Fyiff secundum usum consuetum ; et duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 306):—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 70. 49. 50. xli. 442.

ANNO REGNI 30. ANNO DOMINI 1596.

458. Apud Dunfermeling, 29 Jul. REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI OLIPHANT filio legitimo natu tertio quondam Petri O. de Turingis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Heuchfeild, vic. Perthe ;—olim ad abbatiam de Culros spectantes :—REDDEND. 32 sol., et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 82.

459. Apud Dunfermeling, 29 Jul. REX confirmavit caftam M. Joannis Layng signeti regii custodis, et Rebecce Danielstoun ejus sponse,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 9 Jun. 1596, continentis in libris dominorum concilii registrari, — cum consensu Eliz. Danielstoun relicte Nigelli Layng signeti regii custodis, domine vitalis redditus subsequentium, — vendiderunt D. RICARDO COKBURNE feoditario de Clerkingtoun militi, et Domine BARBARE SINCLAIR ejus sponse, — terras de Kirkhill cum manerie, in parochia et baronia de Strab(r)ok, vic. Linlithgow :—TENEND. dictis Ric. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Ric. quibuscunque cognomen et insignia de Cokburne gerentibus, absque redemptione, de rege (loco decani et prebendariorum de Restalrig) in feudifirma : — REDDEND. 11 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum : — cum precepto sasine directo Jacobo Stewart feoditario de Brighous :—TEST. Alex. Forrestar et Wil. Flemyng famulis Domine Joanne Flemyng domine Thirlestane, Joanne Stirviling famulo dicti Ric., Davide Pursell servo dicti Jo. Layng : —carta scripta per Jo. Castellaw servum Adami Cowper scribe :—Apud Edinburgh, 11 Jun. 1596] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 102.

460. Apud Dumfermeling, 29 Jul. REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI LYOUN juniori de Cossynns, et JEANNE CAMPBELL ejus sponse, —occidentalem dimidietatem terrarum de *lie* Grange de Kincreich, et dimid. molendini granorum de K., cum terris molendinariis, astrictis multuris &c., in dominio de Couper, vic. Forfar ;—olim ad monasterium de Cowper pertinentes:—INSUPER rex ratificavit omnes cartas dicto Jo. et ejus predecessoribus desuper concessas :—TENEND. dictis Joanni et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque :—RED-

[1] The A.D. has been cut away, and the charter is placed here according to the regnal year. But in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 100, the date is 24 Jul. 1595, an. reg. 29 ; and the witnesses' names favour the date 1595. The reading *Joannis* (for *Patricii*) is adopted from *Reg. Sec. Sig.*

DEND. 18 libras 17 sol. 9 den., cum 42 caponibus, et 4 bollis avenarum ad equorum pabulum; cum importatione dicto monast. piscium aridorum a villa de Monros sive alio quocunque portu litoris marini infra Angusiam seu Merniam pro regis sustentatione, et importatione ibidem *lie bent* singulis annis cum requisiti essent, ceterisque servitiis consuetis ante infeodationem quondam Thome Kennydie apparentis de Cowie; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando tres sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast.; et partem capiendo in defensione regis et dicti monast. cum requisiti essent; et si in solutione defecissent infra 40 dies post terminum, liceret regi distringere pro debitis, cum 40 sol. pro damno et interesse convento:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 138.

461. Apud Dumfermeling, 31 Jul.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO SANDILANDIS de Sanct-Monanis, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—dimed. terrarum de Sanct-Monanis *lie* Inverie nuncupatarum, alteram dimed. de Inverie vocat. *lie* Wester Sanct-Monanis, cum molendinis, terris molendinariis &c., et 8 acras de Sanct-Monanis adjacentes loco de S., cum portu ejusdem, ejus anchoragiis &c., cum fortalicio *the New-wark* de S., villa de S., salinis, domibus, carbonariis, molendinis, in regalitate S. Andree, vic. Fyffe; cum advocatione rectorie et vicarie de Kingorne; — quas idem Wil. resignavit:—PRETEREA rex,—intelligens dictum Wil. magnos sumptus impendere pro constructione portus juxta litus maris apud dictam villam, — erexit dictum portum de S. in liberum portum; cum potestate dicto Wil. *lie hevin silvir*, parvas custumas, anchoragias et alias devorias liberi portus percipiendi; — et erexit dictam VILLAM DE SANCT-MONANIS in liberum burgum baronie cum libero portu;—cum potestate dicto Willelmo ballivos, burgenses, officiarios constituendi et mutandi; cum potestate burgensibus ad *lie pak, peill*, emendum et vendend. &c., necnon habend. pretorium ac crucem foralem, et forum hepdomadatim die Jovis, cum libera nundina 1 Mar., pro 8 diebus tenenda; cum potestate dicto Wil. resignationes recipiendi terrarum &c. dicti burgi, et eas quibuscunque personis disponendi, curias burgales statuendi &c.:—INSUPER rex omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Sanct-Monanis, ordinando dictum *the New-wark* principale messuagium fore:—REDDEND. pro dictis 8 acris et fortalicio unum den. albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 229.

462. Apud Falkland, 2 Aug.

REX ad feudifirmam dimisit GREGORIO GRANT filio legitimo Jacobi Grant de Auchernik, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre nuncupatam Pitchyrell (que olim ad capellaniam S. Niniani in parochia et ecclesia parochiali de Kilmoir pertinuit), in dominio de Urquhart, vic. Invernes:—REDDEND. 53 sol. 4 den., et 16 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 140.

463. Apud Edinburgh, 5 Aug.

REX concessit GEORGIO SCHAW de Glenmure, heredibus ejus et assignatis,—25 solidat. terrarum de Auldtoun-Corcebie, per Wil. Neill, Alex. et Jo. Cunynghameis occupat. (valentes annuatim 16 bollas ordei, pretium bolle 4 lib. 13 sol. 4 den., defalcando 1 bollam 5½ peccas pro feudifirmis infrascriptis), in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air;—que fuerunt Willelmi Cunninghame de Tourlandis (retornati heredis quondam Jacobi C. de T. ejus patris de data 18 Nov. 1588), de rege tente loco Willelmi Wallace ministri de Failfurd per actum annexationis; et (literis Joanni Turbat nuncio, postea Willelmo M'Clintoun nuncio, denique Roberto Reid nuncio directis, et bonis mobilibus apud 5 libratas terrarum de Auldtoun-Corsbie, 5 mercatas de Carbello nuncupat. Gas et Woltreis, in balliatu de Kyle-stewart, et apud tertiam partem de Southweik et 40 sol. terrarum de Tourlandis, in balliatu de Cunninghame, quesitis), cum dictus Geo. cum Wil. Muntgummerie scriba prolocutore, dictus Wil. C.

cum Wil. M'Kerrell clerico vicecomitatus de Air prolocutore, Daniel Cunynghame de Dalkeith cum Davide Reid prolocutore comparuissent, 28 Jul. 1596, dicte terre appreciate fuerunt[1] et dicto Geo. vendite pro 1320 lib. in partem solutionis summe 2520 lib. ei debite pro ipso et tanquam cessionario Joannis Beg, Martini Beg, Roberti Miller et Joannis Steinsoun ejus servorum, secundum tria decreta per eos contra dictum Wil. C. obtenta pro spoliatione quorundam equorum et equarum et vaccarum de terris de Gas, Woltreis et Flook, et pro 66 lib. pro feodo vicecomitis, prout contentum est in processu appreciationis per dictum Joannem Turbat et Geo. Angus juniorem clericum ejusdem subscripto:—REDDEND. 6 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—et voluit rex quod dictus Wil. C., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. 65. 46. 73. 72. 70. 49. 50. xli. 91.

464. Apud Falkland, 9 Aug.

REX,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 65. 47. 55. 39. 51.),—concessit JEANNE BARCLAY relicte Roberti Innes de Invermarkie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Invermarkie, villas et terras de Dawidstoune, Stanefurd, Corbretak, Schanwell, Midtoune cum croftis earundem, Winderaw, Hilsyd et Romora, vic. Abirdeine; villas et terras de Plewlandis et Wgstoune, vic. Elgin et Forres;—quas Alex. Home de Northberwik prepositus burgi de Edinburgh (cui per regem concesse erant post forisfacturam dicti Rob.) apud Dumfermeling in favorem dicte Jean. resignavit;—villas et terras de Ovir et Nethir Dummaith, et *ailhous* et Ailhouscroft earundem, unam bovatam terre infra terras dominicales de Edinglassie, terras de Ovir Lettachquhy, Pertbeg (omnes olim tentas de episcopo de Abirdeine), vic. Banff; terras de Kirkhill de Langbryd (olim tentas de precentore de Murray), privilegium nundinarum et fororum ecclesiarum de Wgstoune et Langbryd, piscationem super occidentali latere oris aque de Inverspay *lie tugnet* nuncupat.; cum omnibus turribus, maneriis, molendinis, piscationibus, silvis, parcis;—que regi devenerunt ob forisfacturam dicti Rob.:—REDDEND. feudifirme firmas aliaque servitia debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 81.

465. Apud Falkland, 10 Aug.

REX concessit et quitteclamavit TORQUILLO M'CLOYD de Lewis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Assint, cum manerie, fortaliciis, molendinis, piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, terras et baroniam de Cogeach, cum manerie, fortalicio, molendinis &c. (*ut supra*), in comitatu de Ros, vic. Invernes; terras, insulam et baroniam de Lewis, cum castro, manerie, molendinis &c. (*ut supra*),—reservando regi dictum castrum de L., castrum de Stornway nuncupat., cum 20 mercatis terrarum adjacentibus, secundum resignationem per dictum Torq. ad remanentiam desuper fiendam,—terras et insulam de Watternes cum manerie et piscaria, vic. Invernes:—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud maneriem de Ullabill, existen. principale messuagium baronie de Cogeach, capienda pro omnibus staret:—PROVISO quod dictus Torq. fidelis regi remaneret, et nullum crimen proditorie seu lese majestatis faceret; in quo si defecisset, hoc infeofamentum nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 145.

---

[1] Names of assize, first impanelled 22 June 1596:—Quintin Craufurd of Drumlauch (chancellor), Wil. Wallace of Barneweill, Alex. Fergushill wardatar of Fergushill, Adam Wallace of Hilhous, Geo. Wallace of Carnell, Peter Hamyltoun burgess of Air, Joh. Mure in Wodland, Joh. Powar junior burgess of Air, William Cathcart of Bardarroch younger, John Campbell in Lochfergus, Math. Thomesoun in Gibbisyaird, John Powar senior burgess of Air, William Wallace of Wausfurd, John Chalmeris of Ynchgotrik, John Neisbit in Mosblowane. On 22 and 28 July Quintin Craufurd was absent, and was replaced by Wil. Wallace of Brighous (chancellor); on 28 July Alexander Fergushill was absent, and his place was taken by Mungo (*Quintigernus*) Reid of Drumfork.

466. Apud Falkland, 11 Aug.
REX concessit HENRICO BICKERTOUN scribe signeti sui, heredibus ejus et assignatis,—vastam caudam terre, cum *lie vorkhousis* et *lymepottis* ad australem partem borealis lacus dicte caude incumben., in burgo de Edinburgh ex boreali parte publice vie (inter murum horti dicti Hen., dictum lacum, terras Jo. Peiblis et Hen. Hope);—que ad regem pertinuit tanquam ultimum heredem quondam Roberti Rynd burgensis de Edinburgh, vel quond. Willelmi R. ejus filii, seu quond. Thome R. filii dicti Willelmi seu quond. Michaelis M'Quhen aut quond. Jonete Rynd ejus conjugis: — Tenend. in libero burgagio; cum potestate tenendi unam cimbam super dict. lacum:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xli. 143.

467. Apud Falkland, 12 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Seytoun, filii legitimi quondam Georgii dom. S.,—[qua vendidit JACOBO MAKCULLO in Balfairne (qui Jac. et ejus predecessores fuerant *lie auld kyndlie tennentis, rentellaris and possessiouris* terrarum subscript. ultra hominum memoriam), heredibus ejus et assignatis,—4 mercat. terrarum de Knokincuir antiqui extentus, cum silvis et piscariis, in parochia de Kirkynnair, vic. de Wigtoun:—Reddend. regi 10 mercas, et 2 sol. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Carolo Downe in Stewartoun:—Test. Jac. Quhytfurd de eodem, Jo. Cochren ballivo Pasleti, Mich. Hammiltoun burgensi ejusdem, And. Crawfurde, M. Roberto Kaa, servitoribus D. Claudii Hammiltoun commendatarii de Pasleto: — Apud monast. Pasleti, 11 Jun. 1588]:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xli. 146.

468. Apud Falkland, 13 Aug.
REX dedit literas remissionis JACOBO LAW nuncio in Elgene, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Willelmi Tailyeoure in Elgyne. xli. 87.

469. Apud Falkland, 13 Aug.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit BERNERDO BELLENDEN filio legitimo quondam Joannis B. de Pendreiche, heredibus ejus et assignatis,—6 rudas terrarum nuncupatas *lie* (Nethir) Frankland (inter terras Nic. Ewmond ex orien., *lie* Ovir Frankland ex australi, *lie loning-dyke* ex occidentali, terras domini Yester et Brigland apud finem orientalem de Dalkisheuche ex boreali), vic. Peiblis; —quas Jo. Wichtman burgen. de Peiblis apud Halyrudhous resignavit:—Reddend. unum caput allii nomine albe firme:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xli. 149.

470. Apud Falkland, 14 Aug.
REX,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 55. 52. 37. 39. 51.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit WALTERO MAWER de Mawerstoun, et MARGARETE VAUS ejus conjugi,—villam et terras de Kilquhis-Westir (quarum *lie* Schui[lb]reidis de Kilquhis pendiculum extitit quamvis separatim jacuit), in dominio et vic. de Fyff;—quarum unam dimedietatem idem Walt. cum consensu dicte Marg., alteram And. Patersoun de Luthrie cum consensu Georgii P. filii sui et heredis apparentis, apud Falkland et Edinburgh resignaverunt in favorem dictorum Walt. et Marg.:—Insuper rex ratificavit jura per se suosque progenitores quondam Michaeli Averie, Jacobo Averie aliisque eorum antecessoribus seu successoribus desuper confecta:—Tenend. dictis Walt. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Walt. quibuscunque: — Reddend. 8 lib. feudifirme; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 260, omissa clausula de canape et lino seminandis):—Test. *ut in aliis cartis &c.* xli. 92.

471. Apud Falkland, 14 Aug.
REX,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 37. 52. 55. 39. 50.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo M. WILLELMO HERT de Levelandis advocato suo, et MARGARETE CARNECORS ejus sponse,—terras de Littill Prestoun, cum molendino, terris molendinariis &c., in regalitate de Sanctandrois, vic. Edin-

burgh; dimedietatem terrarum de Westir Levelandis, in dicta regalitate, vic. Stirveling;—quas, olim de archiepiscopo de Sanctandros tentas, idem Wil. resignavit: —TENEND. dictis Wil. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. ejusque heredibus et assignatis legitimis et propinquioribus quibuscunque:—REDDEND. pro Littill Prestoun 6 den. albe firme; ac duplicando albam firmam in introitu heredum;—pro Levelandis 33 sol. 4 den. feudifirme, ac 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 174.

472. Apud Falkland, 17 Aug.

REX,—intelligens DONALDUM GORME de Slait ejusque predecessores fuisse favorabiles et nativos tenentes et hereditarios possessores terrarum subscript., et originales cartas ejus progenitoribus pertinentes occasione depredationum et crudelium inimicitiarum ac temporis injuria perditas esse, —cum consensu &c. (45. 64. 66. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit dicto Donaldo, heredibus ejus et assignatis,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Slait, 40 libratas ant. ext. de North Wist, 30 mercatas de Skerehoug, 12 mercatas de Beambecula, denariatam de Gergremynis, 2 den. de Scalpic, 4 den. de Gremynis, 2 den. de Tallawmartin, 6 den. de Orvinsaig, ½ den. de Waynlis, ½ den. de Ile-Gillegerre, cum castris, molendinis, silvis, piscationibus, libertatibus tam per mare quam per terram consuetis, infra dominium Ilarum, vic. Invernes:—PROVISO quod castrum de Cammys semper pateret regi regisque locumtenentibus, camerariis aliisque servitoribus regiam commissionem habentibus: —RESERVANDO 40 solidat. dict. terrarum de Wist per regem eligendas et possidendas per hujusmodi incolas ut regi optimum visum esset; sub provisione quod dicte 40 sol. nunquam disponerentur hominibus insulanis *lie hielandmen* nisi prius oblate essent dicto Donaldo:—SOLVEND. pro Slait 80 lib., et 6 lib. 13 sol. 4 den. augmentationis, pro North Wist 120 lib., et 6 lib. 13 sol. 4 den. augmentationis, pro reliquis 44 lib., in toto 257 lib. 6 sol. 8 den.; et duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 306); et si duo termini recurrerent in tertium minime soluti, hec infeodatio nullius esset valoris:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 345.

473. Apud Falkland, 10 Sept.

REX ad feudifirmam dimisit MARGARETE PIRNY relicte Patricii Moreis in South Kinkell, in vitali redditu, et HUGONI MOREIS portionario de South Kinkell ejus filio, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—20 solidat. terrarum de South Kinkell, in dominio de Stratherne, vic. Perth;—quarum dictus Pat. et ejus predecessores fuerant antiqui et *lie kyndlie* rentallarii et tenentes post hominum memoriam; et que dicto Hug. per regem prius in feudifirma locate erant:—REDDEND. 35 solidos, cum parte de *lie mairt-silver* consuet., et 20 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 306):—TEST. 65. 46. 71. 72. 70. 49. 50. xliii. 148.

474. Apud Falkland, 10 Sept.

REX ad feudifirmam dimisit ROBERTO MORESOUN portionario de South Kinkell, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—20 solidat. terrarum de South Kinkell, in dominio de Stratherne, vic. Perth;—quarum dictus Robertus ejusque predecessores fuerant antiqui rentallarii et nativi tenentes; et que prius dicto Rob. per regem in feudifirma locate erant: —REDDEND. et TEST. *ut in carta* 473. xliii. 149.

475. Apud Dunfermeling, 27 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALEXANDRO GHRAME de Craigochtie, in vitali redditu, et JOANNI GHRAME ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—25 solidatas terrarum de Drongy-Nes, 50 sol. de Drongy-Dormunt, cum tenentibus &c., in senesc. de Menteithe, vic. Perth;—quas Jo. Dormont senior de Drongy, cum consensu Joannis Dormunt filii sui et heredis apparentis ac Marthe Ghrame ejus conjugis pro

ejus interesse, et Patricii dom. Drummont ad quem dictus Jo. D. senior interdictus est, in favorem dictorum Alex. et Jo. G. resignavit apud Linlithgow:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 88.

476. Apud Dumfermeling, 27 Sept.
REX confirmavit cartam Joannis Kennydie de Beltersane, proprietarii de Grenane, et Margarete Catchart ejus sponse,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Mayboll, 14 Nov. 1588, necnon pro 3200 merc. persolutis,—vendiderunt (quondam) ARCHIBALDO FERGUSHILL preposito de Air, et SIBILLE CHALMER ejus sponse,—terras de Cunningpark, cum pecia terre vocata *the Tong* (olim per Jacobum Lokhart occupatas), in parochia de Mayboll, comitatu de Carrik, vic. Air:—TENEND. dictis Arch. et Sibille in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Arch. quibuscunque, de dictis Jo. K. et Marg., absque reversione:—REDDEND. unum den. albe firme:—PROVISO quod non tenerentur varrantizare dictam *lie* Tung nisi quatenus titulus dicti Jo. K. a dominis de Grenane et Glenbervie obtentus eam varrantizare posset:—cum precepto sasine directo Joanni Dalrumple burgen. de Air:—RESERVANDO dictis Jo. K. et Marg. piscationem cimbole salmonum (*the coble salmond fischeing*) in aqua de Doun que ad dominos de Grenane prius pertinuit; cum libertate trahendi salmonum tractus infra dictam aquam, necnon trahendi et siccandi retia super dict. terras in locis consuetis, necnon desuper habendi domunculam *ane ludge*, cum aliis privilegiis juxta morem solitum:—PROVISO etiam quod dicti Arch. &c. nullum haberent jus ad piscationes infra dict. bondas:—TEST. Jo. Makquornin ministro de Stratoun, Joanne Osburne et Davide Fergushill burgensibus de Air, Gilb. Ros, Olivero Ros, notariis publicis, Jo. Masoun clerico de Air notario publico:—Apud Mayboll, 16 Maii 1589]:—PRETEREA, pro bono servitio, dict. terras DAVIDI FERGUSHILL filio et heredi dicti Archibaldi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, concessit cum speciali privilegio de *lie wrak* et *wair*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 148.

477. Apud Dumfermeling, 30 Sept.
REX dedit literas legitimationis JOANNI DUNBAR bastardo, burgensi de Forres. xli. 89.

478. Apud Linlithgow, 29 Oct.
REX concessit JACOBO LOKHAIRT feoditario de Ley, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Staniebyres, Gilbank, Achinlek, Grenerig, Taithis et Kers, cum fortaliciis, manerie locis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., in parochia et baronia de Lesmago, vic. de Lanerk;—que fuerunt quondam Willelmi Weir de Stanebyres, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Wil. Weir factam Georgio W. ejus fratri germano de omnibus, saltem majore earum parte, necnon Gavino Lokhart ballivo de Lanerk de terrris de Achinlek et Gilbank cum fortalicio &c., et Margarete Weir filie legitime dicti Wil. de annuo redditu 400 merc. de terris de Stanebyres et Kers, et Jeanne W. filie legitime ejusdem Wil. de annuo redditu 500 merc. de terris de Auchinleck et Gilbank, et Joanni Symontoun seniori de eodem de annuo redditu 50 merc. de terris de Stanebyres et Gilbank, absque consensu regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 94.

479. Apud Edinburgh, 4 Nov.
REX concessit STEPHANO PATOUN filio Joannis P. in Ferrochie, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 148 lib. 10 sol. de terris de Innernytie, terris et molendino de Kinclewin cum terris molendinariis, et silva Clunywode appellata, vic. Perth;—que terre &c. fuerunt Joannis Crichtoun tunc de Innernytie (9 Jul. 1593 feoditarii de I.); et (bonis mobilibus apud terras de Innernytie, terras et molendinum de Tillebeltoun, terras de Kene et dict. silvam, quesitis) 20 Maii 1596 dictus ann. red. appreciatus [1] fuit pro 2830 lib. 6 sol. 8 den. dicto Stephano debitis tanquam

[1] Names of assize:—Joh. Cumming of Eirnesyid, George Auchinlek of Balmanno (chancellor), Jas. Ramsay of Quhythill, Jas. Hendriesoun of Drydane, Captain Pat. Hering, Alex. Fairlie of Brade,

assignato capitani Willelmi P. ejus fratris,[1] et pro feodo Patricii Loverance nuncii vicecomitis in hac parte:—REDDEND. unum den. albe firme:—et voluit rex quod dictus Jo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 95.

480. Apud Halyrudhous, 5 Nov.
REX ad feudifirmam dimisit JOANNI MAXUELL de Nedir Pollok, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Haggis, Govanescheillis, Titwode, mercatam terre que quondam ad villam de Govane pertinebat (per dictum Jo. et ejus tenentes occupatam), extenden. in integro ad 8 mercat. antiqui extentus, cum castro et manerie loco de Haggis, jacen. contigue, in baronia et regalitate de Glasgow, vic. Renfrew;—que olim ad archiepiscopatum de Glasgow pertinuerunt; et tunc regi devenerant per resignationem Walteri dom. de Blantyre thesaurarii regis:—REDDEND. pro dicta mercata $2\frac{2}{3}$ firlotas brasei, $2\frac{2}{3}$ firl. *lie hors-corne*, duos salmones, $2\frac{1}{2}$ capones, bollam multure farine, 5 peccas multure brasei, 1 firl. *lie guild-corne*, 12 sol. monete, et 2 sol. augmentationis; pro ceteris $7\frac{1}{2}$ bol. farine avenatice, $3\frac{1}{2}$ bol. brasei molati pro arida multura, 7 mercas monete, et 2 sol. augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia in civitate Glasguensi; necnon duplicando firmas pecuniarias in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 101.

481. Apud Halyrudhous, 10 Nov.
REX,—cum consensu &c. (45. 59. 37. 61. 52. 55. 39.),—in feudifirmam dimisit JOANNI WYLIE in Kirktoun de Methven, et ELIZABETHE GOTHREY ejus sponse,—mansionem cum ejus horto orientali, jacentem in villa ecclesiastica de Methven, hortum arbusculis et sepibus circumseptum linealiter a gabulo lapideo cubiculi quondam Alexandri Law vicarii pensionarii de Methven per 60 pedes ad orientem tenden., jacen. ex occidentali dicte mansionis (per dictum Jo. possessos), vic. Perth;—que olim ad capellaniam collegii de Methven pertinuerunt, per quond. D. Alex. Bellenden capellanum et unum prebendariorum ejusdem possessa:—TENEND. dictis Jo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 24 (solidos),[2] et 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 96.

482. Apud Halyruidhous, 10 Nov.
REX,—cum consensu &c. (45. 61. 67. 55. 39. 63. 37. 51.),—in feudifirmam dimisit et de novo dedit WILLELMO HODGE in Mauchlene, heredibus ejus et assignatis

---

Alexander Ireland of Burnebane, Mr Wil. Hay, Alex. Henrysoun younger of Fordell, Jas. Bannatyne of Pettindreich, Tho. Alexander portioner of Drumeldar, David Welsch chamberlain of Mr Rob. Douglas provost of Lincluden, Jas. Craufurd goldsmith burgess of Edinburgh. The first court was held 26 Feb. 1595, when there appeared Steph. and Wil. Patoun with Mr Joh. Prestoun and Mr John Nicolsoun forespeakers, as also Sir Jas. Crichtoun of Frendraucht knight and Jas. Crichtoun brother german of the above mentioned Joh. C. by their procurators. An assize was impanelled on 15 Mar. 1595, but gave no verdict. It consisted of the first five above named, with George Douglas of Bangour, John Cunninghame younger of that ilk, Jas. Guthrie of Gagie, Geo. Foullartoun of Dunnone, Rob. Bruce of Penlethie (Pitlethie?), Hugh Maxuell brother of the laird of Teling, Mr John Provand burgess of Edinburgh, Zachary Forrester fiar of Queinieshauch.]

[1] The sum is made up as follows:—(1) the sum of 800 *crownis of the sone of gold*, supplied by the said Wil. Patoun to the said Joh. Crichtoun in Flanders, with interest thereon at the rate of 10 per cent. per annum for $3\frac{1}{2}$ years before 24 June 1591; value of each crown 56s. Scots money: (2) £20 expenses of action, and 40s. paid to the collector of the Lords of Council: (3) interest at same rate on the said principal sum half yearly from Martinmas 1591 to Martinmas 1594 inclusive, value of each crown £3 Scots: (4) 400 crowns due by said John Crichtoun by obligation dated 20 Jan. 1588; value of each crown 58s.: (5) £13 6s. 8d. expenses of action, and 40s. paid to the deputy collector of the Lords of Council.

[2] Supplied from "Charge of the Temporalitie of Kirklandis, North side of the Forth" (MS. General Register House), fol. 323.

quibuscunque,—40 denariatas terrarum de Weltoun antiqui extentus (per Wil. Hodge et Margaretam Gray ejus parentes olim occupat.);—JOANNI AIRD in Mauchlene et AGNETE CAMPBELL ejus conjugi in conjuncta infeodatione eorumque subtenentibus pro eorum vita, necnon ADAMO AIRD eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—31 denariat. de Weltoun ant. ext. (per dictos Jo. et Ag. possessas);—JACOBO MICHELL juniori de Turnourhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—5 solidat. in Nethir Mikillwod ant. ext. (olim per Eliz. Symontoun occupat.);—GEORGIO DOWGLAS de Pennyland, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus ejus masculis quibuscunque,—4 mercat. de *lie* Biblingwodhall ant. ext. (olim per Tho. Gibsoun seniorem et juniorem occupat.);—ANDREE ALLANE in Mauchlene, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6½ acras terre arabilis in villa de Mauchlene, 2 acras prati ac pasturam 2 summarum animalium in *lie* Moswaird, ac portiunculam petarii de Capilmos ad dict. acras pertinentem, cum domibus, horreo et hortis in villa de Mauchlene super dictis terris, ac cum parvulo horto (olim per Rob. Caldwell occupat.), mercatam novi extentus in Weltoun, 10 sol. novi extentus vocatas *the Yet*, 10 solidatas orientalis lateris de Knokscharie, 13 solidat. 4 den. de Cairtlie, portiunculam dicti petarii ad eas spectan., cum pastura unius summe in communia seu warda de Mauchlene, extenden. in integro ad 11 solidat. 8 den. ant. ext., jacen. intra 10 librat. terrarum dominicalium de Mauchlene;—ROBERTO FERQUHAR de Gilmilscroft, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque et assignatis,—terras de Gilmilscroft, Glenschamroche et Kaymis, 26 solidat. 8 den. de Lieschaw ant. ext. (olim per Arch. Mure et Jonetam Jame occupatas), mercatam de Lieschaw (olim per Helenam Broun relictam Alexandri Jame occupat.) ant. ext.;—que omnes, jacen. in dominio de Kylismure, vic. Air, olim ad monasterium de Melros pertinuerunt:—REDDEND. dictus Wil. 27 sol. 11 den., et unum den. nove augmentationis; dicti Jo. Aird &c. 21 sol., et 4 den. nove augmentationis; dictus Jac. 6 sol. 8 den., et 2 den. nove augmentationis, in toto 7 sol.; dict. Geo. 56 sol. 11 den., et 3 sol. 1 den. nove augmentationis; dictus And. 5 merc. 11 sol., et 2 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon triplicando feudifirmas respective in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Mauchlene; et portando grana ibi crescentia molendinis de Mauchlene, et persolvendo multuras consuetas; necnon perimplendo ceteras clausulas in antiquis infeofamentis contentas; et si tres termini insimul currerent insoluti, liceret regi de dict. terris libere disponere;—dictus Rob. reddendo pro Gilmilscroft &c. 20 merc. 10 sol., et veniendo ad regis curias in Mauchlene quandocunque in provincia extarent et legitime premonitus esset; et solvendo duplum feudifirme, et 5 merc. 30 den. antea conventui solvi solitos, in introitu heredum et assignatorum; pro 26 sol. 8 den. de Lieschaw 29 sol. 8 den., pro dicta mercata 19 sol. 7 den.; et 7 sol. 5 den. nove augmentationis, in toto 16 lib. 13 sol. 4 den.; necnon triplicando feudifirmas de Lieschawis in introitu heredum; et prestando &c. (*ut sup.*); et portando &c. (*ut sup.*):—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud principale messuagium de Gilmilscroft capienda pro omnibus dictis terris dicti Rob. staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 166.

483. Apud Halyrudhous, 12 Nov. REX confirmavit cartam factam per Jac. Douglas de Drumlangrig, tunc nepotem et heredem apparentem (quondam) Jacobi D. de Drumlangrig militis feoditariumque baronie de Drumlangrig, — [qua, — cum consensu dicti Jac. senioris, et Joannis Gordoun de Lochinvar militis, M. Roberti Douglas prepositi de Lincluden, Davidis Dowglas de Pinyerie et M. Joannis Dowglas, curatorum suorum, pro eorum interesse,—confirmavit cartam Roberti Delzell de eodem,—(qua concessit ROBERTO DALZELL filio suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Eliok, extendentes ad 26 mercat. antiqui extentus, cum tenentibus &c., in baronia

de Drumlangrig, vic. Drumfreis:—TENEND. de dicto Jac. D. juniore:—FACIEND. tres sectas ad 3 placita capitalia infra dictam baroniam; et servitium architenentis in exercitu dicti Jac.; cum servitio varde et relevii cum maritagio cum contingeret:—RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. seniori, et rationabili tertia Jonete Hammyltoun sponse sue si contingeret; et fructibus dict. terrarum pertinentibus ad Cristenam Dundas relictam Roberti Dalliell de eodem patris sui ratione contractus matrimonialis in libris officialis Laudonie registrati, de data 19 Jan. 1551:—cum precepto sasine directo Quintigerno Dalzell:—TEST. Jo. Leisman burgen. de Stirveling, And. Alexander, D. Jo. Tailyeour:—Apud Stirveling, 12 Jun. 1574):—TEST. Jo. Leisman, And. Alexander, Archumbaldo Dowglas, D. Joanne Taylyeour notario publico:—Apud Stirveling et Edinburgh, 22 et 25 Jun. 1574]:—NECNON cartam factam per D. Rob. Creichtoun de Clunye militem, filium et heredem quond. M. Roberti C. de Eliok advocati regii, cum consensu D. Jacobi Stewart de Ballaquhane militis pro ejus interesse,—[qua,—pro impletione contractus initi inter se cum dicto consensu ab una, et Rob. Dalzell juniorem de eodem tanquam principalem, et Geo. Hammyltoun de Prestoun, Jo. Hammyltoun ejus filium natu maximum et heredem apparentem, Jac. Dalzell seniorem de eodem Monte-castri commoran., Jac. Dalzell juniorem et Hugonem Dalzel mercatores burgenses de Edinburgh, tanquam cautionarios, de data apud Perth et Edinburgh, 3 et 6 Jul. 1596,—vendidit dicto Rob. Dalzel juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—40 solidat. 40 den. terrarum de Eliok ant. ext., cum fortalicio, manerie, silvis, pratis, 40 sol. de Euchane ant. ext., in baronia, dominio et parochia de Sanctquhair, vic. Drumfreis:—TENEND. de dicto Rob. C.:—REDDEND. unum den. albe firme;—necnon domino Creichtoun de Santquhair (pro relevamine dicti Rob. C.) pro Eliok 40 sol. 40 den., pro Euchane 40 sol., feudifirme; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. et Geo. Stewartis fratribus germanis dicti Jac. S., M. Walt. Stewart notario publico, Davide Alexander et Alex. Macmaff mercatoribus burgen. de Edinburgh, M. Jac. Donaldsoun advocato, M. Pat. D. ejus fratre, Niniano Creichtoun in Kirkpatrik:—carta scripta per Alex. Oistean servitorem Thome Harvie scribe Edinburgi:—Apud Dunkeld et Edinburgh, 8 et 10 Nov. 1596]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Roberti D., dict. terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 98.

484. Apud Halyrudhous, 22 Nov.

REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO NISBIT in Newtounleyis, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione legitime procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem (unum *lie rig*) terrarum de Newtounleyis (per eum occupatam), in dominio de Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. cum communi pastura in lacu de West Barnis, aucupatione et piscatione ibidem:—SOLVEND. 12 bollas tritici et 12 bol. ordei (cum mensura per dominorum concilii decretum stabilita proceden. super commissione parliamenti tenti Jul. 1587, et conformiter mensure *lie standert* desuper confecte per burgum de Lynlythgow), tanquam pro dicti Wil. N. parte antiqui rentalis 30 celdrarum tritici et 30 celd. ordei pro dominio predicto; cum ½ pecca tritici et ½ pec. ordei augmentationis; et 10 mercas pro duplicatione in introitu heredum; necnon faciendo politiam et plantationem solo corresponden.; et solvendo astrictas multuras molendinis de Dunbar consuetas:—TEST. 65. 46. 69. 33. 70. 49. 50. xli. 150.

485. Apud Halyruidhous, 23 Nov.

REX,—cum consensu &c. (45. 59. 61. 37. 52. 55. 39. 51.),—in feudifirmam dimisit WILLELMO CRAIG incole ville de Leith, et SUSANNE MONYPENNY ejus sponse,—tenementum terre cum hortis ex boreali parte borealis vie civitatis de Sanctandrois (inter vastum tenementum sive hortum quond. Joannis Brounhill, tunc heredum quond. Joannis Wode, tenemen-

tum quond. M. Jac. Rolland, hortum quond. Wil. Mylne, et *lie* Swallowgait);—quod olim pertinuit ad capellaniam archiepiscopatus S. Andree nuncupat. lie Sanct-Annas, et ad abbatiam de Lundoris:—TENEND. dictis Wil. et Susanne in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. ejusque legit. et propinquioribus heredibus et assignatis quibuscunque: — REDDEND. 3 lib. 12 sol. 4 den., cum servitio burgali consueto, et 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad dictum tenementum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 99.

486. Apud Halyrudhous, 24 Nov. REX,—quia DAVID LIDDELL in West Barnis nativus tenens et feuditarius fuit unius rige vocat. decimesexte partis ville et terrarum de West Barnis de Dunbar, et nuper acquisiverat renunciationem factam in favorem suum per Josephum Boncle de aliis 2 rigis vocatis octava parte dict. ville &c., cum omni jure dicti Jos. vel quondam Willelmi B. ejus patris seu quond. M. Cuthberti Boncle seu Jacobi B. fratris germani dicti Josephi,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit dicto Dav., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —dictas 3 rigas, in dominio de Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh: —SOLVEND. 33 bollas tritici et 33 bollas ordei, cum 1½ pec. tritici et 1½ pec. ordei augmentationis; et 20 lib. pro duplicatione in introitu heredum; et edificando honestas domos, hortos, et faciendo politiam plantationesque solo corresponden.; et seminando canabem et linum extra hortum caulium et non infra; et habendo prata ubi commode haberi possent; cum prohibitione alienandi (nisi sub reversione) absque consensu regis; et si de murthuro vel communi furto aut voluntaria receptione notoriorum furum convicti essent, hereditatem forisfacerent pro vita sua; et solvendo astrictas multuras molendinis de Dunbar consuetas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 108.

487. Apud Halyruidhous, 24 Nov. REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO LIDDELL in West Barnis, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decimamsextam partem (unum *lie rig*) terrarum de West Bairnis, in dominio de Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—SOLVEND. 11 bollas tritici et 11 bol. hordei, cum ½ pecca tritici et ½ pec. hordei augmentationis; et 10 mercas pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 154.

488. Apud Halyrudhous, 24 Nov. REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO CORSBIE in Dunbar, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — decimamsextam partem (unum *lie rig*) terrarum de West Barnes, jacen. *ut in carta* 487:—SOLVEND. &c. *ut in carta* 487:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 348.

489. Apud Halyruidhous, 24 Nov. REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO KELLIE in West Barnis, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem (duo *lie riggis*) ville et terrarum de West Barnis de Dumbar, in dominio de Dumbar, vic. Edinburgh:—SOLVEND. 22 bollas tritici et 22 bol. ordei, cum pecca tritici et pecca ordei augmentationis; et 20 merc. pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—TEST. 65. 46. 71. 72. 70. 49. 50. xli. 428.

490. Apud Halierudhouis, 24 Nov. REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 68.

52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO YONG filio et heredi quondam Jacobi Y. in Belchevin, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione legit. procreatarum, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decimamsextam partem (unum *lie rig*) terrarum de West Barnes (que ad dictum Jac. in feudifirma pertinuit), in dominio de Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—SOLVEND. &c. *ut in carta* 487 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xli. 429.

491. Apud Halyrudhous, 24 Nov.
REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 53.),—ad feudifirmam dimisit DAVIDI NEMO, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione legit. procreatarum, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —decimamsextam partem (unum *lie rig*) terrarum de West Barnis, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh :—SOLVEND. &c. *ut in carta* 487 :—TEST. 65. 46. 69. 33. 70. 49. 50.
xlii. 236.

492. Apud Palatium de Halierudhous, 24 Nov.
REX,—cum consensu &c. (45. 64. 62. 55. 52. 37. 39. 51.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO WATT in Eist Barnis, et heredibus (masc.?) ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione de eo legit. procreatarum, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem (duas rigas) ville et terrarum de Eist Barnis de Dumbar, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. 26 bollas tritici et 26 bol. hordei, cum pecca tritici et pecca hordei augmentationis; et 20 mercas pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486) :—TEST. 65. 46. 71. 72. 70. 49. 50. xliii. 279.

493. Apud Halyrudhous, 27 Nov.
REX,—cum consensu &c. (57. 59. 66. 47. 37. 39. 55. 51.),—in feudifirmam disposuit D. JACOBO SANDILANDIS de Slammanno militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras dominicales *lie* Manis de Listoun alias Halbarnis nuncupatas, cum messuagio, manerie et prato, in baronia de Listoun, infra regalitatem de Torphechin, vic. Edinburgh;—quas Jac. Dowglas olim de Spott irredimabiliter disposuit dicto Jac. S. virtute cujusdam contractus, sed dictus Jac. S. infeofamentum minime accepit; et dicte terre tunc regi devenerant ob forisfacturam dicti Jac. D. :—REDDEND. 50 mercas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 100.

494. Apud Halyruidhous, 28 Nov.
REX concessit STEPHANO DUDINGSTOUN filio et heredi apparenti Willelmi D. de Sandfurde, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras de Sandefurd, cum manerie, tenentibus &c., vic. Fyffe;—quas dictus Wil. D. resignavit :—RESERVANDO liberum tenementum dicto Wil.; et Jonete Auchmowtie ejus sponse 6 celdras victualium annuatim de dict. terris, cum rationabili tertia cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 164.

495. Apud Halyruidhous, 9 Dec.
REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit HUGONI alias *Hutcheoun* MONRO filio legitimo Ferquhardi alias *Ferquhard* M. de Litill Kindies, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Raifaden, in episcopatu de Rois et territorio de Tayne;—que regi devenerunt virtute acti annexationis, et ob decessum Hugonis alias *Huchoun* M'Culloch de Rafaden, bastardi absque legit. heredibus de corpore aut legitima dispositione desuper facta :—REDDEND. 13 sol. 4 den., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 103.

496. Apud Halieruidhous, 9 Dec.
REX ad feudifirmam dimisit THOME EDYER juniori in Holme, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 solidatas terrarum antiqui extentus de Doublochhill

(per Tho. Edyer in Dowblochhill occupat.), in baronia de Haliewode, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Haliewod pertinuerunt:—REDDEND. 23 sol. 11 den., cum uno den. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—RESERVATIS multuris molendinis regiis et sequelis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 109.

497. Apud Halyrudhous, 10 Dec.

REX confirmavit cartam Willelmi Leslie de Tullyfurie,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonii inter se et Jonetam Innes sponsam suam ab una, et Jacobum Crichtoun de Frendraucht militem ab altera partibus, de data apud Frendraucht, 24 Augusti 1572,—concessit (quondam) JOANNI LESLIE filio suo et heredi apparenti, et AGNETI CRICHTOUN ejus future sponse (filie dicti Jac.), in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque,—terras de Weittis, Crukitstak, Dawis et New-Gland(er)stoun, in dominio de Garvioche, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Wil. unum den. albe firme:—RESERVANDO liberum tenementum Alexandro Leslie de Wardres, patri dicti Wil.:—TEST. Wil. Leith portionario de Birnes, Wil. Leslie filio Alexandri L. de Creichie, Magistris Joanne Chalmer, Alex. Davidsoun, Wil. Ougstoun:—Apud Abirdene, 8 Sept. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 164.

498. Apud Halyrudhous, 10 Dec.

REX concessit et,—pro servitio sibi et progenitoribus suis tam tempore pacis quam belli impenso,—de novo dedit preposito, ballivis, consulibus, artium diaconis et communitati BURGI DE HADINGTOUN, presentibus et futuris, — terras olim *lie* Kingis-yaird, tunc *lie* Freir-croft dicti burgi nuncupatas, cum antiqua schola et nova schola (intra bondas specificatas);—quas Jo. Cokburne de Clerkingtoun, cum consensu Ricardi C. de Newbigging militis filii sui et heredis apparentis (olim secretarii regis, tunc secreti sigilli custodis), in favorem dictorum prepositi &c. resignavit; et quas rex univit ad dictum burgum tanquam partem predii urbani ejusdem:—TENEND. in feudifirma et libero burgagio:—REDDEND. 2 sol. feudifirme; quia dicte terre per Jac. II. regem mense Apr. 1452 pro 6 den. annuatim tantummodo in feudifirma locate sunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 107.

499. Apud Halyruidhous, 12 Dec.

REX confirmavit cartam factam per quondam Geo. com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenoch &c., cum consensu Eliz. Keith comitisse de Huntlie ejus conjugis,—[qua vendidit (quond.) M. WILLELMO GORDOUNE (de Terpersie) filio Jacobi G. de Lesmoir, heredibus ejus masculis quibuscunque et assignatis,—terras de Tildow, Brachlie, Ballantobir, Ballantorre, Blairquharrage, Aldinruif, Milnetoun, *lie* Mikillcroft, *lie* Littill-croftis, in dominio suo de Obiny, vic. Abirdene:—TENEND. de dicto com.; cum potestate pasturandi animalia ville de Toldow infra forrestam suam de Braka:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. Jacobo Gordoun de Losmoir, Jac. Gordoun in Letterfourie, M. Jac. Stevyn, M. And. Leslie, notariis publicis, M. Jo. Broun:—Apud Huntlie, 7 Maii 1552]:—NECNON preceptum sasine in forma clare constat, factum per Geo. olim com. de Huntlie, pro sasina de dictis terris, et de terris de Ballater in dictis dominio et vic., tradenda GEORGIO GORDOUN de Terpersie filio et heredi masc. dicti Wil.; cum sasina desuper secuta: — INSUPER dictas terras dicto Geo. Gordoun, heredibus ejus et assignatis, de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 105.

500. Apud Halyrudhous, 12 Dec.

REX, — pro servitio sibi multis annis impenso per familiarem servitorem suum D. GEORGIUM HOME de Spott militem, baronem baronie de Greinlaw-Reidpeth; et quia post captum oppidum de Beruik et custodiam ejus sub Anglica ditione nullus extitit regalis burgus infra bondas vicecomitatus de Beruik,—cum consensu &c. (45. 64. 66. 55. 52. 37. 39. 53.),—erexit VILLAM DE AULD-GREINLAW in dicta baronia (tanquam in medio dicti vic. situatam, et unde liegii facilem reditum et aditum haberent),—in liberum burgum

baronie; et concessit dicto Geo., heredibus ejus et assignatis, potestatem ballivos, thesaurarium, decanum gilde, consules, burgenses, officiarios &c. in dicto burgo annuatim faciendi et pro rationabilibus causis removendi; cum potestate comburgensibus edificandi commune pretorium, et ad emendum et vendendum &c., et habendi crucem foralem, et hepdomadatim fora die Martis, cum duabus liberis nundinis annuatim, viz. 3 Maii (*the Haly-croce* alias *Sanct-Helenes-day*), et 8 Sept. (*the Lattar Lady-day*) pro 2 diebus sequen. continuandis, et colligendi custumas &c.; et cum potestate dicto Geo. terras de Auld-Greinlaw in toto vel in parte in burgagio disponere, curias burgales tenere, et presertim tres curias capitales annuatim prout usus fuit:—INSUPER,—quia dictus burgus brevi tempore amplis edificationibus et politia faciendis futurus esset non solum incolis frequens sed etiam omnibus tam extraneis quam subditis regis valde opportunus, — rex ordinavit omnes proclamationes literarum regis &c. apud crucem foralem dicti burgi publicari, tanquam primarium burgum dicti vic., et non alibi; et inhibuit erectionem quarumcunque villarum &c. dicto burgo adjacen. infra 4 milia, in burgum regalem seu burgum baronie; et inhibuit omnes ab omni negotiatione extra dictum burgum infra dict. spatium, sub pena confiscationis mercium, quarum una dimedietas ad usum regis inferretur, altera dimed. ad usum proprium dicti Geo. applicaretur:—TENEND. cum communi pastura in mora vocata Greinlaw-commone: — SOLVEND. unam rubeam rosam in die S. Helene, nomine albe firme: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 259.

501. Apud Halyrudhous, 14 Dec.

REX concessit familiari suo M. THOME HAMMILTOUN de Drumcairny, advocato suo,—terras ecclesiasticas de Dummany ad rectoriam de D. pertinentes, in diocesi S. Andree, vic. Linlithgow;—quas, olim de abbatia de Jedburgh tentas, Tho. Hammiltoun de Preistfeild, pater dicti M. Tho., in ejus favorem resignavit; et quas rex, pro servitio sibi impenso,—cum consensu &c. (45. 64. 66. 52. 37. 39. 69.),—dicto M. Tho. de novo ad feudifirmam dimisit, cum decimis garbalibus inclusis, nunquam hucusque a solo separatis, necnon cum advocatione rectorie dicte ecclesie, que fuit ecclesia parochialis dicte abbatie; que ecclesia, per dictum Tho. seniorem et ejus predecessores ultra hominum memoriam tanquam *lie kyndlie tennentis* possessa, regi devenit per resignationem Andree commendatarii de Jed burgh et conventus ejusdem in favorem dicti M. Tho. factam et per ejus industriam obtentam:—TENEND. dicto M. Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Tho. seniori et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus et assignatis dicti M. Tho. quibuscunque:—REDDEND. pro terris 40 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis, pro decimis 10 sol., in toto 53 sol. 4 den.; et duplum feudifirme in introitu heredum vel assignatorum; pro advocatione unam rubeam rosam nomine albe firme:—TEST. 65. 46. 73. 72. 70. 49. 50. xxxix. 163. et lv. 11.[1]

502. Apud Halyrudhous, 16 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis domini Forbes,—[qua,—pro impletione contractus de data presentium, registrandi in libris dominorum concilii,—vendidit M. JOANNI SKENE clerico rotulorum et registri, et HELENE SOMERVILL ejus sponse,—terras de Rannallach, in baronia sua de Cluny, vic. de Aberdene:—TENEND. dictis Jo. S. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. S. quibuscunque, de dicto dom.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Rob. Forbes in Tulmaid:—TEST. M. Jac. Skene de Wester Cros, M. Duncano Forbes fratre germano Willelmi F. de Monymusk, Davide Flecher (scriptore carte) et Pat. Innes servitoribus dicti Jo. S.:—Apud Aberdeine, 2 Sept. 1595]:—INSUPER, pro bono servitio dicti

[1] The latter copy, which alone contains the list of witnesses, was recorded by decree of the Lords of Council and Session, of date 27 Feb. 1635.

M. Joannis Skene, dict. terras dictis personis de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 199.

503. Apud Halyrudhous, 3 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (45. 61. 59. 52. 39. 55. 37. 51.),—confirmavit cartam Georgii com. ab Huntlie dom. Gordone et Badyenoch &c., — [qua, — cum consensu Henriete Stewart conjugis sue,—pro servitio facto et faciendo, ad feudifirmam dimisit PATRICIO MURRAY (servitori regis), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Kirknie, cum *lie ailhous*, *Ailhouscroft*, *Walkmylne* et terris ejusdem, in baronia de Strathbogy, parochia de Gartly, vic. Abirdene:—Reddend. dicto com. 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando 3 sectas ad 3 curias capitales dominii de Straithbogy:—cum precepto sasine:—Test. Waltero Barcley de Drumdelgy, Geo. Chalmer, Pat. Butter, Alex. Ochtelony:—Apud Gartly, 30 Nov. 1596]:—Insuper, pro bono servitio, dict. terras dicto Pat. M. de novo dedit, cum jure suo ad eas ratione forisfacture dicti comitis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 84.

504. Apud Halyrudhous, 6 Jan.

REX confirmavit cartam Archibaldi Douglas de Pettindreich, — [qua, — pro perimpletione contractus initi cum Wil. Sutherland de Duffus, de data apud Elgene, 9 Nov. 1590, et pro 3500 merc. nomine dotis solutis, — vendidit ELEZEBETHE SUTHERLAND legitime sorori dicti Wil., in vitali redditu duntaxat, et heredibus inter se et eam procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Arch. quibuscunque,—villas et terras de Cauldcoittis, Darklene, dimedietatem ville et terrarum de Schirrestoun, terras de Levingishauch, tertiam suam partem ville et terrarum de Unthank, in baroniis et dominio de Pettindreich et Duffus, vic. Elgene et Forres:—Tenend. de rege in feudifirma:—Reddend. 4 libras; necnon duplicando dictam summam in introitu heredum;—cum precepto sasine directo Wil. Young burgensi de Elgene;—Test. Wil. Cuming filio et apparente herede Joannis C. apparentis de Eirnesyid, Tiberio Winchister burgen. de Elgene, Geo. Hay filio Roberti H. in Ardmachorne, Martino Petre in Corsley, Tho. Hay notario publico burgen. de Elgene, Rob. Hay servitore dicti Tho. (scriba carte):—Apud Elgene, 1 Jun. 1595]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 113.

505. Apud Halyrudhous, 13 Jan.

REX concessit ANDREE WAITCHE in Cowrope, et MARGARE(TE)[1] HAY ejus sponse,—$1\frac{1}{5}$ quartas partes terrarum de Stewartounes, in parochia de Edlistoun, vic. Peiblis;—que fuerunt quondam D. Thome Hay vicarii pensionarii de Edlistoun, bastardi, de rege tente per servitium warde; et ob ejus decessum regi devenerunt:—Tenend. dictis And. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus (masc.) dicti And. quibuscunque, cognomen et arma de Waitche gerentibus, et assignatis:—Reddend. unam sectam ad curiam capitalem vic. de Peiblis post festum S. Michaelis, necnon vardam &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 110.

506. Apud Halyruidhous, 16 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi M'Culloch de Myrtoun,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit D. PATRICIO VAUS de Barnbarroch militi (uni senatorum collegii justitie), et heredibus ejus masc., secundum tenorem tallie domus de Barnbarroch, et assignatis quibuscunque,—terras suas et baroniam de Myrtoun, extenden. ad 40 mercatas antiqui extentus, cum fortalicio, loco manerie, duobus molendinis granariis, terris molendinariis &c., in parochia de Mochrum, vic. de Wigtoun:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Hen. Halthonre de Mikill Areis:—Test. Wil. Houstoun juniore de Coitreoch, Jo. Vaus herede apparente de Fornet, M. Willelmo M'Gowne, Jac. Glover, notariis publicis:—

[1] In one clause called *Joneta*.

carta scripta per Jac. Dempstar servitorem Archibaldi Millar scribe in Edinburgh:—Apud Barnbarroch, 7 Oct. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 178.

507. Apud Palatium de Halyrudhous, 17 Jan.

REX concessit JACOBO COLVILL de Eister Weymis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — dimedietatem ville et terrarum de Strarudie, cum tenentibus &c., tam proprietatem quam tenandriam (olim per And. Inglis seniorem et juniorem et Davidem Inglis occupat.), in parochia de Auchtirdirray, dominio de Lochquhirschyre, vic. Fyff;—quam D. Jo. Boswell de Balmuto miles (14 Jan.) in favorem dicti Jac. resignavit: — REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 218.

508. Apud Halyrudhous, 23 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Leslie de Wardres,—[qua vendidit M. GUILIELMO LESLIE filio suo, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Garioch (viz. Duncanstoun, Glanderstoun cum molendino, Dunidure cum molendino, Rochmuriell, davatam de Ardune cum molendino, terras de Warthill et Durnoch et earum molendinum, molendinum de Durnoch, terras de Harlaw, Inverrowrie cum davata et molendino earundem, Tullyfoure, Torreis, cum forestis de Banachie et Tullyfoure, terras de Knokinbaird et Scottistoun cum molendino, et Knokmorgin, cum *foggage*, *fogmaill* de Kirktoun de Oune et Wasthall, cum *lie tolbeir* de Auchlevin et Bourtie, cum tenentibus &c., cum hereditario ballivatus officio earundem dictis terris unito), terras de *thandome* de Kintor (viz. Ovir-Dauch et Nethir-Dauch cum earum molendino, firmis et *lie tolbeir* de Kintore, terras de Creichie, Taveltie, Mekil Kynnaldie cum molendino, Litle Kinnaldie, Pettmedden, Nethir Dyse et annuos redditus earundem, cum piscariis super aqua de Done infra limites dictarum terrarum, cum lacubus et paludibus earundem, tenentibus &c.), vic. Abirdene:—TENEND. de rege in feudifirma et libera foresta:—REDDEND. pro Garioch 150 lib., 10 martas, 6 caponum duodenas, 14 pultriarum duodenas; pro Kintor 51 lib. 2 sol. 8 den., et episcopo Abirdonen. (vel regi in ejus loco) 4 lib. 4 sol. pro decimis devoriis dicti thanatus, et vicecomiti de Forfare et heredibus quond. Alex. Ogilvy de Ochterhous quibuscunque 3 lib.:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Leslie de Miltoun de Durnoch, Jac. Leslie de Ardune, Wil. Leslie servitore dicti Wil. L. de W., Alex. Leslie in Tullyfour, M. Jo. Ogilvy de Todlaw:—carta scripta per Jac. Davidsoun notarium publicum burgen. de Abirdene:—Apud Wardres, 12 Apr. 1596]:—PRETEREA suprascripta dicto M. Wil. de novo dedit:—TEST. 65. 46. 71. 72. 70. 49. 50. xli. 111.

509. Apud Halyrudhous, 27 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam quondam D. Joannis Maxuell de Nethir Pollok militis, — [qua, — pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 27 Maii 1591, registrati in libris dominorum concilii et sessionis 7 Dec. 1594,—vendidit WALTERO STEWART commendatario de Blantyre, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione, — terras de Wester Henderstoun, extenden. ad 5 librat. antiqui extentus, cum piscationibus et molendinis, in parochia de Pasleto, baronia et vic. de Renfrew:—TENEND. de principe et senescallo Scotie:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Maxuell fratre germano dicti Jo., Jo. Ramsay servitore Davidis Murray, Joanne Burne juniore in Pollokschaw, Joanne Maxuell, M. Henrico Gibsoun, notariis:—Apud Westir Hendirstoun, 25 Apr. 1595]:—PRETEREA,—pro servitio sibi ab incunabulis suis ad illam horam tam in consilio quem alias absque defectione prestito,—dict. terras dicto Walt., tunc thesaurario, de novo dedit:—REDDEND. servitium varde &c.:—et rex taxavit vardam ad 20 libras annuatim, et maritagium ad 500 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 114.

510. Apud Halyrudehous, 29 Jan.

REX confirmavit cartam Alexandri Fraser de Guisaquhan, filii et heredis quondam Hugonis F. de G.,—[qua,—pro 1400 lib. persolutis pro redemptione quarundam

REX in feudifirmam dimisit WILLELMO MAKFADZEAN in Beirdwall, heredibus ejus et assignatis,—12 solidatas 6 den. terrarum de Hethir Barschewally antiqui extentus (per eum possessas), in parochia de Dunscoir, vic. de Drumfreis ;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 20 sol., et 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si in solutione deficerent per tres terminos insimul currentes, hoc infeofamentum nullius esset roboris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 358.

717. Apud Halyruidhous, 29 Maii.
REX in feudifirmam dimisit MARIOTE BEK filie et heredi quondam Thome B. in Corsleis, relicte Davidis Corsbie de Boigsyde, heredibus ejus et assignatis, — 5 solidatas terrarum cum $1\frac{1}{2}$ rudis contigue adjacentibus in Corsleis antiqui extentus (inter *lie* Cuschetfurde et Ovir Killelling ex boreali, *lie* Grange de Halywode ex australi, Nethir Kellelong ex orientali, et Newtoun ex occidentali), 16 solidat. terrarum de Boigsyde et Scheiphillis ant. ext. (per dictam Mar. et antea per dictum Dav. tanquam conjunctos infeodatarios possessas), in parochia de Haliewode, vic. Drumfreis ; —que olim ad abbatiam de Halywode pertinuerunt:—REDDEND. pro Corsleis 11 sol. 7 den., et 11 den. augmentationis, pro ceteris 36 sol. 9 den., et 20 den. augmentationis, in toto 51 sol. 11 den. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 359.

718. Apud Halierudhous, 30 Maii.
REX confirmavit et,—pro servitio tam ad communem utilitatem regni sui quam ad propagationem Evangelii et discipline in ecclesia confirmationem impenso, et pro compositione persoluta, — cum consensu &c. (80.), — de novo ad feudifirmam dimisit M. DAVIDI CUNYNGHAME Abirdonensi episcopo, et KATHERINE WALLACE ejus sponse,—8 solidat. 8 den. terrarum in Balschagry (olim ad quondam Bartholomeum Montgomrie ibid. in rentali pertinen.), 8 sol. 8 den. ibidem (olim quond. Findlao Gardner in rentali spectantes), 16 sol. ibid. (olim ad quond. Jac. Montgomrie in rentali pertinentes), 11 solidatas ibid. (olim Patricio Mathow alias Johnestoun in rentali spectan.), 4 sol. ibid. (olim ad Jac. Craig in rentali pertinen.), 8 sol. 8 den. terrarum de Hyndland (olim Joanni Hardie in rentali spectan.), 24 solidatas 6 den. de Balgry (olim quond. Gavino Hammiltoun de Hill in rentali spectan.), in baronia et regalitate Glasgwen., parochia de Govane ; —quarum (olim de archiepiscopo Glasgwen. tentarum) jus idem Dav. a dictis antiquis tenentibus acquisivit, et se per quond. Jac. episc. Glasgwen. intratum rentallatorem impetravit ante actum annexationis ; et quas idem Dav. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Dav. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Dav., heredibus ejus et assignat. quibuscunque :—REDDEND. pro prima parte de Balschagry 7 sol. 1 den. monete, 2 firlotas polenti, 2 firl. avenarum *lie hors-corne*, pro secunda parte *ut pro prima*, pro tertia parte 14 sol. 2 den., bollam polenti, bollam *lie hors-corne*, pro quarta parte 9 sol. 4 den., $10\frac{2}{3}$ peccas polenti, $10\frac{2}{3}$ pec. *lie hors-corne*, pro quinta parte 3 sol. $6\frac{1}{2}$ den., 1 firl. farine, 1 firl. *lie hors-corne*, pro Hyndland 4 bol. farine, pro Balgry 20 sol., 1 bol. 1 firl. $1\frac{1}{3}$ pec. polenti, 1 bol. 1 firl. $1\frac{1}{3}$ pec. *lie hors-corne*, cum caponibus et pultreis juste debitis, cum multuris molendino de Partik pro Balschagry, necnon cum areagio, careagio et debito servitio (si que essent) consuetis, et 4 sol. 6 den. augmentationis ; necnon duplicando dictam pecuniariam devoriam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 278.

719. Apud Halyrudhous, 30 Maii.
REX concessit et,—pro servitio tam ad propagationem Evangelii quam ad concordiam civilisque politie et discipline in ecclesia confirmationem et in aliis gravibus negotiis impenso, et pro compositione persoluta,—de novo ad feudifirmam

dimisit KATHERINE WALLACE in vitali redditu, et DAVIDI CUNYNGHAME Abirdonensi episcopo ejus sponso, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Dav., legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., arma et cognomen de Cunynghame gerentibus, et assignatis quibuscunque, hereditarie,—tertiam partem (viz. umbralem binam partem solaris dimedietatis) ville et terrarum de Tulligrig (per dictos Dav. et Kath. occupatam), sextam partem earundem jacen. ex australi et occidentali partibus torrentis *lie* Cot-burne (per Davidem Watsoun et Ronaldum Sangstair occupat.), in parochia de Elleine, vic. Abirdene;—quam tertiam partem Wil. Cheyne portionarius de Tulligrig, sextam partem David Watsoun portionarius ejusdem, in favorem dictorum Kath. et Dav. C. resignaverunt: —Reddend. pro tertia parte *ut in carta* 835 *precedentis tomi*, in toto 11 lib. 5 sol. 1½ den., necnon perimplendo cetera servitia consueta; et pro sexta parte dimedium reddendorum pro tertia parte, in toto 5 lib. 13 sol. 7 den., necnon perimplendo &c. (*ut supra*); tanquam antiquam feudalem devoriam in cartis per episcopos Abirdonen. concessis contentam; necnon duplicando pecuniariam devoriam in introitu heredum: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 281.

720. Apud Halyrudhous, 30 Maii.
REX concessit et de novo dedit ANDREE LOGANE de Eister Grantoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Petterthy, Charteris, Bruntoun, cum fortalicio, manerie, carbonibus, tenentibus &c., in baronia de Petmulie, vic. Fyiff;—quas, olim de archiepiscopo S. Andree tentas, Jac. Monypenny de Petmilie in favorem dicti And. resignavit:—Reddend. 10 sol. nomine annui redditus:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 408.

721. Apud Halyruidhous, 1 Jun.
REX ad feudifirmam dimisit familiari servitori suo D. THOME ERSKIN de Gogar militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Windingtoun et Wingtounhall, cum mansionibus, molendinis, silvis, vic. . . . . ;—que olim ad monasterium de Jedburgh pertinuerunt:—Reddend. 36 libras 3 sol. 4 den., 172 *lie kayne fowlis* (vel 12 den. pro unoquoque), 172 *lie daywarkis* (vel 6 den. pro quoque), et 20 sol. nove augmentationis, in toto 50 lib. 16 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 274.

722. Apud Halieruidhous, 1 Jun.
REX confirmavit PATRICIO MURRAY de Fawlayhill et MARIOTE BALLENDEN ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—terras de Cranstoun-Riddell, cum manerie, superioritate, tenentibus &c., vic. Edinburgh;—quas idem Pat. resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Pat., dictis personis de novo dedit, cum manerie, molendinis, silvis et piscariis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 275.

723. Apud Halierudhous, 6 Jun.
REX confirmavit cartam Jacobi Lokhart burgensis de Air,—[qua,— cum consensu Alexandri L. burgensis ibidem, fratris sui senioris,—pro perimpletione contractus de data presentium initi, vendidit GEORGIO JAMESOUN burgensi de Air, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras de Quhytestaneis, extenden. ad 10 solidat. vel eocirca antiqui extentus (tunc per Tho. Cunynghame, olim per quondam Adamum Dunbar occupatas), in territorio *lie borrowfeild* burgi de Air, vic. ejusdem: —Tenend. de rege, loco preceptoris capelle S. Leonardi infra territorium dicti burgi, in feudifirma:—Reddend. dicto preceptori usque satisfactus esset, et deinceps regi, 44 sol. 6 den.; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Joanni Blair burgensi de Air:—Test. Davide Fergushill preposito de Air, Duncano Makadame, Wil. Hunter, Davide Bannatyne, comburgen. ibidem, Jo. Masoun scriba communitatis dicti burgi (scriptore carte):— Apud burgum de Air, 15 Mar. 1597]:— Preterea, pro bono servitio, suprascripta dicto Geo. de novo ad feudifirmam dimisit:—Reddend. *ut supra*, cum 12 den. augmentationis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 365.

724. Apud Palatium de Halierudhous, 8 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (82.),— confirmavit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit GEORGIO BARROUN in Inverpeffer, et EUPHAMIE COLLACE ejus sponse,—terras de Kinnard cum manerie et columbario, vic. Fyiff;—quas, olim de monasterio de Elcho tentas, idem Geo. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Euph. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 50 mercas, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 276.

725. Apud Halierudhous, 8 Jun.

REX ad feudifirmam dimisit PATRICIO COMRY, legitimo filio natu maximo quondam Joannis C. de Ros,—terras de Ros, in senesc. de Stratherne, vic. Perth; —quas dictus Patricius, ejus pater, avus eorumque predecessores tanquam nativi feodatarii et rentellarii ultra hominum memoriam possederant virtute rentalium et infeofamentorum eis per matrem aliosque predecessores regis desuper confectorum :—TENEND. dicto Pat. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat. absque divisione, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque :—REDDEND. 4 lib. 13 sol. 4 den., et 2 sol. nove augmentationis, cum martis consuetis; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390, omissis stagnis) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 460.

726. Apud Halierudhous, 10 Jun.

REX ratificavit cartas feudifirme subscriptas, WILLELMO STRATHAUCHIN de Kirktoun de Kincardin Oneill, heredibus ejus et assignatis concessas; viz. [1] cartam M. Joannis S. rectoris de Kincardin Oneill, fratris germani dicti Willelmi,—de crofta *the Vicaris-croft* de Kincardin Oneill (viz. *begynnand at the burne of Kincardin on the west pairt, direct foranent our commoungaitt, and passand eist or thairby till it cum to ane strype uponn the eist pairt of the said croft, and passand doun the said strype and keipand the same south or thairby till the said strype enter in the burne of Kincardin, and assendand up the said burne till it cum foranent the south end of the viccaris ortcheard, and thairfra passand west or thairby as the said ortcheard is limitit till it cum to ane merche stane at the end of ane dyik, and keipand the said dyik north or thairby till it cum the vicaris manis, and keipand the said manis and yaird contigue adjacent to the same till it enter agane in the burne of Kincardin quhair it begane*), et cum omnibus edificiis super solo mansionis vicarie de K., et cum solo dicte mansionis, infra villam ecclesiasticam de Kincardin Oneill, vic. Abirdene;—TENEND. de dicto rectore;—de data apud Kincardin Oneill, 16 Sept. 1583 :—[2] cartam ejusdem Jo., —de crofta nuncupata Croftros, juxta villam de Burrestoun de Kincardin (viz. *begynnand at the northeist at oure gait, passing south frome the gait doun till it cum to the landis pertening to the Burrestoun on the south syde, passing west or thairby till it cum till the landis of Burrestoun on the west syde, and passand north or thairby quhill it cum to our gaitt at the northwest nuik of the said croft, keiping oure gait est quhill it cum to the eist end of the said croft*), jacen. in parochia de Kincardin Oneill, vic. de Abirdene;—TENEND. de dicto rectore;—de data apud Kincardin Oneill, 10 Sept. 1584 :—[3] cartam Jonete et Agnetis Huntar filiarum et duarum ex quatuor heredibus quondam Andree H. burgensis de Abirdene, factam cum consensu M. Thome Leslie burgensis de Abirdene et Patricii Leslie earum sponsorum,—de quarta parte ville et terrarum de Kirktoun de Kincardin Oneill in occidentali parte ejusdem, in dictis parochia et vic.;—TENEND. de rege;—de data apud Abirdoniam, 1 Jun. 1596 :—[4] cartam Thome Boyde,—de crofta *the Persounes-croft* de Kincardin Oneill (intra limites specificatos), cum omnibus edificiis super solo mansionis rectorie de Kincardin, et cum solo dicte mansionis, et camera ex parte australi camere lapidee rectoris de K.,

olim per Jacobum Touche occupat. (loco et horto dicti rectoris in clausura earundem duntaxat exceptis), cum libertate lucrandi cespites, focalia et turbaria, lutum, limum, calcem, aquam et alia necessaria pro manutenendis edificiis &c., necnon fimum[1] et letamen dicti loci pro dicta crofta melioranda congregandi, cum communi pastura 4 vaccarum cum fetibus, 2 equorum, 20 ovium, cum animalibus tenentium ville de Kincardin per totam commoniam more solito (exceptis *lie teillit*[1] *riggis* et *hainit girs*), proviso quod dicte oves et vacce remanerent et nocte acquiescerent in bovilibus et ovilibus tenentium dicte ville; —TENEND. de rege;—de data apud Abirdoniam, 17 Jul. 1596:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi (vel dicto rectori, vel cuilibet eorum jus optimum habenti) pro Vicaris-croft 13 sol. 4 den., et 12 den. augmentationis; et si duo termini currerent in tertium nulla solutione facta, hec carta nullius esset roboris; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 curias capitales;—pro Croftros *ut pro Vicaris-croft*; necnon duplicando *ut sup.*; —pro dicta parte de Kirktoun 33 sol., 5 bollas farine et ordei (vel 8 sol. 4 den. pro unaquaque bolla), et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac prestando sectas *ut sup.*; necnon duplicando *ut sup.*;—pro Persounescroft 9 bollas ordei (vel 8 sol. 4 den. pro bolla), cum 5 sol. pro dicta camera, et 20 den. augmentationis; cum aliis clausulis *ut pro Vicaris-croft*; ac solvendo molendino de Kincardin astrictas multuras consuet.; cum ceteris devoriis inde solvi solitis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 360.

727. Apud Halyruidhous, 12 Jun.

REX,—cum consensu &c. (87.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO LEVINGSTOUN fratri germano Joannis L. de Donypace, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —tertiam partem terrarum et ville de Eister Drummis, et more *the Bischopis-Firth*, in dominio de Brechin, vic. Forfar; —que olim ad episcopatum de Brechin pertinuit:—REDDEND. 2 celdras victualium, ⅔ farine avenatice et ⅓ ordei (aut 20 merc.), duodenam pultrearum (vel 4 sol.), 3 sol. 4 den. monete, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 20 mercas 10 sol. 8 den.; necnon servando conditiones et solvendo devorias et servitia episcopis de Brechin antea consueta; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PRETEREA rex ratificavit cartas dicto Jac., Andree Wode filio legit. . . W. de Balbadyenach, vel eorum predecessoribus vel autoribus desuper concessas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 391.

728. Apud Halierudhous, 12 Jun.

REX ad feudifirmam dimisit JACOBO GRAHAME, filio et heredi apparenti Georgii G. in Reidnoche fratris germani quondam Willelmi com. de Menteith,—terras de Eister Reidnoche, cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, in dominio de Menteith, vic. de Perth;—quarum dictus Jac. et ejus predecessores fuerant nativi tenentes et feudifirmarii, et in quibus dictus Jac. infeodatus extitit:—RESERVATO vitali redditu dimedietatis earundem Agneti M'Dowgall sponse dicti Geo.:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. 21 merc., et 24 sol. *lie mairt-silver*, ac pro molendino 12 bollas farine, cum 13 sol. 4 den., firme antique, et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 306):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 397.

729. Apud Halyrudhous, 13 Jun.

REX confirmavit cartam Joannis Gordoun de Petlurg militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Abirdene, 6 Aprilis 1597, — vendidit GILBERTO MEINZEIS de Petfoddellis, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—villam et terras de Gilcomstoun, cum molendino, terris molendinariis &c., jacen. per annexationem in

[1] So *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 20. The present Register has "fluvium" and "*tend.*"

baronia de Kynmundy, parochia Sancti Mauricii, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum clausula warrantizationis, demptis assedationibus dicto Gilb. competentibus tanquam heredi quondam Gilberti M. de P. ejus avi:—cum precepto sasine directo Wil. Gray burgensi de Abirdene:—TEST. M. Thoma Menzeis, Geo. Knowis, Tho. Johnestoun seniore, Jo. Wrquhart, Pat. Huntar, David Mar, burgen. de Abirdene, M. Tho. Mollysoun scriba communi dicti burgi, Alex. Gordoun de Peries-mylne, Rob. Gordoun filio secundogenito dicti Jo. G., M. Wil. Chalmer notario publico, Walt. Robersoun notario publico scriba substituto dicti burgi (scriptore presentium):—Apud Abirdene, 8 Apr. 1597]:—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 380.

730. Apud Halierudhous, 14 Jun.
REX confirmavit WILLELMO MONCREIFF de eodem, et heredibus ejus masc. quibuscunque, — terras et baroniam de Moncreif, Gilgerstoun et Techindad, vic. de Perth;—quas idem Wil. resignavit;—necnon concessit dicto Wil. et ANNE MURRAY ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Wil. M. quibuscunque, — terras dominicales *lie* Maynis de Carneby, cum molendino, terris molendinariis, manerie, fortalicio, carbonibus, columbario, extenden. ad 10 mercat. terrarum, nuper per dictum Wil. conquestas in loco terrarum de Coldare et Tuneve per eum domino de Glenurquhy alienatarum, in baronia de Carnbie (inter terras de Cowishoill domino de Oliphant spectantes, Grenesyde Arthuro Wode spectantes, *lie* Blaklawis Joanni Borthuik de Gordounshall spectan., et alias bondas specificatas), cum australi bina parte occidentalis more et parce in eadem, cum orientali dimed. de *lie* Cottouncroft, et bina parte *lie* Kingis-mure D. Joanni Melvill de Grantoun in proprietate et communitate spectan., vic. Fyff;—quas dictus D. Jo. Melvill de Carnebie miles in eorum favorem resignavit;—et quas omnes rex, pro bono servitio dicti Willelmi, dictis personis respective de novo dedit, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c. de Moncreiff; et easdem incorporavit in liberam baroniam de Moncreiff, ordinando fortalicium de M. principale messuagium fore:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth, cum juribus et servitiis debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 282.

731. Apud Halierudhous, 14 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (86.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — molendinum (granorum) de Mylnehorne, cum terris molendinariis &c., in dominio de Cowper, vic. Perth:—REDDEND. 10 merc., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 283.

732. Apud Halyrudhous, 14 Jun.
REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. GEORGIO SEYTOUN cancellario Abirdonensi, fratri germano quondam Alex. S. de Meldrum, —edificium, terram et tenementum cum clausura, domibus et hortis in Canonia Veteris Abirdonen. (inter domos et hortos ad subcentores et decanos Abirdonen. spectantes ex occiden., et *lie Channonrie-gait* ex boreali et orientali);—que olim ad canoniam Abirdonen. pertinuerunt;—necnon umbralem dimedietatem ville et terrarum de Sklatie, et crofte de Waiglie, et crofte et terrarum de Mylnehill, cum molendinis, terris molendinariis &c., et piscariis, in parochia de Sanct-Macher, vic. Abirdene;—que olim ad episcopatum Abirdonensem pertinuit:—TENEND. dicto Georgio S. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis et assignatis, quibus deficientibus, M. Willelmo S. filio quond. Willelmi S. portionarii de Balhelvie filio fratris dicti Geo., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro edificio &c. 40 sol., et pro Sklatty &c. 8 lib. 13 sol. 4 den., pro firmis antiquis, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 381.

733. Apud Halyrudhous, 16 Jun.
REX in feudifirma disposuit M. JOANNI RAITT filio legitimo Joannis R. olim in Silliflat, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—rudas subscriptas jacen. inter rudas burgales burgi de Inverbervie, viz. 2 rudas arabiles per Wil. Gray in Petie occupatas (juxta litora maris), ex australi dicti burgi, quatuor rudas arabiles per Wil. Leper occupat., 5 rudas per Arch. et Jo. Chope occupat. nuncupatas *the Tounend*, rudam per Jo. Milne occupat., cum pecia terre Kirkgrene et Grayishill nuncupata, per Jac. Neilsoun, Jac. Andro et Egidiam Stint, Andream Reid, Wil. Leper et And. Raitt occupat. (inter *lie* Kirkburne et terras de Scittertie), cum domibus et hortis, in parochia de Kynnef, vic. Kincardin;—que ad capellaniam sive altare Beate Virginis infra ecclesiam burgi de Inverbervie pertinuerunt:—Reddend. 4 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 285.[1]

734. Apud Halyrudehous, 18 Jun.[2]
REX ad feudifirmam dimisit ANDREE HENRY, filio fratris et heredi quondam Roberti H. portionarii de Drummyfingallie, nativo feodatario et possessori subscriptorum,—quartam partem ville et terrarum de Drummyfingallie (olim per dictum Rob. occupatam), in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quam dicti And. et Rob. eorumque predecessores semper post hominum memoriam possederant:—Tenend. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreatarum absque divisione, quibus def., heredibus ejus masculis quibuscunque:—Reddend. 53 sol. 4 den., cum martis et devoriis secundum rentale, et 2 sol. nove augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 136.

735. Apud Halyruidhous, 24 Jun.
REX dedit literas legitimationis JACOBO FERHOLME in Ratho, bastardo, filio naturali quondam Andree F. burgensis de Edinburgh. xli. 288.

736. Apud Halyruidehouis, 24 Jun.
REX, pro bono servitio, concessit et quitteclamavit ALEXANDRO MAIRTENE de Giblestoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—tenementum terre et domus cum horto in villa de Anstruther ex occidentali latere torrentis ejusdem (juxta torrentem *lie Lambertstreit*), 3 acras arabiles (viz. ac juxta communem moram, ½ ac. in *lie* Grinok, 1 ac. juxta torrentem, ½ ac. juxta *lie milne-leid*), in dominio et baronia de Pettinweime, vic. Fyiff;—que olim ad abbatiam de Pettinweime pertinuerunt, et per dictum Alex. et predecessores ultra hominum memoriam occupate erant:—Reddend. 18 sol., et 9 pultreas, et 3 sol. 4 den. augmentationis, cum servitiis debit. et consuet.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia infra burgum de Pettinweme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione dicte feudifirme deficerent per tres terminos continuos, amitterent jus hujus infeofamenti:—Test. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 454.[3]

737. Apud Halyrudhous, 26 Jun.
REX confirmavit ROBERTO SUYNTOUN de eodem—dominium et terras de Swyntoun Magna et Parva, cum manerie, silvis, molendinis, terris molendinariis &c., lacubus, piscationibus, columbariis, cunicullariis, tenentibus &c., in baronia de Coldinghame, vic. Beruik; terras ecclesiasticas de Swyntoun, cum gleba et mansione (reservatis vicario de S. duabus domibus

[1] This charter contains the following names of adjoining owners:—umquhile Alex. Raitt, And. Arbuthnet of that ilk, Daind alias Andrew Moncur fiar of Slanis, Adam Skellow, Robert Leper, umq. And. Greiff.

[2] Dated an. reg. 30. Placed here according to the A.D. The same discrepancy between A.D. and regnal year occurs also in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxi. fol. 156.

[3] This charter names the following adjoining owners or occupiers:—And. Symsoun, umquhile Wil. Cuik, umq. Joh. Gibsoun, And. Thomsoun, Simon Wode, Wil. Caddellis, Joh. Wilsoun, Tho. Tailycouir, Joh. Ritchertsoun, And. Miller.

contiguis introitui cymeterii dicte ecclesie *Kirkstyle* nuncupat., et 4 particatis terrarum jacen. contigue a tergo dict. domorum pro horto, cum pastura unius equi super dictis terris), in dictis dominio et vic.; terras de Cranschawis cum fortalicio et silvis, terras de Thornieburne, Howboig et Doighous, cum molendinis, terris molendinariis, *lie thirle* et astrictis multuris, piscationibus, nemoribus, columbariis, tenentibus &c., vic. Beruik;—quas idem Rob. resignavit:—INSUPER rex,—intelligens dict. terras de Cranschawis progenitoribus dicti Rob. cum advocatione ecclesie ejusdem in alba firma concessas fuisse, licet patronatus dicte ecclesie in diversis retornatibus predecessorum dicti Rob. negligenter omissus erat, et dictum Rob. et ejus predecessores sese retornasse de dict. terris de Cranschawis de rege per servitium debit. et consuet. tenendis, quod nihil aliud significavit preter antiquum tenendi modum suprascript. (cum nimirum antiqua infeofamenta temporibus dict. retornatuum abstracta erant injuria temporum bellorumque civilium occasione vel per incursiones Anglorum),—cum consensu &c. (64. 82.),—ratificavit omnes cartas dictis predecessoribus factas de suprascriptis, declarando dictum Robertum habere indubitatum jus ad patronatum tam rectorie quam vicarie dicte ecclesie:—PRETEREA suprascripta dicto Rob. de novo ad feudifirmam dimisit, necnon incorporavit in liberam baroniam de Cranschawis:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Georgio S. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio S. ejus patruo et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni Swyntoun filio legitimo natu maximo quondam M. Davidis S. rectoris de Cranschawis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio S. fratri germano dicti Joannis et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Marco S. in Inverkething et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Swyntoun Magna 20 mercas strivilingorum, pro Swyntoun Parva unam mercam argenti, pro dict. terris ecclesiasticis 45 sol., pro Cranschawis &c. 31 merc. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 412.

738. Apud Halierudhous, 27 Jun.[1] REX ad feudifirmam locavit ALEXANDRO MURRAY de Wodend, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—peciam crofte *lie* Well-croft, continentem acram terre aut eocirca, cum privilegio lucrandi opera duorum dierum glebarum (*lie twa dayis wark of peittis*) in *lie* Eistmure borealis partis de Incheviot, necnon peciam viridarii *lie grene-erth* ex occidentali dict. Well-croft (inter domus et hortos Pat. Mitchell et alias bondas specificatas), in parochia de Madertie, dominio de Incheffray, vic. de Perth;—que olim ad monasterium de Incheffray pertinuerunt:—REDDEND. 10 sol., et 2 sol. augmentationis, cum duabus pultreis; necnon herezeldum quandocunque per decessum contingeret (vel 20 sol. pro eo); ac ministrando tempore guerre servitia et careagias, et prestando promptum servitium et obedientiam pro defensione regis; ac dando presentiam ad 3 placita capitalia vic. de Perth, et ad ceteras curias regis cum requisiti essent; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 19.

739. Apud Halyrudehous, 29 Jun. REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit JOANNI PURVES burgensi de Dunbar et EGIDIE KELLIE ejus conjugi pro eorum vita, et GEORGIO PURVES eorum filio seniori legitimo heredique apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. de eo legitime procreand. absque divisione, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—dimidiam rigam vocat. trigesimam binam partem ville et terrarum de West Barnis, in dominio de

[1] Dated an. reg. 32. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 17.

Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—de qua dictus Jo. renunciationem per Wil. Young filium et heredem quond. Jacobi Y. in Belhewin, qui rentellator favorabilis et feudifirmarius ejusdem fuerat, acquisiverat:—SOLVEND. 11 bollas victualium, ½ frumenti et ½ (ordei), cum ¼ pecca tritici et ¼ pec. ordei augmentationis; et 5 mercas pro duplicatione in introitu heredum; et edificando honestas domos, hortos, et faciendo politiam plantationesque solo corresponden.; et seminando canabem et linum extra hortum caulium et non infra; et habendo prata ubi commode haberi possent; cum prohibitione &c. (cum ceteris *ut in carta* 486):—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xliii. 257.

740. Apud Halyruidhous, 30 Jun.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO KIRKCALDIE de Grange, et MARGARETE HAMMILTOUN ejus sponse affuture,—dimedietatem terrarum de Glasmonth (occupat. per Jac. Orrok et Davidem Broun), vic. Fyiff;—quam idem Wil. in favorem suum et dicte Marg. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 386.

741. Apud Halierudhous, 1 Jul.

REX,—cum consensu &c. (82.),—concessit familiari servitori suo D. GEORGIO HOME de Spott militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Pokehauch cum pratis, molendinum de Grenlawdene, cum privilegio aqueductus et *lie damheid*, cum astrictis multuris omnium terrarum infra vic. de Beruik grana ibi portare consuet., domos et *lie outsteidis* cum toftis, croftis et hortis ville de Grenelaw, in parochia de G., comitatu Marchie, vic. Beruik;—quas Stephanus Bruntfeild de Grenelawdene et Mariota Cairnecors ejus conjux in favorem dicti Geo. resignaverunt:—PRETEREA rex,—memor recentis erectionis ville de Auld Grenelaw in burgum baronie, et intelligens villam de Grenelaw (per hanc dispositionem ad dictum Geo. pertinentem) magis idoneam esse in liberum burgum erigi respectu situationis in frequentissima parte illius regionis proxime adjacen. decurrenti fluvio de Grenelaw versus austrum et magno communi moro de G. versus boream (commoda non parva in larga sustentatione focalium et pasture suppeditan.), ubi etiam permulti diversarum familiarum viri hereditarii possessores terrarum undequaque residebant, viz. Bruntfeildis, Haitlies, Reidpethis, Trotteris, Dicksones ceterique hujusmodi, sic quod multo magis expediens esse constaret ad evitanda incommoda, lites et cruentas inimicitias que inter incolas accadere possent cum in villis valde distantibus propter carentiam burgi propinqui se periclitari cogerentur,—et dictus Geo. personaliter extradonavit dict. erectionem de Auld Grenelaw,—pro servitio pluribus annis sibi impenso, suprascripta dicto Geo. de novo ad feudifirmam dimisit, et dict. VILLAM DE GRENELAW erexit in liberum burgum baronie; et concessit &c. (*cum omnibus privilegiis ut in carta erectionis de Auld Grenelaw No.* 500 *supra*, nisi quod proclamationes et ad crucem foralem de Grenelaw et ad crucem ville de Duns publicande fuerunt):—SOLVEND. 10 merc. feudifirme, et pro dicto burgo unam rubeam rosam nomine albe firme; ac duplicando dict. 10 merc. in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 402.

742. Apud Halierudehous, 3 Jul.

REX concessit ROBERTO STEWART clavigero, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre in burgo de Edinburgh sub muro castri in australi parte vici regii (juxta murum burgi);—quod olim ad Pat. Spens tinctorem burgen. de Edinburgh et Agnetem Johnestoun ejus sponsam, postea ad quondam Arch. Jardane filium naturalem quond. Alexandri Jardane pertinuit;—necnon dimedium tertie partis tenementi quond. Tho. Joussie cum horto, in dicto burgo in venella B. V. M. de Campis;—que tertia pars ad Jonetam Heriot et M. Jo. Guild ejus conjugem, postea ad dictum Arch. et Pat. Acarsane scribam conjunctim pertinuit;—et que ambo regi devenerunt per mortem dicti Arch. bastardi:—TENEND.

in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 399.[1]

743. Apud Halierudhous, 3 Jul.
REX confirmavit [1] cartam Andree Meldrum de Drumbrek,—[qua ad feudifirmam dimisit ANDREE MELDRUM filio suo secundogenito, heredibus ejus masc. et assignatis, — terras interiores ville et terrarum de Darley, Boggis de Darley, molendinum granarium cum aratro molendinario de D., terris molendinariis, *lie knaifschip* et astrictis multuris consuetis dictarum terrarum, cum marresia ejusdem, villam et terras de Wodheid de D., cum crofta vocata Petmundeis-brig, in parochia de Auchtirles, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto And. seniori 6 lib.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Meldrum de Tillicarne, Jo. Cheyne, Rob. Arthur, Jac. Abirnethy, Davide Hall in Creichnaleid: — Apud Newhall de Crombie, 6 Dec. 1584]:—[2] cartam Georgii Meldrum de Drumbrek,—[qua, — pro adimpletione contractus de data apud Edinburgh, 3 Aug. 1597,—vendidit Andree Meldrum de Darley fratri suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— baroniam de Drumbrek cum fortalicio et manerie, viz. *lie* Manis de D., Newsait, Mylntoun, molendinum, multuras, sequelas, terras molendinarias ejusdem, *lie ailhous* et Ailhouscroftis, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Joanni Meldrum de Ardley:—TEST. M. Rob. Paip advocato, Samuele Ord, Alexandro Mwtray in Auld Abirdene, Gilberto Thomesoun, M. Wil. Chalmer (scriptore carte), notariis:—Apud Abirdene, 12 Nov. 1597]:—PRETEREA, pro bono servitio, dictam baroniam dicto And. juniori de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 401.

744. Apud Halierudhous, 3 Jul.[2]
REX dedit literas legitimationis DAVIDI NAIRNE in Myres, bastardo, filio naturali quondam Jacobi N. in Newtoun de Reres. xlii. 5.

745. Apud Linlythgow, 5 Jul.
REX confirmavit cartam Joannis Fentoun clerici computorum rotulatoris, — [qua vendidit JOANNI MONRO in[3] Petchoinachtie, in vitali redditu, et JOANNI MONRO ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legitimis et propinquioribus heredibus cognomen de Monro gerentibus quibuscunque, —terras de Pitchonachtie cum bruerio *lie ailhous* earundem, croftam de Westir Haldaucht cum fabrili vocato Smyddiecroft, croftam de Pitsla, croftam vocatam Mariscroft, cum silvis et piscationibus, in dominio de Ardmanoch, vic. Invernes:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. pro Petchonachtie 7 libras 2 sol. 6 den., 1 celdram 5 bollas 1 firlotam ordei et farine avenatice, 4 bollas avenarum, 1 martam, 1 arietem (*muttoun*), pro bondagiis 20 sol., cum 7 *reik-hennis*, 4 duodenis pultrearum, 80 oneribus focalium, et singulis quinquenniis 7 libras 2 sol. 6 den. gressume, extenden. ad 28 sol. 6 den. annuatim; pro bruerio 17 solidos, et 3 sol. 5 den. loco gressume; pro Hauldocht-Vestir 7 sol. 1 den., necnon 17½ den. loco gressume; pro Smyddicroft de Haldaucht-Eister 11 sol., et 2 sol. 5 den. loco gressume; pro Pitsla 13 sol. 4 den., necnon 2 sol. 8 den. loco gressume; pro Mariscroft 15 sol. 4 den., et 3 sol. 1 den. loco gressume; necnon 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 13 lib. 14 sol. 5½ den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum tribus sectis ad 3 placita capitalia dicti dominii; et sustinendo politias et plantationes fundo corresponden.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Wylie scriba, Laurentio Fentoun servitore dicti Jo. F., Davide Monro filio dicti Jo. M. senioris, Adamo Lautie scriba, Davide Andersoun (scriba carte) et Daniele Melvill ejus servitoribus:—Apud Edinburgum, 1 Jul. 1598]:—PRETEREA,—cum avisamento &c. (81.),—suprascripta dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum crofta vocata Patrik-Barclayis-croft:—REDDEND.

[1] This charter names the following adjoining owners:—umquhile David Robesoun, Rob. Aikinheid, John Wod, John Ramsay merchant, David Wauch, Pat. Runsyman, Mr Hen. Henrisoun.

[2] Dated an. reg. 32. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 85.

[3] In the preamble "de."

ut supra, et pro Patrik-Barclayis-croft 7 sol. 1 den.; et 40 den. augmentationis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 383.

746. Apud Falkland, 12 Jul.

REX confirmavit cartam Philippi Nisbit feodatarii de eodem,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO M'CLELLANE de Auchlane, irredimabiliter,—partem suam terrarum de Auchlane, extenden. ad 20 solidat. antiqui extentus (per dictum Wil. possessam), in parochia de Kirkormok, senesc. Kirkcudbrycht :—Tenend. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. legitime procreatis inter Gilbertum M. filium Willelmi M. de Balmagane et Margaretam M. ejus sponsam, filiam legitimam dicti Wil. M. de A., quibus def., seniori heredum fem. inter dictos Gilb. et Marg. legitime procreat. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. M. de A. quibuscunque cognomen et arma de M'Clellane gerentibus, de rege :—Reservato vitali redditu Georgio Neisbit seniori de eodem, patri dicti Philippi :—cum precepto sasine :—Test. Alex. Neisbit fratre germano dicti Phil., Wil. M'Clellane et Tho. Carrok servitoribus dicti Wil. M. de A., Andrea Kneland, Hen. Bickartoun scriba signeti regii, Jac. Kynneir (scriptore carte) et M. Davide Hay ejus servitoribus :—Apud Edinburgh, 9 Apr. 1597] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 423.

747. Apud Falkland, 14 Jul.

REX confirmavit cartam Thome Ramsay de Wylecleuch,—[qua, cum consensu Roberti R. filii sui et heredis apparentis,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter dictos Tho. et Rob. et Rob. R. filium primogenitum dicti Rob. ab una, Rob. Diksoun de Buchtrig seniorem et Rob. D. de B. juniorem ejus filium cum consensu Isobelle D. filie dicti Rob. D. senioris ab altera partibus, de data apud Wylecleuch, 25 Maii 1593,—concessit dictis ROBERTO RAMSAY juniori et ISSOBELLE DIKSOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis,—8 terras husbandias de suis 12 terris husb. (viz. 4 ter. husb. per Edw. Trotter, 4 ter. husb. per Tho. Diksoun in Wylecleuch occupatas) in villa et territorio de Wylecleuch, vic. Beruik :—Tenend. de rege :—Reservato dicto Tho. R. vitali redditu 2 terrarum husb. pro quibus dictus Tho. D. reddidit annuatim 20 bollas ordei :—Test. et de data *ut in carta* 322] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 392.

748. Apud Halyruidhous, 20 Jul.

REX, pro bono servitio, concessit et quiteclamavit STEPHANO MERTENE in Pittinweme, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—domum *the Fischehous* olim ad quondam M. Wil. Abircrumbie spectantem, in burgo de Pittinweme juxta occidentalem *lie hevin* ejusdem, tenementum terre cum domibus et horto, continen. aulam, 2 cameras, *lie brewhousis*, cum horreo et horto adjacen., olim spectan. ad Willelmum Mertene filium quond. Thome M., in dicto burgo ex boreali parte principalis vie (inter terras Andree Wod nuncupatas *the Croft*, tenementum domini de Ardros, et tenementum per Issobellam Flie relictam Thome Smyth occupatum), acram terre arabilis olim per quond. Tho. Lyell occupat. (inter *lie* Brayheid, communem moram et *husbandlandis*), acram arabilem continentem 4 longas rigas adjacen. in uno *lie sched* nuncupat. Laverokisland, olim pertinen. ad quond. Tho. Kinzow (inter terras quondam Andree Laverokis et terras quondam And. Wod nuncupat. *the Weit-aiker*), tenementum cum horto in dicto burgo subtus rupes (inter tenementum et hortum Simonis Waid, maris fluxum et communem venellam ad *lie Kilheuch*), et tenementum cum horto ibidem (inter tenementa quondam Thome Knychtsoun et quond. Georgii Adistoun, communem *lie vennell strand* et fluxum maris), in dominio et baronia de Pittinveme, vic. de Fyiff;—que ad abbatiam de Pittinweme olim pertinuerunt, et per dictum Steph. et ejus predecessores ultra hominum memoriam possessa fuerant :—Reddend. pro *the Fischehous* 12 den., pro primo tenemento et prima acra 12 sol., et 3 pultreas, pro altera acra 30½ den., cum 2

peccis ordei, 1¾ peccis farine avenatice, 2 pultreis, pro secundo tenemento 11 sol. 8 den., pro tertio tenemento 8 sol., et 4 sol. 10 den. augmentationis, in toto 40 sol. monete, cum aliis servitiis debitis et consuetis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia infra burgum de Pittinweme; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, jus hujus carte perderent:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 390.

749. Apud Halyerudhous, 21 Jul.

REX confirmavit cartam Davidis Blair de Adametoun,—[qua, pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Blair, 16 Dec. 1591, vendidit GRISSILLIDE BLAIR conjugi sue, filie Joannis B. de eodem, in vitali redditu, — 20 libratas terrarum de Adametoun, cum fortalicio, molendino granario et silvis, antiqui extentus, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras dominicales de Peirstoun cum fortalicio (per Eliz. Mure matrem dicti Dav., Jo. Caskie et Rob. Dickie occupat.), terras de Ovirtoun, Warrikhill, Warrix, Langsyde et Dregarne, in balliatu de Cunynghame, vic. Air:—Reddend. dicto Dav. 2 den. albe firme:—Reservando dicte Eliz. liberum tenementum dict. *lie* Manis de Peirstoun:—cum precepto sasine:—Test. Wil. Hunter, Jac. Blair, comburgen. de Air, Wil. Crawfurd servitore dicti Dav., Wil. M'Kerrell clerico vic. de Air, Joanne Masoun notario publico:—carta scripta per Davidem Girvan servum dicti Wil. M.:—Apud burgum de Air, 11 Feb. 1597]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 400.

750. Apud Halierudehous, 22 Jul.

REX confirmavit cartam Davidis Kynneir de eodem, et Joannis K. ejus filii et heredis apparentis, — [qua, — pro perimpletione decreti arbitralis de data apud Sanctandrois, 30 Apr. 1591, inter dictum Jo. et nonnullos suos complices ab una, et DAVIDEM FORRETT de eodem pro ipso et Issobella Ramsay ejus matre et pro reliquis eorum amicis ab altera partibus, de cede Joannis F. fratris germani dicti Dav. F., et presertim pro solutione 2000 librarum ordinata pro dicte cedis satisfactione,—vendiderunt dicto Dav. F., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—terras de Torforrett, vic. Fyiff:—Tenend. de rege:—Reddend. servitium debitum et consuet.:—cum precepto sasine directo Roberto Aittoun de Pittoncartie:—Test. Davide Lyndsay de Month milite, Jo. Patersone de Hiltervet, Hen. Williamsone, Wil. Airthe, burgensibus de Cowpro, Jo. Heddervik, Alexandro Luklaw notario publico:—Apud Cowpar, 7 Jul. 1593]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 384.

751. Apud Halierudhous, 22 Jul.

REX,—pro ipso et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JONETE KENNEDY sponse Oliveri Baird de Kilquhenzie, in libero tenemento, — 2 mercat. terrarum de Glencoppok, 10 solidat. de Dalthame, 20 solidat. de Thornbrek, 10 sol. de Auchlewand, 20 sol. de Auchaltetie et Altekeit, ½ mercatam de Dalcur;—necnon GILBERTO BAIRD eorum filio heredique apparenti, heredibus ejus masculis hereditarie et assignatis,—dict. terras, cum molendino, terris molendinariis &c., 20 sol. terrarum de Auchlun, 4 mercat. de *lie* Maynis de Kilquhenzie cum fortalicio et manerie, antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air;—quas dictus Oliverus in eorum favorem resignavit:—Reservato vitali redditu dicto Olivero:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 514.

752. Apud Edinburgh, 23 Jul.

REX confirmavit cartam M. Willelmi Carnecros de Balmaschanner,—[qua, cum consensu Cristine Moncur conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 4000 merc. persolutis,—vendidit M. JACOBO FOTHRINGHAME rectori de Ballumbie et MARGARETE LINDSAY ejus sponse in vitali redditu, necnon JOANNI SCRYMGEOUR eorum genero et MARIOTE FOTHRINGHAME ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Mariote de corpore legitime procreandis, quibus def., heredibus et assignatis dicti

Joannis quibuscunque, hereditarie,—terras dominicales de Balmaschanner, Cottoun ejusdem, cum decimis garbalibus inclusis, manerie, facultate effodiendi quotannis 10 *lie dargis* glebarum focalium in moris de Turfbeg,—et, in speciale warrantum earundem, solarem dimedietatem terrarum de Turfbeg, decimis garbalibus inclusis,—vic. Forfar:—TENEND. de rege in alba firma:—cum precepto sasine directo Alex. Waddall in Forfar:—TEST. Jo. Broun in Halkartoun, Wil. Barre burgen. de Dundie, Rob. Stubbellie pistore burgensi ibidem, Gilb. Gellety nuncio, And. Alisoun seniore, And. Aliesoun juniore in Kirktoun, M. Wil. Balfouir notario, Thoma Huntar notario publico:—carta scripta per dictum Tho. et Alexandrum Traill:—Apud Dundie, 2 Jun. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 370.

753. Apud Halyruidhous, 23 Jul.
REX concessit ALEXANDRO BUCHAN de Auchmacoy et AGNETI FRASER ejus conjugi in conjuncta infeodatione (in plenariam satisfactionem omnium que ei per decessum dicti Alex. ratione conjuncte infeodationis, vitalis redditus aut tertie devenire possent), et heredibus masc. dicti Alex. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Oykcorne, cum molendino, terris molendinariis &c., in baronia de Kynedwart, vic. de Abirdene;—ac dicto Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Mekill Auchmacoy, 2 merc. annui redditus de bina parte terrarum de Saythlyie, cum tenentibus &c., in dictis baronia et vic.; terras de Littill Auchmacoy, in parochia de Logybuchan, vic. Abirdene;—quarum terrarum de Littill A. ¾ Wil. Twring de Foverne, ¼ (extenden. ad 2 mercatas) Geo. Banerman de Wattertoun, ceteras idem Alex., resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio, dictis Alex. et Ag. respective de novo dedit, cum mansione, manerie loco et columbariis de Oykcorne, et *lie outseit* nuncupato *the North-seit* ejusdem, necnon cum mansione, manerie loco et columbariis de Mekill Auchmacoy, *lie outseitis* ejusdem nuncupat. *lie* Dorbishill et Cokcarne, molendino granario de Mekill Auchmacoy cum terris molendinariis &c., necnon cum mansionibus, manerie locis, fortaliciis, hortis, columbariis, cunicularis, molendinis, multuris, sequelis, piscatione salmonum aliorumque piscium in parte aque de Ythen adjacente dictis terris de Littill A., et cum potestate exclusiva tenendi *lie ferrie-boittis* super dicta parte dicte aque, cum *lie landing-places* ex utraque parte dicte aque ex conspectu dict. terrarum; et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Auchmacoy:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 393.

754. Apud Halyrudehous, 23 Jul.[1]
REX confirmavit cartam Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua, pro adimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit servitori suo ROBERTO CHEYNE apud molendinum de Auchrye, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras molendinarias de Mekil Auchrye et molendinum granarium ejusdem cum astrictis multuris solitis et consuetis, et in specie multuras et *lie knaifschip* et sequelas terrarum de Mekle Auchry, Carncak, Middilhill, Bethangy, Over et Nether Tullimaldis et Gulley, in parochia de Turref, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Patricio unum vervecem castratum, unum agnum, 12 capones, 12 *lie pultrie* et sufficientem *lie mylne swyne*, *lie peit-leiding* consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Gordoun in Gowill, Carolo in Veteri Aberdonia, Jo. Hay servitore dicti Hen., M. Tho. Gordoun, M. Arthuro Watt (scriptore carte):—Apud Abirdoneum, 19 Maii 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 145.

755. Apud Halierudhous, 24 Jul.
REX confirmavit cartam Joannis Balfour, proprietarii dimedietatis de Kinloche per dispositionem D. Michaelis Balfour de Balgarvie militis,—[qua,—pro impletione contractus de data apud Cowpar, 19 Jul. 1594, et pro 1200 lib. persolutis,—vendidit JOANNI

[1] Dated an reg. 33. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 41.

WILLIAMSOUN juniori in Kinloche, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—octavam partem umbralis sue dimed. terrarum et ville de Kinloche cum pasturis et privilegiis, per dictum Jo., ejus cottarios et tenentes occupat. (excepta sua dimed. molendini, terrarum molendinariarum, multurarum, Smyddielandis et Brewlandis), in senesc. et vic. de Fyff:—PROVISO quod dicta octava pars dicto molendino esset astricta pro solutione multurarum cum aliis servitiis consuetis:—REDDEND. regi 45 sol. 4 den., cum 2 caponibus et 4 pultreis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Rob. Aytone de Pittoncardie, Jo. Bonar de Lumquhat, Davide Kinloche in Kinloche, Andrea Broune in Cowpar, Patricio Glasfurd notario publico, And. G. ejus filio (scriptore carte):—Apud Cowpar, 8 Maii 1596]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Joannis Williamesone, suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 368.

756. Apud Falkland, 25 Jul.

REX concessit Domine KATHERINE DRUMMOND conjugi Jacobi magistri de Rothes, in vitali redditu,—terras dominicales de Leslie Eister et Wester, cum fortalicio et manerie, croftam et terras nuncupat. Mukcairsy, croftam vocatam Cruikishauch, terras de Petgedy, Petcavie, molendinum de Lesly cum terris molendinariis et astrictis multuris totius baronie de L. consuetis, in dominio de Lesly, vic. Fyiff; villam et terras de Eichane (Eichame), terras de Flisk Eister et Wester, terras de Balhevie, in baronia de Ballinbreich; terras et baroniam de Cairny, dimediatas terras de Pitblais et Montquhery, terras de Ferryfeild et Ferryboit, annuum redditum 4 bollarum ordei et 12 solidorum de terris de Cary et Brodland, cum earum fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., et advocatione ecclesie parochialis S. Madoci et omnium ecclesiarum et capellaniarum ejusdem, in senesc. de Straitherne, vic. Perth;—que dictus Jac. resignavit in favorem dicte Kath., et hoc in plenariam satisfactionem ejus tertie:—INSUPER rex voluit quod unica sasina pro omnibus staret:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 362.

757. Apud Falkland, 25 Jul.

REX concessit JACOBO LESLIE, filio natu maximo et heredi apparenti Jacobi magistri de Rothes,—terras et baroniam de Baliinbreich cum castro, silvis, piscariis, molendinis, terras dominicales de B., terras de Eichame, Logy, Fliskis Eister et Wester, Fliskmillane, Balhavie, Pitteuhop, Balmedysyde, Colsy, Pitcairlyis Eister et Wester, Drumbarroch, Lumbenis Eister et Wester, 5 bollas ordei annui redditus de terris et dominio de Abirnethie, cum earundem fortaliciis, molendinis, silvis, parcis, tenentibus &c., piscariis dicte baronie super aqua de Tay, cum *lie ferrie-boittis* dicte aque inter Corbeden et fauces aque de Erne prout medium flumen dicte aque fluit, cum advocatione ecclesie parochialis de Flisk, et prebende ecclesie collegiate de Abirnethie nuncupate Forevinschip, et capellanie capelle de Glenduky, et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dicte baronie, terras et baroniam de Tasis, Haltasis, Hiltasis, Bandirran, Coklawis et Kilmux, cum fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum capellaniarumque, annuum redditum 40 sol. de terris de Eister Lathrisk vocat. Riggis, vic. Fyiff; terras et baroniam de Cairny, dimedietatem terrarum de Pitblais et Monquhery, terras de Ferryfeild et Ferrieboit, ann. red. 4 bollarum ordei et 12 sol. de terris de Cary et Brodland, cum fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione parochialis ecclesie S. Madoci et omnium ecclesiarum et capellaniarum ejusdem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth; terras et baronias de Fetheis, Eister et Wester F. cum manerie, fortalicio, piscariis, tenentibus &c., et advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Forfare; terras et baroniam de Balmaine, Wodfeild, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., et advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Kincardin; terras et baroniam de Quisny et Fowlis-Mowat, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de

Quisny et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum ejusdem, terras de Carneculliclit et Drummachaly cum molendino, terras de Corbunche, Cormelly et Hardbalinthe, Balmacailyie, Knok(rea)chy, Balchynny et Corquhenditland, cum molendinis, vic. de Abirdene; terras et baroniam de Rothes, cum castro, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de R. et capellanie infra castrum de R., cum piscariis intra bondas dicte baronie super aqua de Spey, terras dominicales de R., molendinum et croftam molendini de R., terras de Castelhill et Smyddiecroft, terras foreste de Conraky, terras de Blakburne (vel Brokburne), Newtoun, Blakhall, Quhyitlawis, Pittagartie Over et Nether, Auchinquhorrothy, Dumturkis, Glen Eister et Wester, Ballinbrachy, Muldareis Eister et Wester cum crofta et *lie ailhous*, Aigny, Eschebullck, Fischertoun, Eleis, Ardochie, Robsillie, Burnetankis, Braquhuky (vel Barchaquhy), Archany, Kyndilly, Blairlochy, Lenchely Eister et Wester, Wrtand Eister et Wester, Pitcragy et Brig, vic. de Elgin et Fores; terras et baroniam de Rothynormayne in Formairtyne, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Abirdene; terras de Kildathys et Donylawran cum molendinis et piscariis, vic. Invernes; terras de Dunloppy, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare;—que dictus Jac. senior in favorem dicti Jac. junioris resignavit; et que rex, pro bono servitio dicti Jac. senioris et ejusdem predecessorum, incorporavit in liberam baroniam de Ballinbreich, ordinando quod turris seu maneries de B. esset principale messuagium:—RESERVANDO vitalem redditum dicto Jacobo seniori; et Domine Catherine Drummond ejus sponse vitalem redditum de Eicheme et seqq. *in carta* 756 *nominat.*:—TENEND. dicto Jac. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Georgio Lesly filio legitimo secundogenito dicti Jacobi senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. dicti Jacobi junioris quibuscunque arma et cognomen de Leslie gerentibus:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 363.

758. Apud Halyrudhous, 25 Jul.

REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO INNES de Kandoruif filio et heredi quondam Walteri I. de K., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Roskene et *lie* Brewland earundem cum ejusdem crofta, ac terris de Debadaill, in episcopatu de Ros, vic. Invernes;—que olim ad episcopatum de Ros pertinuerunt:—INSUPER rex ratificavit omnes cartas dictis Wil. et Walt. vel aliis eorum predecessoribus desuper concessas:—REDDEND. pro Roskene (extenden. ad davatam terre) 8 lib., 30 sol. pro pretio unius custume martis, 20 sol. pro 4 custumis muttonibus, 8 sol. pro 12 caponibus, 4 sol. pro 12 pultreis, 6 sol. pro 4 capris *lie gaittis* cum earum . . ., 6 sol. 8 den. pro 2 bollis *lie suggerrun-aitt*, 53 sol. 4 den. pro gressuma, 42 sol. 8 den. pro augmentatione rentalis; pro *lie* Brewland 13 sol. 4 den., 5 sol. pro muttone, 2 sol. pro 3 caponibus, 12 den. pro 3 pultreis, 4 sol. 5½ den. pro gressuma, 3 sol. 6½ den. pro augmentatione rentalis; pro Debadaill 13 sol. 4 den., 2 sol. 8 den. augmentationis; ac pro areagiis, careagiis, focalibus et debitis servitiis consuetis 6 sol. 8 den., in toto 19 lib. 2 sol. 8 den.; necnon molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Roskene, et multuras consuetas solvendo; et si unus terminus &c. (*ut in carta* 354); et sustentando 4 equos cum necessariis per 3 dies pro invectione decimarum garbalium parochiarum de Nyg et Tarbet propriis sumptibus quandocunque requisiti essent; et tenentes assistendo in reparationem de *lie yair* de Kincardin secundum ratam conformiter baronie de Nig; et dicti Wil. &c. prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Canoniam de Ros; ac duplicando dict. summas in introitu heredum; necnon prestando ad eorum introitus juramentum veritatis homagii; cum prohibitione alienandi absque licentia regis in scriptis habita; et si equitarent aut pedestres essent contra regem, feudifirmam amitterent:—et unica sasina apud Roskene pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 371.

759. Apud Halyrudhous, 25 Jul.
REX,—cum consensu &c. (81. 63. 88. 27. 89. 39. 90.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit WILLELMO LITTILL mercatori burgensi de Edinburgh, et ANNE SCHARP ejus conjugi,—terras de Sanct-Germanis cum mansione, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—quas, olim de preceptore et capellano S. Germani de Stella Betheliemitica tentas, iidem Willelmus et Anna resignaverunt :—TENEND. dictis Wil. et An. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque : — REDDEND. Joanni Sympsoun preceptori et capellano de Sanct-Germanis durante ejus vita (aut quousque satisfieret), et postea regi, 9 lib. 6 sol. 8 den. pro antiqua feudifirma, et 6 sol. 8 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 409.

760. Apud Falkland, 28 Jul.
REX confirmavit cartam Alexandri Auchinlek de Cotsyde, et Anne Betoun ejus conjugis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendiderunt RICARDO MELVILE filio legitimo Jacobi M. de Dysert, et AGNETI AUCHINLEK ejus conjugi future, filie sue legitime,—terras de Coitsyde Eister Coitsyde appellatas, cum 4 acris de Wester C., terris nuncupat. Prestis-medow et 2 croftis arabilibus Lawiscroft et Tagouscroft appellatis, cum loco et manerie de Coitsyde, in dominio et baronia de Barrie, vic. Forfar; 9 acras terre arabilis cum *lie* Stephanscroft et pecia terre Dwnesbank appellata, jacen. in *lie* Kirkhauch et prope ecclesiam de Barrie (exceptis sex acris per se Joanni Auchinlek burgensi de Dundie alienatis, inter hortum Joannis Clerk portionarii de Ravinisbie et vadum nuncupat. Arnottispowle), in dictis baronia et vic.; 3 acras arabiles (olim ad Pat. Adam pertinen.), cum domibus &c., cum 2 peciis terrarum Burtonis-croft nuncupatis, cum earundem toftis et domibus, necnon terras de Cotwallis &c. (*ut in carta* 438 [1]), in dictis dominio &c. :—TENEND. dictis Ricardo et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione, de rege (loco commendatarii et conventus de Balmerinoch) in feudifirma: —REDDEND. pro Eist Coitsyde &c. *ut in carta* 438 [2], deducendo 4 mercas pro dictis 6 acris reservatis; pro Coitwellis &c. 40 sol., cum 6 pultreis, tanquam partem feudifirme in originali carta quondam Georgii Auchinlek portionarii de Grange de Barrie contente; pro Burtoniscroft 2 anseres, 6 pultrias, et 6 den. monete; cum aliis servitiis, juribus et devoriis in veteribus infeofamentis contentis, si que essent: —cum precepto sasine directo Jacobo Chrystell ludimagistro in Barrie:—TEST. Jacobo Durhame de Pitkerro, Jo. Craill ballivo de Dundie, Joanne Auchinlek, Jo. Steill, Jo. Pattone (scriptore carte), notariis: —Apud Dundie, 31 Maii 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 396.

ANNO REGNI 32. ANNO DOMINI 1598.

761. Apud Falkland, 29 Jul.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (91.),—concessit MATHEO STEWART de Mynto militi, in vitali redditu, et ROBERTO STEWART ejus filio legitimo, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—dimedietatem terrarum de Wester Perthwik cum pertinentiis, viz. Bertounluge, Yocker, Philpisland et Riwray cum earum pertinen. tunc appellat. *lie* Blawathill, cum tenentibus &c., extendentes ad 5 mercat. antiqui extentus, in baronia et vic. de Renfrew; 20 solidatas terrarum de Kirklie cum carbonibus, in baronia de Glasgow, vic. Lanerk;—quam dimed. de Wester Perthwik (de principe Scotie tentam) idem Math., Kirklie Jo. Wylie scriba et Agnes Sinclair ejus conjux, resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio dicti Math. et ejus predecessorum, dictis personis de novo dedit :—TENEND. in

feudifirma :—REDDEND. pro Wester Perthwik 5 mercas ; pro Kirklie 2 sol., cum 20 sol. tenentibus orientalis partis de Partik per episcopos Glasguen. dictis tenentibus ex antiquo assedat., cum 16 den. in augmentationem rentalis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 395.

762. Apud Falkland, 5 Aug.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Joannis Wallace de Cragie,—[qua, cum consensu Joannis W. filii sui et heredis apparentis,—pro observatione contractus matrimonialis de data apud castrum de Mernis, 31 Oct. 1597,—vendidit Domine ELIZABETH DOWGLAS relicte Joannis dom. Maxwell, sponse sue future, in vitali redditu,—18 mercat. terrarum de Previk in proprietate et tenandria, cum fortalicio, molendino granario, silvis, piscationibus, carbonibus, columbariis, 2 mercatas de Burnbank (per Wil. Legat occupatas), 2 mercat. de Helingtounmure, ½ mercat. de Syik, 4 mercat. de Langcragis, 50 sol. de Colyberlieis, 5 mercat. de Treis, 2 mercat. vocatas Dullochhill, 20 sol. de Hannayistoun, 2½ mercatas ex boreali parte de *lie* Manis de Cragy, molendinum granarium de Schawismylne, ejus terras molendinarias &c., antiqui extentus, in balliatu de Kylestewart, vic. Air :—TENEND. de Henrico principe Scotie &c. : — et obligavit se ad defendendum suprascripta annuatim reddere dicte Eliz. 20 celdras victualis, computando 16 bollas pro celdra :—cum precepto sasine :—et unica sasina apud fortalicium de Previck capienda pro omnibus staret :—TEST. Willelmo Wallace de Dullaris, M. Jacobo Ros filio legitimo quondam Joannis R. de Hanyng, Tho. Broun servitore dicte Eliz., Rob. Harper in Cragy, Geo. Angus juniore notario publico et clerico balliatus de Kyle-stewart :—carta scripta per Jac. Wallace servitorem dicti Geo. :—Apud castrum de Cragy, 29 Nov. 1597] :—PRETEREA suprascripta dicte Eliz. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 366.

763. Apud Falkland, 5 Aug.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Joannis Wallace de Cragy,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Jo. W. filium suum et heredem apparentem ab una, et Jo. dom. Maxwell cum consensu ejus curatorum et quosdam cautionarios ab altera partibus, de data 14 et . . . . Nov. 1597, — vendidit dicto JOANNI WALLACE juniori, et MARGARETE MAXWELL ejus sponse, sorori legitime dicti domini,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Knokdolian, cum fortalicio, silvis, piscationibus, molendino granario, terris molendinariis &c., infra balliatum de Carrik, vic. Air :—TENEND. dictis Jo. W. juniori et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et tallie dicti Jo. W. junioris quibuscunque, de Henrico principe Scotie &c. :—cum clausula warrantizationis, signanter ab alienatione partis de Knokdoliane vocate Machrig et Hillend (extenden. ad 4 libratas) per se facta Hugoni Kennedy de Balkanne, sub 2 reversionibus continen. in integro summam 1800 mercarum ; et ab alienatione alterius partis vocat. *lie* Manis de Knokdolian per se facta Joanni Kennedy in Troboyak et . . . . Kennedy ejus sponse, sub reversione continente 1000 merc. ; et ab alienatione alterius partis vocat. Drumboir (extenden. ad 40 solidatas) per se facta Thome M'Alexander de Corslayis sub reversione continente 1000 merc. ; et ab alienatione dict. terrarum de Drumobir per quondam Rob. Grahame de Knokdolian facta Gilberto Kennedy de Balmaclannochane et . . . . Kennedy ejus sponse, sub reversione continente 300 lib., cui reversioni dictus Rob. quond. Joannem Wallace de Cragy (patrem dicti Jo. W. tunc de C.) cessionarium constituit ; et ab alienatione alterius partis de Knokdolian vocate . . . . per se facta Joanni Grahame filio et heredi dicti Rob., sub reversione continen. 1000 merc. ; et ab alienatione dicti molendini cum ejus terris &c., per se facta Jonete Kennedy filie et uni duarum heredum portionariarum quond. Alexandri K. apparentis de Knokdaw, sub 2 reversionibus continentibus in integro 1000 merc. ; quas reversiones dictis

Jo. W. juniori et Marg. assignavit; et quod suprascripta annuatim redderent 100 et . . bollas farine avenatice et hordei, et quod possent pasturare super dictas terras 500 oves:—cum precepto sasine directo Jo. Crawfurde in Penbraid:—TEST. Roberto Harper, Jacobo Layng, servitoribus dicti Jo. W. de C., Georgio Angus juniore clerico balliatus de Kyle-stewart, Jacobo Wallace ejus servitore (scriptore carte):—Apud castrum de Cragie, 26 Dec. 1597]:—INSUPER suprascripta dictis personis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 367.

764. Apud Falkland, 8 Aug.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit THOME FOTHRINGHAME de Powry et BARBARE SCOTT ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. (inter eos) legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Tho. de corpore legit. procreandis, quibus def., Alexandro F. ejus fratri germano et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Alexandro F. in Scheilhill patruo dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Thome F. filio legitimo quondam Davidis F. patrui dicti Tho. F. de P., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo F. in Torbrex patruo ejusdem Tho. F. de P., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque dicti Thome F. de P., cognomen et arma de Fothringhame gerentibus, et assignatis,—terras de Haltoun de Inveraritie cum molendino et *lie Peithous*, molendinum de Brichtie cum terris molendinariis, vic. Forfar;—necnon dicto Tho. F. de P., et heredibus &c. predictis,—dictas terras &c. de Haltoun, dimedietatem terrarum de Muirhous ex orientali parte torrentis earundem, cum tenentibus &c., ab antiquo in unam baroniam de Haltoun de Inveraritie erectas, necnon terras de Wester Brichtie, vic. Forfar; terras de Halpas, in baronia de Inveraritie, vic. Forfar; cum focalibus et communi pastura in moris et marresiis baronie de I. tam ad Wester Brichtie quam ad Halpas; terras de Ballothrane, vic. Forfar; dimed. terrarum de Tarsappie, et earum piscariam super aqua de Tay (olim per quond. Joannem Vatsoun, And. Watsoun, relictam Joannis Adame et Thomam M'Bray occupat.), vic. Perth; — quas omnes idem Tho. F. de Powry resignavit; et quas omnes (preter molendinum de Brichtie) rex, pro bono servitio dicti Tho., incorporavit in liberam baroniam de Brichtie:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Forfar, cum juribus et servitiis debitis et consuetis:—INSUPER rex taxavit wardam et nonintroitum suprascriptorum ad 80 libras annuatim, et maritagium ad 1000 merc.:—PRETEREA,—quia dictus Tho. F. de P. terras de Wester Powry cum fortalicio et manerie, vic. Forfar, de comite de Buchane tenuit, qui eas de . . . Ogilwie de eodem in alba firma tenuit, qui eas de rege tenuit per servitium warde; et quia dictus Thomas ejusque predecessores magnam politiam desuper fecerant, presertim super turrim, mansionem et maneriem ubi principalem suam habitionem ultra hominum memoriam habuerant, quem locum dictus Tho. tunc reparare voluit; et quia Jac. V. rex super respectibus predictis concessit quondam Thome F. de P., avo dicti Tho. F. tunc de P., wardam de Wester Powrie cum ob decessum domini de Ogilwie contingeret, pro 20 merc. annuatim tempore warde,—ratificavit omnia infeofamenta dicto Tho. ejusque predecessoribus concessa de dict. terris &c., cum dicta litera donationis; et de novo dedit dicto Tho. dictam wardam cum nonintroitu pro predicta solutione:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 369.

765. Apud Falkland, 8 Aug.

REX concessit ROBERTO LUMMISDEN, fratri germano Jacobi L. de Ardrie, et ISSOBELLE COR ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. de corpore cum alia legitima conjuge procreandis, quibus def., Thome L. ejus fratri germano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., immediato minori fratri pro tempore superstiti senioris filii

et heredis Davidis L. de Blenarne, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., alteri fratri et heredi masculo per descensum dicti fratris minoris (hereditati de Blennairne minime succedenti), et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., successive unicuique filiorum legitimorum dicti Dav. ab uno in alium (excepto seniore filio et herede pro tempore), et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis quibuscunque dicti Rob. cognomen et arma de Lummisden gerentibus,—terras de Sypseis, in baronia de Ardrie, vic. Fyff; cum communi pastura et communia in Kingismwre et Borrowmwre de Carraill, et cum facultate jumenta et pecora pascendi, ovilia construendi, lucrandi focalia &c.;—necnon dicto Rob., et dictis heredibus,—terras et baroniam de Ardrie, subspecificata continentes preter Sypseis (viz. terras dominicales aliasque terras de A., cum fortalicio, manerie, columbario, terras de Lethame cum tenentibus &c., Reidwallis cum tenentibus &c., Powren et Castelfeild de Cowper, quartam partem de Ramsayis-Forther et tricesimam partem earundem, cum pascuis, tenentibus &c., cum communi pastura et communia terris de Ardrie, Lethame, Reidwallis et Sypseis in dictis communiis), vic. de Fyiff; cum ceteris libertatibus in infeofamentis dicti Jac. et ejus predecessorum contentis, cum advocatione capellanie sive altaris Marie Virginis in ecclesia parochiali ville et burgi de Carraill olim situat.; octavam et decimamsextam partes terrarum de Innergellie, cum tenentibus &c. et feudifirmis, in regalitate S. Andree, vic. de Fyiff;—necnon dictis Rob. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus suprascriptis, in feudifirma,—croftam seu predium terre arabilis decimasque garbales earum inclusas vocat. *lie* Abbaycroft, jacen. prope murum prioratus Sancti Andree ex ejus parte australi (inter viam ad *lie* Bowbrig alias Stermolingbrig ad orien., viam ab Eist-Burne-wynd ducen. ad torrentem de Kynnes ad occiden., communem viam extra murum dicti monast. ad boream, dict. torrentem ad austrum), horreum et hortum *lie Abbay-barn* et *barnyaird* infra septa dicti prioratus ubi decime garbales ejus collecte olim steterunt, cum parva pecia terre viridis ante eorum ostia (inter hortum quond. D. Jo. Fledger olim per Tho. Balfoure occupat., magnum murum dicti monast., et hortum quond. Davidis Peblis et Katherine Kynneir), spatium fundi granarii inferioris dicti prioratus supra portam inferiorem ejus (inter spheristerium dicti monast. et dictum hortum horrei), columbarium de Ballone cum area terre viridis cui inedificatum est (juxta torrentem discurrentem a *lie* Yairdmylne), 2½ acras arabiles ex occiden. dicti columbarii, cum acra arabili *lie barn-yaird* de Ballone per murum lapideum circumsepta (inter pratum *lie Hors-waird* de Ballone et quasdam parvulas partes cemiterii sive horti vocati Chapell-yaird de Ballone, et acram Thome Lummisden), *lie Waird* et pratum de Ballone cum decimis garbalibus inclusis, in dominio dicti prioratus, regalitate ejusdem, vic. Fyiff; cum tenentibus, tenandriis &c. illius earundem dimedietatis que per dictum Jac. alienata fuerat Clementi Cor burgensi de Edinburgh (et sic reservando proprietatem dicto Clem., saltem dicte Is. ejus filie, tunc jus habenti procedens a dicto Clemente); domum olim priorisse de Hadingtoun nuncupat. granarium (*girnell*), horreum et hortum ejusdem, croftam eis adjacen., prope villam et burgum de Carraill (inter terras arabiles domini de Barnis, et tenementa olim per Alex. Corstophin, Jac. Davidsoun, Wil. Corstophene et M. Jo. Arnot occupata);—necnon dictis Roberto et heredibus, in feudifirma,—terras in villa et territorio de Carraill jacen. contra et apud portum ejusdem (que olim de monasterio de Balmerinoch tenebantur); feudifirme firmas terrarum de Grange et Grangemure, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh (extenden. ad 8 celdras victualium mensure de Melros, ⅔ tritici et ⅓ farine avenatice); terras de Firthfeild, infra parochias de Kilrynny et Carraill respective, vic. Fyiff; cum decimis garbalibus aliisque decimis illius partis de Firthfeild que in parochia de Carraill jacebat inclusis, que a trunco nunquam antea separari solebant;—quas omnes (preter Firthfeild) dictus Jacobus, Firthfeild Wil. Lermound civis S. Andree cum consensu Mariote Adie sue sponse, et

Tho. Myretoun de Cambo filius et heres quondam Willelmi M. de C., cum consensu Jacobi Leirmond de Balcolmy cui dictus Wil. interdictus extitit pro ejus interesse, in favorem dictorum Rob. et Is. apud Halyrudehous resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio dictorum Rob. et Clem., dictis personis respective de novo dedit; et omnes (usque ad Innergellie) incorporavit in liberam baroniam de Ardrie; et cetera in liberam tenandriam de Firthfeild:—RESERVATO dicto Jac., virtute contractus de data apud Sanctandrois, 25 Apr. 1598, libero tenemento dicte nove baronie (preter Sypseis); et de Sypseis post mortem dicte Is.:—REDDEND. pro baronia de Ardrie jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum ad 100 mercas annuatim, maritagium ad 500 mercas);—regi aut priori S. Andree pro Abbaycroft 6 libras 13 sol. 4 den.; ac 3 sectas ad tria placita capitalia infra monasterium S. Andree; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et plantando arbores ad ripas aque de Kynnes et in aliis locis commodis, et edificando murum seu fossam ubi opus esset ad arcendum animalia;—pro Abbay-barne &c. 20 sol.; et duplicando feudifirmam introitu heredum aut assignatorum;—pro Ballone-dowcat &c. 6 sol. 8 den., ac 3 sectas &c. *ut supra*; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum;—pro dictis 2½ acris et Barneyaird de Ballone firmas et devorias debitas;—pro *lie Warde* et prato de B. 20 sol.; ac 3 sectas &c. *ut sup.*; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—regi aut priorisse de Hadingtoun pro domo &c. dicte priorisse 18 den.; ac duplicando &c. (*ut supra*);—et regi pro omnibus suprascriptis de monasteriis de S. Andrea et Hadingtoun olim tentis 13 sol. 4 den. augmentationis;—pro terris olim de monasterio de Balmerinoch tentis regi aut commendatario dicti monast. 5 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando &c. (*ut supra*);—pro dictis feudifirmis regi aut commendatario de Melros 6 sol. 8 den. pro unaquaque bolla tritici et 3 sol. 4 den. pro bolla farine, necnon 13 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando &c. (*ut sup.*);—pro Firthfeild regi aut priorisse de Hadingtoun 11 libras 16 sol. 8 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia per ballivos dicti monast. de H. apud burgum de Carraill tenenda; necnon duplicando &c. (*ut sup.*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 373.

766. Apud Falkland, 8 Aug.
REX dedit literas remissionis JACOBO REID de Pottertoun, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Jacobi Malcolme in Kilwynning subito et accidenter in arenis de Irwing commissa A.D. 1589. xli. 379.

767. Apud Falkland, 8 Aug.
REX dedit literas legitimationis ARTHURO GILMOUR, filio naturali Roberti G. in Southfeild. xli. 404 (ii.).

768. Apud Falkland, 8 Aug.
REX ad feudifirmam dimisit coronatori DAVIDI BOYD de Tourgill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras nuncupat. *lie* Baillie-landis, terras Harplais, terras Rypleis (vel Ryleis), terras de Kilburne, Tourgill, Hurattis, Forrestside et Camppellis, cum molendinis, silvis, piscariis, in parochiis de Largis et Dalry, balliatu de Cunynghame, vic. de Air;—que olim ad canonicos et capitulum Glasguen. pertinuerunt;—necnon terras de Byreshill et Quhithirstis-Nethir, in parochia et regalitate de Kilwynning, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—que olim ad monasterium de Kilwyning pertinuerunt:—REDDEND. pro Baillie-landis &c. (usque ad Camppellis) 59 merc., cum 40 merc. quolibet tertio anno pro gressuma, et 20 sol. augmentationis; pro Byrehill 5 libras, et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro Nethir Quhithirstis 30 sol. et 20 den., et 20 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—INSUPER rex omnes dictas terras incorporavit in liberam tenandriam de Tourgill; et, pro bono servitio dicti Dav. ejusque antecessorum, ratificavit omnes cartas dicto Davidi vel quondam Roberto dom. Boyd ejus patri aut eorum predecessoribus aut autoribus de suprascriptis concessas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 405.

769. Apud Falkland, 8 Aug.
REX confirmavit cartam Andree Hering de Glasclune, et Davidis H. apparentis de G. ejus filii et apparentis heredis,—[qua,—pro implemento contractus de data apud Edinburgh et Dundie, 1 et 3 Jun. 1598, in libris dominorum concilii registrandi,—vendiderunt JOANNI HALYDAY advocato, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras de Tullieboyle, cum molendinis, terris molendinariis &c., labenis et moris, vic. Fyiff:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. And. Hering de Calleis, Laurentio H., filiis dicti And. H. de G., Davide Hering filio Hugonis H. de Pettindreiche, Jac. Strathauchin notario, Pat. Kynnard de eodem, Jac. Lyndsay de Dowhill, Jo. Bartane servitore dicti Jo. H. (scriptore carte):—Apud Edinburgh et Cuthlie, 18 et 28 Jun. 1598]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Jo. H. de novo dedit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 33 lib. 6 sol. 8 den. annuatim, relevium ad 33 lib. 6 sol. 8 den., maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 414.

770. Apud Falkland, 8 Aug.
REX confirmavit cartam Patricii Murray de Fawlayhill, — [qua,—cum consensu Mariote Bellenden conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, —ad feudifirmam dimisit M. JOANNI SCHARP de Houstoun advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Cranstoun-Riddell, extenden. ad 5 librat. antiqui extentus, cum mansione et columbario, vic. Edinburgh; cum libertate carbones et calcem pro reparatione mansionis et edificiorum et stercoratione fundi lucrandi:—REDDEND. dicto Pat. 20 libras, si peterentur tantum:—cum precepto sasine directo Georgio Fawsyde juniori portionario de Middiltoune:—TEST. M. Jedione Murray de Eliebank, Wil. M. ejus fratre germano, M. Jo. Schairpe filio dicti M. Jo. S. de H. (presentium scriptore), M. Joanne Scrogie, Rob. Lawder, servitoribus dicti M. Jo. Schairpe senioris:—Apud Edinburgh, 14 Jun. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 421.

771. Apud Falkland, 9 Aug.
REX in feudifirmam dimisit MALCOLMO ROS filio legitimo quondam Alexandri R. de Balnagoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Cambuscurrie, brasinam earundem cum ejus crofta, cimbam et cimbe passagium super portu de Portinculter cum juribus dicti portus regi incumben., necnon cum potestate piscandi salmones et alios quoscunque pisces in mari marisque litore sive aquis infra et prope dict. terras, in comitatu et diocesi Rossen., vic. Invernes;—que prius ad prebendam seu capellaniam de Cambuscurrie infra eccles. collegiatam S. Duthaci de Tayne pertinuerunt:—TENEND. cum potestate construendi *lie yair* seu *yairis* super limitibus dict. terrarum:—REDDEND. regi, seu prebendario de Cambuscurrie, pro terris et piscaria 14 merc., 4 muttones, 24 pultreas, pro brasina 13 sol. 4 den., pro cimba 13 sol. 4 den., ac pro minutis aliis arreagiis et careagiis 5 sol., et 5 sol. augmentationis, cum 5 sol. nove augmentationis; et solvendo 5 solidos pro quolibet muttone insoluto, et 2 den. pro qualibet pultrea; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—et unica sasina pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 374.

772. Apud Falkland, 9 Aug.
REX,—cum avisamento &c. (91.),—confirmavit cartam Willelmi Hammiltoun de Mosgavill, filii et heredis quondam Willelmi H. de Sanchir,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JOANNI WALLACE juniori de Cragy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—6 mercat. 40 denariat. terrarum de Mosgawill cum fortalicio et mansione, 3 mercat. 11 sol. de Dykfeild, 3 mercat. de Grenok-manis, antiqui extentus, in dominio de Kylismure, balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. commendatario de Melros usque satisfactus esset, et deinceps regi, pro Mosgavill 12½ mercas, pro ceteris 11 lib. 6 sol. 8 den., cum 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 20 lib.; et comparendo ad curias balliatus Machlinensis cum premoniti essent; necnon triplicando

feudifirmam in introitu heredum : — cum precepto sasine directo Wil. Wallace ministro de Failfurd :—TEST. dicto Wil. Wallace, Jo. Wallace in Mo(n)ktounhill, Jo. Wallace in Lonis, Rob. Reid nuncio, Geo. Angus juniore clerico balliatus de Kyl-stewart notario publico (scriptore carte) :—Apud burgum de Air, 3 Aug. 1598] :—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Jo. Wallace juniori de Cragie de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut supra* : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 398.

773. Apud Falkland, 10 Aug.

REX confirmavit ALEXANDRO DALMAHOY de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baronias de Dalmahoy et Over Libertoun, vic. Edinburgh ;—quas idem Alex. resignavit ; et quas rex ei, pro bono servitio, de novo dedit, cum castris, columbariis, parcis, forestis, moris, pratis, marresiis, rupi(bu)s, molendinis, silvis, piscariis, carbonariis, tenentibus &c. ; et in liberam baroniam de Dalmahoy incorporavit, ordinando fortalicium de D. principale messuagium fore : —PRETEREA,—quia jus patronatus prebendariorum *lie* Half-Dalmahoy, Half-Haltoun, Half-Bonytoun et Half-Platt, infra ecclesiam collegiatam de Corstophin, prius ad archiepiscopos S. Andree et dominos de Corstorphin alternatis vicibus pertinuit,— concessit dicto Alex., et dicte baronie annexuit, jus patronatus dict. prebendariorum olim dicto archiepiscopatui spectans : —REDDEND. jura et servitia debita et consuet. ; taxando wardam et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, et maritagium heredis ad 200 lib. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 410.

774. Apud Falkland, 11 Aug.

REX confirmavit cartam D. Joannis Murray de Tullybairdin militis, — [qua, virtute contractus de data presentium, vendidit JOANNI MURRAY de Drumfyn, filio legitimo quondam Alexandri M. de D. patrui sui, irredimabiliter,—terras suas de Drumfyn, et de Kersched cum molendino et pratis, in dominio de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. dicto Jo. M. de D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Willelmo M. ejus secundo fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro M. ejus tertio fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Umphrido M. fratri germano ejusdem Jo. M. de D., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto D. Jo. M. et heredibus suis masculis quibuscunque reversuras, de rege in feudifirma :— REDDEND. pro Drumfyn 16 lib., cum debita parte martarum, pro Kersched 8 lib., cum debita parte martarum ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon edificando mansiones cum politiis solo corresponden. :—cum precepto sasine :— TEST. M. Jac. Burdoun de Auchingarriche, Henrico Primrois burgen. de Culros, Geo. Murray fratre germano Joannis M. portionarii de Arbeny, Adamo Oswald notario publico :—carta scripta per Pat. Small notarium publicum :—Apud Tullybardin, 22 Oct. 1597] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 376.

775. Apud Falkland, 11 Aug.

REX, pro pecuniarum summis persolutis,— cum avisamento &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit D. JOANNI MURRAY de Tullybardin militi, heredibus ejus masc. et assignatis,— terras de Lochlane-Wester, Coyg, Toftis de Drumfyne, orientalem dimedietatem de Eister Aberlednoch, terras de Wester Aberlednoch cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Tamparroun et Eister Downy, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas terras de Wester Aberlednoch et Tamparroun Issobella Reidheuche relicta Alexandri Murray de Drumfyn, terras de Eister Dwny Jo. Murray de Strowan, Jac. M. ejus filius et Joneta Arnot conjux dicti Jac., in favorem dicti D. Jo. resignaverunt ; et quarum omnium dictus D. Jo., ejus predecessores et autores antiqui feudifirmarii et nativi tenentes fuerant multis annis elapsis ; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Aberlednoche, ordinando quod unica sasina apud principale messuagium de Wester Aberlednoch capienda pro omnibus staret : —REDDEND. pro Wester Lochlene 10 lib., pro Coyg 5 lib. 8 sol. 4 den., pro Toftis de

Drumfyn 5 lib. 6 sol. 8 den., pro dimed. de Eister Aberlednoch 8 lib., pro Wester A. et Tamparroun 29 lib. (viz. pro Wester A. 16 lib. 3 sol. 8 den., cum martis et servitiis consuet., pro molendino 10 lib. 2 sol. 4 den., pro Tamparroun 54 sol., cum martis consuet.), pro Eister Dwny 6 lib. 13 sol. 4 den., tanquam feudifirmam antiquam, et 20 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam introitu heredum; et edificando mansiones cum aulis, bovilibus &c., cum hortis bene fossatis et septis cum esculis, salicibus, alnis et tremulis, cum plantatione fraxinorum, platanorum et ulmorum secundum ratam assedationis, viz. pro quacunque merca feudifirmarum 3 arbores, extenden. in integro ad 300 arbores aut eocirca; cum seminatione &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 390):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 377.

776. Apud Dalkeith, 15 Aug.

REX concessit PATRICIO CLUNES filio legitimo primogenito inter Alex. C. burgensem de Cromartye et Agnetem Cromy ejus conjugem procreato, heredibus ejus masc. et assignatis,—orientalem quarteriam davate terrarum de Litle Ranye vulgo vocat. 2 bovatas de Litil R., jacen. a parte boreali ville et terrarum de Litle R., viz. unam bov. per Jo. Denone patrem Davidis Denone portionarium de Litle R., et alteram per Jo. M'Culloche tenentem occupat. (inter quarteriam de Craggane per Donaldum Ros occupat., et alias bondas specificatas), duas bovatas *lie* Mid-quarter dicte ville et terrarum, in dominio sive abbatia de Ferne, comitatu de Ros, vic. Invernes;—quas, olim de monasterio de Ferne tentas, dictus Alex. in favorem dicti Pat. resignavit apud Halierudhous:—Reddend. pro orientali quarteria 45 solidos, unum muttonem, 12 capones, 7 firlotas 2 peccas aride multure, bollam avenarum custumalium (*lie tak-aittis*); et presentiam in 3 curiis capitalibus apud villam de Ferne; ac duplicando summas feudifirmarias in introitu heredum;—pro Mid-quarter *ut pro orientali quarteria* (usque ad *lie tak-aittis*):—Reservato libero tenemento dicto Alexandro Clunes:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 372.

777. Apud Striviling, 22 Aug.

REX, in favorem JOANNIS HALYDAY advocati, proprietarii acrarum subscript., confirmavit cartam quondam D. Joannis Edyar, capellani capellanie B. V. M. in ecclesia parochiali de Carlaverok,—[qua,—cum consensu (quondam) Joannis domini Maxwell, patroni dicte capellanie,—ad feudifirmam dimisit (quondam) JOANNI RIG tinctori juxta molendini torrentem (*lie* Mylburne) commoranti, heredibus ejus et assignat.,—2 acras terrarum in territorio burgi de Drumfreis (inter terras quond. D. Joannis Rig prebendarii de Linclouden, terras [Adami] Walker et *the Laripottis*);—que per dictum Jo. E. prius assedate erant dicto Jo. R. pro 24 sol. 8 den.:—Reddend. dicto capellano 26 solidos 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Rob. Maxwell in Kirkmaho et M. Hen. Maxwell de Spadoch:—Test. Rob. Maxwell fratre dicti dom., M. Hen. Maxwell commissario de Drumfreis, M. Wil. Houstoun rectore de Castelmilk, Roberto Maxwell in Kirkmahoo:—Apud Drumfreis, 2 Feb. 1580]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 403.

778. Apud Striviling, 22 Aug.

REX concessit ROBERTO LOGANE de Restalrig, antiquo hereditario possessori subscriptorum,—*lie* Manis de Fascastell vocat. Wester Lummisden, Dowla, Duddoholme alias Caldsyde, cum molendino de Fascastell, terris molendinariis &c., (cum castro de F.), terras de Flemyngtoun vocat. Nether Aytoun, Reidhall, Nether-byre, Brounisland, Gunisgrene cum manerie de G., molendinis granorum et fullonum de Flemyngtoun cum terris molendinariis &c., in baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—que olim de monasterio de Coldinghame tenebantur: — Preterea rex ratificavit omnia infeofamenta dicto Roberto et ejus predecessoribus desuper confecta; et voluit quod unica sasina apud portam dicti castri suscipienda pro omnibus staret:—Tenend. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et

arma de Logane gerentibus, et eorum assignatis :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.; ac pro Flemyngtoun 36 sol. dicto monast. persolvi solitos nomine annualis redditus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 425.

779. Apud Dalkeith, 20 Sept.

REX confirmavit cartam Nicolai Ramsay de Halhous de Lekbarnard,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum, 10 Jun. 1596,—vendidit M. GEORGIO RAMSAY, predicatori Evangelii apud ecclesiam de Leswad, et MARGARETE PRESTOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione (seu vitali redditu), et JOANNI RAMSAY eorum filio secundogenito, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—suas domos, terras dominicales et terras de Halhous de Lekbarnard, in parochia de Montlowthiane, vic. de Edinburgh :—[REDDEND. dicto Nic. unum den. albe firme:—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Ramsay de Nunlandis, Nic. Creichtoun feodatario de Newhall, Nicolao Ramsay juniore filio dicti Nic. R. apparente de Halhous, Adamo Wallace burgensi de Edinburgh, And. Forrester ministro apud Corstorphin :—carta scripta per M. Jac. Eistoun notarium publicum :—Apud Edinburgum, 15 Jun. 1596]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 415.

780. Apud Dalkeith, 28 Sept.

REX dedit literas legitimationis GILBERTO ANDERSOUN bastardo, filio naturali Joannis Andersoun in Dumbennand. xli. 322.

781. Apud Linlythgow, 7 Oct.

REX,—cum consenu &c. (79.),—confirmavit cartam Willelmi Scott de Abottishall,— [qua,— cum consensu Davidis S. fratris sui germani pro ejus interesse, necnon M. Andree Moncreiff ministri apud Caraill et M. Joannis Moncreiff advocati, quibus dictus Wil. interdictus est, pro eorum interesse,—pro perimpletione contractus registrari ordinati in libris dominorum concilii, de data apud Balwerie, 9 Aug. 1594,—vendidit ANDREE WARDLAW de Torrie, et JONETE DURIE ejus sponse, irredimabiliter,—terras de Pitgornow (exceptis 24 acris ex parte earum orientali jacen. contigue cum occidentali parte de Strathmiglo), terras de Freirmylne, vic. Fyiff :—TENEND. dictis And. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Andree quibuscunque, de rege (loco monasterii de Balmerinoch) in feudifirma : —cum precepto sasine directo And. Durie de Newtoun :—TEST. Jac. Wardlaw, Walt. Gourlaw, servitoribus dicti And. W., Jac. Kinloch et Jo. Broun servitoribus dicti Wil.:—carta scripta per Andream Broun notarium, clericum communem burgi de Kingorne :—Apud Owth, 9 Nov. 1594] :—NECNON cartam dicti Andree Wardlaw,—[qua concessit PATRICIO WARDLAW, filio suo,—terras suprascriptas :—TENEND. dicto Pat. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jacobo W. ejus fratri immediate juniori, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masculis dicti Pat. quibuscunque, de rege in feudifirma :—RESERVATO libero tenemento dictis And. W. et Jonete : —cum precepto sasine directo Ric. Maxwall portionario de Kincraigie :—PROVISO quod quandocunque dictus And. W. in vita sua summam 10 librarum in ecclesia parochiali de Straythmiglo persolveret, vel super premonitione 40 dierum in manibus domini de Balwerie consignaret, haberet regressum ad dict. terras :—TEST. D. Jac. Scott de Balwerie milite, Hen. Wardlaw filio et herede apparente dicti And., Walt. Gourlaw et Pat. Smytoun famulis dicti And. W., And. Broun notario clerico burgi de Kingorne (scriptore carte) :— Apud Bruntoun, 6 Sept. 1596] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 426.

782. Apud Dalkeith, 22 Oct.

REX,—cum consensu &c. (91.),—ad feudifirmam dimisit ROBERTO BOYDE de Badinhaith, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 4 libratas terrarum de Lochwode, cum lacubus et piscationibus, mansione et manerie loco, in dominio, baronia et regalitate de Glasgow, parochiis

de Calder et Monkland, vic. Lanerk;—que olim ad archiepiscopatum Glasguen. pertinuerunt:— REDDEND. 10 lib., et 10 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 422.

783. Apud Dalkeith, 22 Oct.

REX confirmavit cartam Jacobi Anstruther junioris de eodem militis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit DAVIDI ALEXANDER mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—molendinum de Anstruther cum multuris et sequelis, in baronia de Anstruther, vic. Fyiff:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Forret de Fingask, Walt. Watsoun servo dicti Jac., Hen. Bickartoun scriba signeto regio, Jacobo Kynneir ejus servo (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 21 Oct. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 427.

784. Apud Halierudhous, 24 Oct.

REX in feudifirma locavit ARCHIBALDO CAMPBELL preposito de Kilmwn, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kilchaimaig et Gartnagranache, extendentes ad 8 mercat. antiqui extentus, in dominio de Knapdaill, vic. Tarbert;—que regi devenerunt ob forisfacturam Angusii M'Conell olim de Dunieowik:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 458.

785. Apud Dalkeith, 25 Oct.

REX concessit servitori suo M. JOANNI KENNEDY apparenti de Beltersan, pro ejus vita,—beneficium et commendatariatum de Saulesait, quantum ad spiritualitatem attinuit, cum ecclesiis, decimis &c., et cum principali manerie loco, domibus, hortis et pomariis infra precinctum;—que regi devenerunt ob existentiam Joannis Johnestoun, ultimi commendatarii de Saulsett, ad cornu positi et ad id jacentis ultra annum et diem, virtute literarum regiarum ad instantiam Joannis Johnestoun rectoris de Johnestoun quasi assignati Nicolae Dowglas domine de Johnestoun directarum contra dictum commendatarium quasi unum cautionariorum pro quondam Joanne Johnestoun de eodem, pro non solutione 200 lib. pro devoria dicte Nic. conjuncte infeodationis terrarum dicto Jo. J. de eodem locatarum. xli. 452.

786. Apud Dalkeith, 27 Oct.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit M. DAVIDI RUTHERFURDE de Bonytoun, et JONETE BALFOURE ejus sponse,—villam et terras de Bonytoun, molendinum et terras molendinarias earundem, in dominio de Byrehillis, regalitate de Sanctandrois, vic. Fyiff;—quas, olim tentas de archiepiscopo S. Andree, idem Dav. resignavit:—RESERVATO vitali redditu Katherine Arthour matri dicti Dav.:—TENEND. dictis Dav. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Patricio Lindesay ejus fratri, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., M. Hugoni L. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Davidi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 8 lib. 5 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud civitatem S. Andree:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 417.

787. Apud Halyruidhous, 27 Oct.

REX,—cum consensu &c. (91.),—concessit M. ALEXANDRO THOMESOUN advocato, et MARGARETE PRESTOUN ejus sponse,—dimedietatem terrarum et molendini de Wester Dudingstoun, cum astrictis et liberis multuris, carbonibus, tenentibus &c., in parochia de Dudingstoun, vic. de Edinburgh;—quam (olim de monasterio de Kelso tentam) And. Murray de Arngosk, filius et heres quondam D. Andree M. de A. militis, in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. 8 lib., cum ceteris firmis et debitis servitiis in infeofamentis dicti And. et ejus predecessorum mentionatis; necnon duplicando feudifirmam in

introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 420.

788. Apud Halierudhous, 27 Oct.
REX confirmavit cartam Roberti Oliphant de Aulderstoun burgensis de Hadingtoun, —[qua, cum consensu Katherine Young conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit PHILIPPO GIBSOUN mercatori burgensi de Hadingtoun, et AGNETI HENDERSOUN ejus sponse,—peciam terre arabilis extenden. ad 6 acras cum *lie Gers-hauche* adjacen. (viz. 3 ac. et *lie Gers-hauch* per se a quondam Rob. Borthuik conquestas, 8 rigas ex terris suis ex occidentali parte dict. 3 acrarum), jacen. contigue in campo quondam vocato Mylneschot seu Mylneflat (inter 17 rigas per se Margarete Hepburne alienat., aquam de Tyne, et unum *lie water-strype*):—TENEND. dictis Phil. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Philippi quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. 26 sol. 8 den., cum 3 caponibus *lie kane-fowllis*; et duplicando feudifirmam introitu heredum:—cum precepto sasine directo Gilberto Edingtoun burgen. de Hadingtoun:—TEST. Willelmo Cokburne, Hectore Campbell, Joanne Lyle, Rob. Young, mercatoribus burgensibus de Hadingtoun, Rob. Pringill servitore Jacobi Gray notarii publici in Hadingtoun (scriptoris carte):—Apud dictum burgum, 30 Sept. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 437.

789. Apud Halierudhous, 27 Oct.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo ad feudifirmam dimisit domestico servitori suo RICHARDO PRESTOUN olim tutori de Quhytelaw (Quhytehill ?), heredibus ejus et assignatis,—villam et terras de Haltrie cum fortalicio, in regalitate S. Andree, vic. Edinburgh;—quas Jacobus dom. Borthuik apud Dalkeith in favorem dicti Ric. resignavit:—REDDEND. regi (loco archiepiscopi S. Andree) census, jura et servitia consuet., et 20 sol. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 441.

790. Apud Halierudhous, 28 Oct.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam per Angusium M'Connell de Downevaig factam quondam Joanni Campbell de Caddell militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—de subscriptis;—TENEND. de dicto Ang.:—NECNON cartam dicti Jo., —[qua,—pro impletione contractus de data apud Itharawchim, 20 Sept. 1591,—vendidit NIGELLO M'NEILL de Thynis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —20 librat. terrarum antiqui extentus nuncupat. insulam de Gighay, vic. Tarbert:—REDDEND. dicto Jo. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. M'Neill apparenti de Calyeill: — TEST. Allano M'Dowgall domino de Recray, Colino Campbell de Craigneische, Arch. Campbell rectore de Kilmelphord, Alex. Campbell de Torran, Joanne M'Neill de Quoyff, Alex. M'Dowgall:—Apud Itharawchim, 21 Sept. 159–]: — PRETEREA, — pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Nig. M. ejusque predecessores prestito, ac pro pecuniarum summis persolutis, — suprascripta dicto Nigello de novo dedit:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—REDDEND. dicto D. Jo. *ut supra*; et dicto principi jura et servitia debita et consueta tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 440.

791. Apud Halyrudehous, 30 Oct.
REX dedit literas legitimationis JACOBO TURNOUIR in Inglistoun de Clwden, bastardo, filio naturali quondam . . . Turnouir in Holme. xli. 501.

792. Apud Halyruidehouis, 31 Oct.
REX concessit WALTERO OGILVY filio natu maximo et heredi apparenti D. Georgii O. de Dunlugus militis, heredibus ejus masc. quibuscunque et assignatis,—terras de Alveth et Inverrichnie, cum earum salmonum piscationibus super aquam de Doverne, molendinis, tenentibus &c., vic. Banff;—quas, olim de monasterio de Coupro tentas, dictus Geo. in favorem dicti Walt. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, dicto Walt. de novo in feudifirma concessit, cum advocatione tam rectorie quam vicarie

parochie et ecclesie de Alveth:—REDDEND. 20 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 459.

793. Apud Halyruidhous, 31 Oct.
REX dedit literas remissionis JOANNI KEYTH fratri Georgii com. Mariscalli &c., pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte proditorii incendii loci et domorum de Crovie et granorum hujusmodi, Joanni Cheyne portionario de Crovie spectantium, mense Feb. 1593 commissi; necnon pro incendio quorundam granorum Jacobi Cheyne de Straloche tunc in horto granario de Crovie existentium, vic. Banff, mense Nov. 1597 perpetrato; et pro arte et parte interfectionis Gilberti Petre in Fintrie; proque ceteris ejus offensis ante diem date commissis;—proditoria traditione in regis persona, arte magica, adulterata moneta et mulierum raptu exceptis. xlii. 102.

794. Apud Halyrudhous, 4 Nov.
REX dedit literas legitimationis . . . SEYTOUN bastardo, filio naturali Roberti S. vicarii de Logy. xli. 424.

795. Apud Halyruidehouis, 4 Nov.
REX confirmavit cartam M. Joannis Hay, rectoris de Renfrew,—[qua,—cum consensu M. Andree H. ultimi rectoris et usufructuarii dicte rectorie et prebende de Ranthrow, necnon decani seu presidentis et capituli Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit JOANNI RANKENE lathomo, civi Glasguensi, et ELIZABETHE KNOX conjugibus in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis,—vastum tenementum et collapsum nuncupat. mansum de Renfrew cum horto et clausura (per eos jamdiu occupatum), in civitate Glasguen. prope castrum (inter terras seu mansum comitis de Lennox vocat. Stable-greine ad occiden. et boream, et mansum prebende de Govane ad austrum);—quod omni domo inhabitabili caruit, et extitit indebitatum in annuo redditu subscripto, qui nisi tenementum repararetur de dicta rectoria exigi voluit:—REDDEND. dicto rectori 7 mercas pro relevamine ejus annui redditus debiti pauperibus hospitalis S. Nicolai in dicta civitate, et 12 den. augmentationis:—cum precepto sasine Jo. Fowlar nuncio regis:—TEST. M. Jo. Hammiltoun de Barneclwyth, M. And. Hay juniore, Archibaldo Gibsoun, M. Jac. Hay, M. Hen. Gibsoun notario]:—Apud civitatem Glasguen., 20 Maii 1590]:—INSUPER de novo dedit dict. tenementum dictis personis:—REDDEND. regi *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 495.

796. Apud Halyruidhous, 18 Nov.
REX confirmavit cartam Joannis Home de Coldaneknowis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JACOBO KER de Spynie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Syndlawis, cum molendinis, terris molendinariis &c., vic. Roxburgh:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Hume fratre germano dicti Jo., Thoma Cranstoun, Tho. Kyle, Jacobo Wallace, servitoribus dicti Jo., Geo. Cuming notario publico ac burgensi de Elgin:—carta scripta per Jac. Kinneir servitorem Henrici Bikcartoun scribe signeto regis:—Apud Coldaneknowis, 15 Nov. 1598]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Jac. Kar de novo dedit, cum silvis et piscariis eorundem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 419.

797. Apud Halyrudhous, 18 Nov.
REX confirmavit cartam Joannis Charteris de Kinphanis,—[qua,—quoniam antique possessiones jamdiu per se et predecessores suos insignia et cognomen de Charteris gerentes continuo possesse, tunc, se heredem masc. de corpore suo neminem habente, in extraneos et diversos a cognomine Charteris subito transferende erant, quocirca nobilem adolescentem HENRICUM LYNDSAY, germanum fratrem Davidis com. Crafurdie ac sibi consanguinitate propinquum, in filium adoptivum et CHARTERIS vocandum elegerat,—pro perimpletione contractus inter dictos Dav. et Hen. ab una, dictum Jo. ab altera partibus, de data apud Edinburgh, . . Sept. 1584,—concessit dicto Hen., et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus,

legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Hen. ex familia de Crawfurd oriundis quibuscunque, arma et cognomen de Charteris gesturis,—terras de Craigtoun, cum brasina, terris brasiatoriis, et piscariis nuncupatis Pilgartheuch, Cammispule et Cruik, cum ceteris piscariis in aqua Taye inter Woddyik et Kinnoule et bondas terrarum de Littill Segyden, in dominio et regalitate monasterii de Scona, vic. Perth: —REDDEND. monasterio de Scona 65 merc. 8 sol., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast., cum duplicatione dicte summe in introitu heredum, nomine feudifirme:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo.:—cum precepto sasine directo Jo. Pait seniori in Hagishall:—TEST. Davide comite de Crawfurde, Davide Lyndsay de Kinnettillis, Davide Dempster burgen. de Brechen, Jac. Ogilwy, Rob. Dempstar, Wil. Chalmer, M. Stephano Wilsoun rectore de Moffett, Alex. Patersoun in Corspatrik, M. Wil. Kellie, connotariis publicis:—Apud Charterishall, 29 Nov. 1584]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Hen. de novo dedit:—REDDEND. regi *ut supra*, cum ceteris devoriis consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 139.

798. Apud Halyruidhous, 22 Nov.

REX,—cum consensu &c. (81.),—confirmavit cartam Issobelle Maxwell portionarie de Auchtermuchtie,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Rob. Buist filium suum et heredem apparentem ab una, et Jo. Schuilbreiddis in Pitmunzeis ab altera partibus, de data presentium,—cum consensu dicti Rob. pro ejus interesse, vendidit dicto JOANNI SCHULBREIDIS, et JONETE HOG ejus sponse,—peciam terre (in *lie* Pitmunzeis) librate sue terre in *lie* Bondhalff de Auchtirmuchtie, per dictos Jo. et Jon. occupatam (inter terras Jac. Gilmure et Rob. Maxwell, et terras de Pitmedden), cum jure communie in monte de Auchtirmwchtie et terris de Quhytfeild, necnon in aliis communiis, secundum ratam dicte pecie, in senesc. et vic. de Fyiff:—TENEND. dictis Jo. et Jonete in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, absque reversione, de rege in feudifirma:—REDDEND. 6 solidos 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Jacobo Maxwell seniore burgensi et uno ballivorum de Auchtermuchty, Jac. Maxwell juniore ibidem, Tho. Robertsoun scolemagistro ibid., Rob. Steidman ibidem, Hugone Hog in Pitmunzeis, Allano Hog ibid., Alex. Luiklaw, Gilberto Gray scriba communi burgi de Auchtirmwchty (scriptore carte), notariis publicis: —Apud Auchtirmuchtie, 23 Feb. 1595]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 436.

799. Apud Halyruidhous, 24 Nov.

REX confirmavit cartam quondam Roberti M'Phaill civis de Dornoch,—[qua,—pro implemento contractus matrimonialis de data presentium,—cum consensu Mariote Reid Neilsoun sponse sue, vendidit DONALDO MAKFAILL filio suo, et EURIE MURRAY ejus sponse affuture (filie legitime Angusii Murray civis de Dornoch) in ejus pura virginitate,—croftam terre nuncupat. Croft-mydok, in orientali parte urbis de Dornoch (inter montem crucis nuncupat. Gallowhill ex oriente, Lonereich ex borea, et torrentem ex australi parte de Dornoch decurrentem ex occidente), in patria et comitatu Suthirlandie, vic. de Invernes:—TENEND. dictis Don. et Eu. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Don., heredibus ejus et assignatis quibuscunque reversuram, de rege in libero burgagio:—RESERVATO libero tenemento dictis Rob. et Mariote:—REDDEND. ecclesie S. Gilberti in Dornoch secundum tenorem antique carte feudifirme:—TEST. Tho. Paipe ministro apud Rogart, Joanne Murray fratre germano Angusii M., Rob. Trumill officiario burgi de Dornoch, Carolo Pape notario publico:—cum sigillo Ricardi Murray unius ballivorum de Dornoch, resignationem dicti Rob. M. accipientis et sasinam dantis dictis Donaldo et Eurie de dicta crofta; et cum attestatione dicti Car., ducentis manum dicti Rob. M. scribere nescientis:—Super fundo dicte crofte, hora circiter 7 a.m., 12 Jul. 1594]:—INSUPER dict. croftam dictis personis de novo dedit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 432.

800. Apud Halyruidhous, 29 Nov.
REX confirmavit cartam Davidis comitis Craufurdie domini Lyndsay,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO FULLERTOUN de Ardo, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—terras dominicales de Megill, cum loco, manerio, terris fabrilibus, terris brueriis, cum marresio de M., *lie bog*, crofta et prato dict. terrarum, et earum parte Corslett appellata, cum privilegio pasture et aliis privilegiis consuetis in commonia de Quhythillis, in baronia de Megill, vic. de Perth:—REDDEND. regi unum den. argenteum nomine albe firme: —cum precepto sasine:—TEST. Davide Lyndsay de Kinnetlis, Davide L. ejus filio et herede apparente, Jo. Lyndsay de Balhall, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Jo. Pattone notario (scriptore carte):—Apud Finevin, 1 Jun. 1598]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 438.

801. Apud Halierudehous, 1 Dec.
REX confirmavit cartam M. Hectoris Monro de Fowlis,—[qua,—pro perimpletion contractus de data apud Invernes, 31 Oct. 1590,—vendidit HUGONI MONRO de Assin in vitali redditu, et HECTORI MONRO ejus filio legitimo primogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo M. ejus filio legitimo secundogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Joanni M. ejus filio legitimo tertiogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Hug. quibuscunque cognomen et arma de Munro gerentibus,—terras de Mekle Daan, davatam terrarum de Davach-Carstell (vel Davach-Carbistell) et Taynynver, cum molendino et astrictis multuris et salmonum piscaria earundem, in Straythcharron, et Kilmachalmok in Straythokell cum *lie* Ochtow et salmonum piscaria earundem ex utroque latere aque de Kylsokell, in comitatu Rossie, vic. Invernes; terras de Fernecosky, viz. Inverran cum molendino, *lie ailhous* et Ailhouscroft, et salmonum piscaria dimedietatis de *lie Es* aque de Schin, terras de Lincetcroy, Lincetmoir, Altesbeg, Altesmoir, cum Invernalt (vel Inveralt), Auchtanes cum silvis et salmonum piscariis, cum silvis, *lie gressingis*, *scheillingis* omnium dict. terrarum, cum superioritate terrarum de Creichmoir, in baronia de Fernecosky, comitatu Sutherlandie, vic. Invernes; cum tenentibus &c.: —TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dicto M. Hectori:—cum precepto sasine directo Geo. Monro in Lincettmoir:—et voluit quod unica sasina pro omnibus staret:—TEST. Lauchlano M'Intosche de Downachtane, Rodorico M'Kenzie de Ardaphallie, Wil. Baillie de Duneane, Gilb. Gray de Sordell, Adamo Dumbar notario:—Apud Invernes, 1 Nov. 1590]:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 434.

802. Apud Halierudehous, 1 Dec.
REX confirmavit cartam Joannis Grenour alias Tennent de Pitfure,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Canoniam Rossen., . . 1598,—vendidit JOANNI DUNBAR feodatario de Avach, heredibus ejus et assignatis, — bovatam terrarum de Killane, in dominio de Ardmanach, vic. Invernes:—TENEND. de rege: —cum precepto sasine:—TEST. Roberto Grahame archidiacono Rossensi, Roberto Grant, Jo. Fraser, Tho. Robertsoun, burgensibus Canonie Rossensis, Jo. Leslie filio Roberti L. burgensis ibidem, M. Georgio Monro cancellario Rossen., M. Jo. M'Kenzie rectore de Dingwell:—Apud Canoniam Rossen., 31 Maii 1598]:—PRETEREA, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Jo. D. impenso, dict. bovatam ei de novo ad feudifirmam dimisit, cum pecia more vocat. Blairphod dicte bovate adjacen. (inter fontem *lie* Guiswall de Killane prout idem currit in *lie* Guisburne, et alias bondas specificatas), cum communi pastura super montibus vocat. Milbui et Ordhill ex australi et boreali earundem; —que pecia nunquam antea per regem disposita erat:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 435.

803. Apud Halyruidhous, 5 Dec.
REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit GEORGIO COMITI DE CATHNES, heredibus ejus et assignatis, in feudifirma,

—tres *lie farthingland* de Kirk, tres *lie ottavisland* in Myrelandnorne, in dominio de Weik, vic. Invernes;—quas (olim de episcopo de Cathnes tentas) Wil. Harraldsoun portionarius de Kirk, cum consensu Henrici Sinclair in Cannesby pro ejus jure, apud Falkland resignavit pro hac carta concedenda:—PRETEREA rex ratificavit omnes cartas per episcopos de Cathnes dicto Wil. vel ejus predecessoribus desuper concessas, et signanter cartam per quondam And. episc. Cathanen. fact. quond. Willelmo Harralsoun;—et dicto Geo. de novo dedit suprascripta, necnon tenementum per Jac. Doulle in Weik occupat., cum vasta pecia terre vocat. *lie* Bischopis-toure, tenementum vocatum tenementum Willelmi Sinclair de Dumbeth (olim occupat. per quond. Jac. Gibsoun ibidem), tenementum *lie* Dowglas-tenementis (per Wil. Bruce de Stans[t]ell, Alex. Mowat et Finlaum Grott possess.), edificia quond. Alexandri Stewart (occupat. per Katherinam Neilsoun), tenementum Wil. Donettis (occupat. per Finlaum Grott), tenementum *lie* Grottis-tenement (possess. per Geo. Mernis), tenementum dicti Geo. eidem adjacens, tenementum And. Ewinsoun, tenementum Jo. Mansoun, tenementum Jo. Suddirlane, tenementum per And. Ewinsoun possessum, tenementum Jacobi Doule (occupatum per . . . Wallace), *lie* Birsbaines-bigging, *the Bischipis lie girnell*, tenementum Alex. Suddirland alias Robiesoun, tenementum *lie* Toftingallis-tenement supra villam de Weik, tenementum Adami Tailyeour (occupat. per Alex. Suddirland filium Domini Alexandri S.), tenementum quond. M. Thome Keir (olim occupat. per Arch. Hepburne), tenementum Laurentii Oliphant (occupat. per Jo. Doule), tenementum Davidis Andro Jamiesoun (per Alex. Jamiesoun ejus fratrem occupat.), et tenementum *lie* Toftingallis-tenement (occupat. per Tho. Suthirland), omnia in villa de Kirk de Cathnes, cum eorum hortis, *lie stalkhillis*, privilegiis *lie fewall* et pasturagiis solitis super communem pasturam et moram dicte ville de Weik;—que ad sedem episcopalem de Cathnes prius pertinuerant:—REDDEND. pro dictis *farthingland* et *ottavisland* 6 firlotas 2 batos victualium, unam firl. 4 garbas avenarum, 2 sol. *lie pleusche-silver*, cum parte marte, projectione et ductura glebarum, areagiis, carreagiis, homagiis, sectis ad curias et aliis servitiis debitis et consuet., et 3 sol. 4 den. augmentationis; pro unoque tenemento 2 sol., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, in integro 45 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 494.

804. Apud Edinburgum, 9 Dec.

REX concessit et quitteclamavit ROBERTO HEPBURNE de Markill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Foulfurde, vic. Edinburgh;—que fuerunt quondam Joannis Carkettill de Over-Libertoun, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Jo. factam Edwardo C. ejus filio legitimo tertiogenito et aliis personis, absque licentia superioris:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 439.

805. Apud Halyruidhous, 9 Dec.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro servitio sibi et suis progenitoribus prestito, de novo dedit WILLELMO CWNYNGHAME de Capringtoun, heredibus ejus et assignatis,—10 libratas terrarum de Cambuskeith antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, molendino granorum, multuris, *lie sukkin* et *knaifschip*, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas Jo. Hammiltoun de Cambuskeith pro hac carta conficienda resignavit:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 490.

806. Apud Halierudehous, 10 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JONETE ROBERTSOUN filie et heredi quond. And. R. et quond. Margarete Spens ejus sponse, ac JOANNI COWPER burgen. de Falkland ejus sponso,—unam libratam illarum 4 libratarum terrarum australis quarte partis de Auchtermuchtie ex australi latere earundem cum occidentalibus *lie westmest* 6 libratis terrarum adjacen. 2

libratis per quond. Jo. Rankene occupat., et cum tofta seu mansione olim per Jonetam Richartsoun inhabitat., in senesc. et vic. de Fyiff; cum jure communie montis *lie Hill* de Auchtermuchtie (intra bondas specificatas), et portionis terrarum de Quhytfeild (intra bondas specificatas);—quas David Murray, frater germanus quond. D. Andree M. de Arnegosk militis, in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Jon. et Jo. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter eos legit. procreat. absque divisione, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. 27 sol. 6 den., 2 bollas 1 firlotam tritici, 2 bol. 3 firl. 1 peccam ordei, 2 bol. 1 peccam avenarum, $1\frac{1}{4}$ anseres, 3 pultreas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 449.

807. Apud Halyruidehouis, 10 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit M. JACOBO STEWART commissario Dunkeldensi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Ladywell, cum molendino, terris molendinariis &c., terris de Lytill-waird et Dowgallis-hauch, et *lie Ower-Gryt-waird*, cum decimis tam rectorie quam vicarie que a trunco minime separari solebant, in dominio Dunkelden., vic. Perth;—et, in speciale warrantum dimedietatis earundem, 20 mercat. terrarum de Fancastell, vic. Perth;—quas Jo. Stewart de Tullypowreis et Margareta Cairwod ejus conjux (quibus per quondam Jo. com. de Atholl cum consensu Domine Marie Ruthven comitisse de Atholl ejus conjugis disposite erant) resignaverunt pro hac carta conficienda:—REDDEND. pro Ladywell &c. (que olim de episcopo Dunkelden. tente erant) 16 lib. 13 sol. 4 den., et pro decimis 3 lib. 6 sol. 8 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia baronie de Dunkeld cum requisiti essent; et si tres termini in unum currerent minime persoluti, hoc infeofamentum expiraret;—pro Fancastell (in casu evictionis dicte dimed.) firmas feudifirme aliasque devorias debitas et consuetas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 453.

808. Apud Halyrudhous, 11 Dec.

REX concessit ALEXANDRO WODDELL portionario de Newtoun, et HELENE HANGANDSYDE ejus conjugi,—terras de Hangandsyde, vic. Roxburgh; tertiam partem terrarum et molendini et terrarum dominicalium *lie* Manis de Litill Newtoun, cum 2 caru(c)atis *lie* Boisueillis-landis nuncupatis in eadem villa, et terra *lie* Soutouris-land, cum tenentibus &c., in balliatu et regalitate de Lauderdaill, vic. Beruik;—quas eadem Helena et Barbara H. ejus soror, filie et heredes portionarie quondam Alexandri H. de eodem, cum consensu dicti Alex. sponsi dicte Hel. et Roberti Waddell ejus fratris sponsi dicte Barbare pro eorum interesse, in favorem dictorum Alex. et Hel. resignaverunt; et quas rex dictis personis, pro eorum bono servitio, de novo dedit, specialiter cum jure suo ratione alienationis per quondam Ric. Hangandsyde de eodem aut quond. Alex. H. ejus filium factam absque licentia regis:—TENEND. dictis Alex. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et ejus legit. et propinquioribus heredibus et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 445.

809. Apud Halyruidhous, 12 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—pro compositione persoluta, et pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito,—ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO NAPER, filio legitimo natu maximo et heredi apparenti Joannis N. feodatarii de Merchistoun (nativi tenentis et feudifirmarii subscriptorum),—terras de Auchlenschee cum molendino, in dominio de Menteyth, vic. Perth:—TENEND. dicto Archibaldo et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreand. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. pro terris (ex-

tenden. in antiquo rentali ad 4 libratas) 8 lib., pro molendino 8 bollas farine, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem cum politiis solo respondentibus; cum prohibitione alienandi, nisi sub reversione, absque licentia regis; et si de murthuro &c. (cum ceteris *ut in carta* 306, omissis multuris) :—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 462.

810. Apud Halyruidhous, 14 Dec.
REX dedit literas legitimationis JOANNI GOWANE janitori collegii Glasguensis, bastardo, filio naturali Joannis G. in *lie* Manis de Eistwode. xli. 465 (i).

811. Apud Halierudhous, 16 Dec.
REX confirmavit ALEXANDRO CUMMING de Cultar et HELENE WODE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque cognomen et arma de Cumming gerentibus,—terras et baroniam de Tullieboy tam proprietatem quam tenandriam, cum molendinis, silvis, lacubus, piscationibus, tenentibus &c., in baronia de Cultar-Cumming, vic. Kincardin;—necnon dicto Alex., et heredibus supradictis,—terras et baroniam de Cultar tam proprietatem quam tenandriam, cum molendinis &c. (*ut supra*), in baronia de Cultar-Cumming, vic. de Abirdene;—quas omnes, in baroniam de Cultar-Cumming incorporatas, idem Alex. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, eis respective de novo dedit, viz. baroniam de Tullyboy comprehenden. villam et terras de Kilduthie, cum manerie, nemoribus, *lie boiggis*, molendinum dicte baronie cum ejus terris &c., terras de Wester et Eister Drumquharnie, Hirne, Bothill, Lochtwode, Haltoun, Craigtoun cum torrente et nemoribus *lie boiggis*, ac cum monte de Fair eis adjacen., et silvis, terras de Standandstanes cum torrente et silva, villas et terras de Cairnyquhin, Rewmoir, Tilnabo, Catterloch, et *lie* Eistsyde maresii *lie myre*, cum silvis &c. (inter terras de Glascull ad episc. S. Andree pertinentes, fontem de Tuberuskye, terram de Gormeg quondam ad Allanum Durward pertinen., et alias bondas specificatas), baroniam de Cultar (ex antiquo Cultar de Ardboyk nuncupat.) comprehenden. *lie* Maynis de C. cum manerie, fortalicio et pertinentiis, et presertim *lie* Insche de C. (tunc jacen. per aquarum inundationem ex australi parte aque de Dee, et ex boreali antiqui aqueductus ejusdem), cum arboribus, ceterisque *lie Insches*, cum salmonum piscaria dicte aque de Die ex adverso dicte baronie, villas et terras de Robertistoun, Hilsyde et Tullieoche, molendinum granorum *lie* Holmylne cum ejus terris &c., molendinum fullonum *lie* Denemylne cum ejus terris et proficuis, villas et terras de Over Contlay, Bainischill, Nethir Contlay et Laichtis alias Lastis, cum aliis villis, terris et molendinis super dictis terris &c., cum silvis &c. (inter torrentem de Auchinnasolich tunc vocat. de Cultar, Fethnabradach alias tunc vocat. Feddiebraydiach, torrentem de Cardanay tunc vocatum de Gardine, terras olim episcopi Abirdonen., et alias bondas specificatas); et easdem de novo incorporavit in liberam baroniam de Cultar-Cumming, ordinando quod maneries de Cultar esset principale messuagium:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 443.[1]

812. Apud Halyruidhous, 18 Dec.
REX confirmavit cartam Roderici Murray de Beghous, —[qua,—pro perimpletione contractus initi cum Roderico M'Kenze de Ardefailyie procuratore pro Wil. M'Ky subscripto, de data apud Invernes, 28 Jul. 1597,—vendidit WILLELMO MAKKY de Balnakaill, et ISABELLE MAKKENZIE ejus sponse,—terras de Beghous et duabus Trontaillis, viz. Trontaillmoir et Trontaillbeg, terras de duabus Forresseis, viz. Forssienayne et Forissinaird, jacen. in Straythhallodull, diocesi Cathanen., vic. Invernes:—TENEND. dictis Wil. et Is. in

[1] The boundaries given in this charter are taken from the charter of Alexander II., printed in "Antiquities of Aberdeen and Banff" (Spalding Club), iii. 337.

conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis et assignatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Willelmi quibuscunque et assignatis, de rege :—cum precepto sasine : —TEST. Rob. Grhame archidiacono Rossen., Georgio G. ejus filio et apparente herede, Kennedo M'Kenzie de Kilchrist, Luca Patersoun burgen. de Invernes, Jac. Waus burgen. ibidem, M. Wil. Gregour notario publico famulo Joannis Grant de Freuchrie: —Apud Invernes, 8 Nov. 1597] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Wil. M., dictas terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 481.

813. Apud Halyruidhous, 19 Dec.
REX confirmavit cartam Jacobi Colvile feudifirmarii de Eist-Weymis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO COLVILE, filio suo legitimo et heredi apparenti,—terras et baroniam de Eist-Wemis, viz. *lie* Manis de E., terras de Bukhevin, cum fortalicio de E., molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. de Fyiff :—RESERVATO libero tenemento dicto Jacobo :— TENEND. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras, quibus def., Roberto C. de Cleische et heredibus ejus masc., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscunque, de rege in feudifirma, libera baronia et libera foresta :—cum precepto sasine directo Geo. Swyne in Eist-Weymis: —TEST. Roberto Colvile de Cleische, Rob. Colvile fratre germano quondam Jacobi C. de Balbethie, Hen. Colvile filio legitimo quondam Jacobi C. in Culrois, Thoma Liddell servo dicti Jac. C. de E., Jac. Prymrois notario publico (scriptore carte) :—Apud Eist-Weymis, 9 Jun. 1597] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 463.

814. Apud Halyruidhous, 20 Dec.
REX,—cum consensu &c. (92.),—confirmavit cartam factam per quondam Jo. commendatarium de Coldinghame, et per ejusdem conventum,—[qua confirmaverunt (quondam) JOANNI LUMISDENE de Blanerne, et ejus heredibus,—terras de Eister Lumisdene, cum tenentibus &c. (viz. *begynnand at the Meir-burne-steill, haldand frathyne up the Meir-burne as it gangis quhill it cum to the heid thairof in the mure, and fra the heid thairof haldand linialy south till the commoun gait in the mure callit the Croslaw-gait, and fra thyne haldand west the same gait quhill it entir in the furde callit Rentoun-furde, thairfra haldand doun the burne as it rynnis fra the said furde quhill it entir in the sey*), cum communia et communi pastura in universa communia et communi mora de Coldinghame;—necnon dicto Jo., heredibus ejus et assignatis,—terram in *lie* Corsgait in fine occidentali ville de Coldinghame ex boreali vici regii, cum domibus &c., terras de Northcroft et Pastaris, cum 18 acris in *lie* Southcroft, peciam terre cum domo et tofta juxta domum quond. Hely pistoris, terras quond. Roberto Burnegaw super Milrig et Stobfurland, terras quond. Jo. Coldinghame, et 6 acras in Coldinghame quas quond. Gilbertus Lumisdene tenuit de quond. Jo. Lumisdane, et terram cottagiam et hortum in Haymouth, in villis et territoriis de Coldinghame et Haymouth, baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—quas omnes idem Jo. resignavit :—INSUPER dicti commendatarius &c. voluerunt quod unica sasina apud villam de Eister Lumisdene capienda pro omnibus staret :—REDDEND. dicto monast. pro Eister Lumisdene 2 sol., et unam sectam in curia capitali dicte baronie in festo Michaelis; pro ceteris 18 solidos 10 den. nomine annualis redditus; necnon wardam &c.:— Apud predictum monast., 30 Aug. 1555] :—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, suprascripta de novo dedit DAVIDI LUMISDENE tunc de Blanerne, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Lumisdene gerentibus :—REDDEND. regi *ut supra* : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 450.

815. Apud Halyruidehouis, 20 Dec.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro

pecuniarum summis persolutis, de novo ad feudifirmam dimisit GEORGIO BRUCE burgensi de Culros, heredibus ejus et assignatis,—carbonem majorem et minorem existen. infra bondas communis more de Culros, territorii ejusdem et acrarum villam de C. circumjacentium, necnon ceteros carbones ad personas subtus specificatas infra dominium de Culros spectantes, cum privilegio effodiendi *lie coilpottis*, et transitus pro carbonum transportatione ad patellas salinas de C. &c. efficiendi;—qui fuerunt M. Eduardi Bruce commendatarii de Kinlos, Roberti Colvill apparentis de Eister Weymis, Joannis commendatarii de Culros et dicti Geo. equaliter; et quas illi in favorem dicti Georgii resignaverunt:—REDDEND. regi (loco monasterii de Culros) 20 libras; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum privilegio nihilominus regi carbonem ad ignem regis lucrandi:—PROVISO quod si nulli carbones ibi essent lucrabiles, dictus Geo. solveret 40 sol. annuatim tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 456.

816. Apud Edinburgh, 20 Dec.
REX ad feudifirmam dimisit GUILIELMO COKBURNE de Chouslie (favorabili et nativo *lie kyndlie* tenenti infrascriptorum), et SIBILLE SINCLAIR ejus conjugi,—2 terras husbandias de Symprene, ab antiquo ad vicariam de S. vel ad abbatiam de Kelso pertinentes, infra villam de S., vic. Berwik:—TENEND. dictis Guil. et Sib. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Guilielmi et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 50 sol., et 2 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 489.

817. Apud Halyruidhous, 20 Dec.
REX,—cum consensu &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, de novo in feudifirma dimisit PATRICIO GRAHAME de Inchebrekkie, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat., quibus def., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—occidentalem umbralem quarteriam terrarum de Drumphingallie, in senesc. de Stratherne, vic. Air (Perth);—quam David Murray de Letterbonachtie et Agnes Moncreiff ejus sponsa, ac Walterus Murray portionarius de Drumdewane et Helena Stewart ejus sponsa, in favorem dicti Pat. resignaverunt:—REDDEND. 50 sol., cum parte martis (vel 6 sol. 8 den.), et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem, edificia et politias solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 491.

818. Apud Halierudhous, 22 Dec.
REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit JACOBO STEWART de Allanetoun et HELENE SOMERWAILL ejus sponse in vitali redditu, et JACOBO STEWART eorum filio maximo natu et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jac. seniori et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Jac., heredibus ejus[1] et assignatis quibuscunque,—5 mercat. terrarum de Daldavie (-Wester), per dictum Jac. et ejus subtenentes occupat., in baronia de Glasgow, vic. Lanerk:—REDDEND. 57 sol. 6 den., 4 bollas 2 firlotas astricte multure avenatice, 4 bollas 1 firl. astricte multure polenti, 2 bol. 2 firl. *lie hors-corne*, 3 capones, 2 gallinas, et 2 sol. 6 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xlii. 224.

819. Apud Halyrudehous, 25 Dec.
REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO LAWDER in Belhevin, in libero tenemento, et GEORGIO LAWDER ejus filio heredique apparenti, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione legitime procreand., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decimamsextam partem (unum *lie rig*) ville et terrarum de West Barnis, cum

[1] The *Tenendas* clause adds *masculis*.

quarta parte (½ *lie rig*) terrarum de Rig et Fluris, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—SOLVEND. 16½ bollas frumenti, 16½ bol. ordei, cum ¾ pecce tritici et ¾ pec. ordei augmentationis; et 10 libras pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—TEST. 65. 46. 74. 72. 49. 70. 50. xlii. 158.

820. Apud Halyrudehous, 25 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO KELLIE, filio legitimo quondam Cuthberti Kellie burgensis de Dumbar,—1½ rigas terrarum vocat. Rig et Fluiris (per eum occupat.), in territorio et dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione legitime procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque : —SOLVEND. &c. *ut in carta* 819 :—TEST. *ut in carta* 819. xlii. 159.

821. Apud Dalkeith, 26 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit THOME FERMOUR, filio legitimo seniori et heredi apparenti Davidis F. portionarii de Kingis-bernis,—octavam partem ville et terrarum de Kingis-bernis, in senesc. et vic. de Fyiff;—quam dictus Dav. in favorem dicti Tho. resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Davidi :—TENEND. dicto Tho. et heredibus inter eum et Agnetem Huntar ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Thome quibuscunque, in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153) :—REDDEND. &c. *ut in carta* 294 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 496.

822. Apud Halyrudhouis, 28 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis domini Forbes,—[qua,—pro magnis pecuniarum summis persolutis per Jo. com. de Mar dom. Erskin &c., . . . Seytoun de Touch, consanguineos ex parte matris ARTHURI FORBES filii sui primogeniti inter se et Dominam Jonetam Seytoun sponsam suam procreati, aliosque consanguineos et amicos dicti Arth., — vendidit dicto Arthuro — dominium et baroniam de Forbes, comprehenden. terras et baroniam de Fuddes, viz. villas et ter. de Fuddesmoier, molendinum, *lie ailhouis* et Brewcroft de Fuddes, villas et terras de Culterculane et Auchnacant, cum molendino, *smiethie*, *ailhouis* et *lie croft* ejusdem, cum terris molendinariis &c., villas et terras de Pettiemuk et Blairchillie, cum advocatione capellanie S. Marie in dicta baronia, 5 libras annui redditus de terris de Archedlie, vic. Aberdene; terras de Larye et croftam ejusdem vocat. Corrieauchtane, Brigend, Straithgarnik et Kirktoune, cum molendinis, terris molendinariis &c., in baronia de Oboyne, vic. Aberdene; terras et baronias de Forbes et Awfurde, Carnedard et Keyrnne, cum fortalicio vocato Drymminnour, tenentibus &c. (comprehenden. *ut in carta* 225), terras et baroniam de Fentray, Mekil Fentray, Blaktoun, Balcros, Littertie, Carnehill cum *lie outset* vocat. villa et terris de Badinteuir, terras et villas de Tullymauld et Allathene, 10 sol. annui redditus de terris de Eden, molendinum de Kynedwart cum terris molendinariis &c., fortalicium de Kynedwart cum Castelhill, Castelwallis, clausura et *lie grenis*, vic. Aberdene; cum montibus, pasturagiis, molendinis, silvis, *lie boigis*, piscationibus, castris, tenentibus &c., cum privilegiis liberarum forestarum ubicunque foreste seu silve forent; necnon officium coronatoris vic. de Aberdene, cum feodis &c.; cum advocatione rectorie et vicarie parochialis ecclesie de Forbes vocate prebendarie ejusdem, et capellaniarum de Arsballoch et S. Anna, vic. Aberdene; ac villam et burgum baronie de Awfuird super villa et terris de Kirktoun de A., cum ejus privilegiis &c. :—RESERVATO libero tenemento dicto dom. F. :—TENEND. dicto Arthuro et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Davidi F. filio legitimo eorundem Jo. et Jon., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo F. de Logyfentray fratri germano dicti dom. F., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Jacobo F. de Lethindie fratri germano

ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto F. commendatario de Monymusk fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Abrahamo F. de Blaktoun fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus heredibus masc. dicti dom. F. quibuscunque cognomen et arma de Forbes gerentibus, de rege :—REDDEND. *ut in carta* 225 :—cum precepto sasine :—TEST. Alex. Bonar de Balgirscho, Jo. Bonar de Pykstanehill, Rob. Forbes in Tolmadis, Jac. Forbes servitore dicti dom. Forbes :—carta scripta per Alexandrum Dunlope scribam : —Apud Edinburgh, 20 Dec. 1598] :—INSUPER, pro bono servitio dicti dom. F., suprascripta dicto Arth. de novo dedit ; cum officio ballivatus regalitatis et terrarum abbatie de Lyndoris infra vic. de Aberdene, et monasterii de Monymusk, et rectorie de Kincardin-Oneill, cum omnibus feodis &c. que dictus dom. F. et ejus predecessores recipere in usu fuerunt, et cum potestate forum nuncupat. Bartilfair infra villam de Kincardin-Oneill annuatim proclamare causandi &c. ; et omnia de novo incorporavit in liberum dominium et baroniam de Forbes, et voluit quod dict. castellum de Forbes tunc vocat. Drymminnour esset principale ejus messuagium :—RESERVATO et REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 498.

823. Apud Halyrudehous, 2 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Naper de Wrichtishousis (mercatoris burgensis de Edinburgh), Eliz. Park ejus conjugis, et M. Willelmi N. eorum filii et heredis apparentis,—[qua,—pro impletione contractus inter se ab una, Pat. Edmestoun de Natoun et Mariotam Hepburne ejus conjugem ab altera, WILLELMUM TURNBULL de Pettincreiff a tertia partibus, de data presentium,—vendiderunt dicto Wil. T., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wrichtishousis cum manerie, vic. Edinburgh ;—quas, de dictis Wil. N. &c. tentas sub reversione summam 6000 merc. continente, dicti Pat. et Mar. pro dicta summa sibi persoluta in favorem dicti Wil. T. personaliter resignaverunt :—REDDEND. regi unum den. argenti apud montem castri de Edinburgh nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Rob. Lummisden feodatario de Ardrie, Rob. Hepburne de Marcle, Rob. Alexander servitore dicti Wil. Naper, Jo. Williamsoun scriba Edinburgensi (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 7 Jul. 1598] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 148.

824. Apud Halyrudhous, 3 Jan.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit JOANNI DAWSOUN filio legitimo quondam Davidis D. de Mwreailhous, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 bovatas terrarum de Mwreailhous, cum decimis garbalibus inclusis nunquam a trunco separatis, vulgo Abbottisland de Avache nuncupatas, in parochia de Avache, diocesi Rossen., regalitate de Kinlos, vic. Invernes ;—que, per quond. Jac. Daviesoun bastardum filium naturalem dicti Dav. tente de monasterio de Kinlos, regi devenerunt ob decessum dicti Jac. :—REDDEND. 7 libras 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast., cum presentia in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis ; et pergendo cum commendatario de Kinlos ejusve ballivis in guerris regiis :—RESERVANDO dicto commendatario domum in dictis terris pro collectione decimarum victualium rectorie de Avache :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 455.

825. Apud Halyruidhous, 3 Jan.

REX,—cum consensu &c. (64.),—confirmavit cartam D. Jacobi Edmestoun de Duntreith militis,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis initi inter se, Wil. E. filium suum et heredem apparentem cum consensu ejus curatorum et tutorum si quos habuit, et D. Jac. Striviling de Keir militem ac Rob. Grhame de Knokdoleane tanquam cautionarios, ab una, et D. Umphredum Colquhoun de Lus militem cum avisamento curatorum, et Jac. Colquhoun de Garescube et Alay M'Calay de Arnecapill cautionarios, ab altera partibus, de data apud Glasgow, 24 Jan. 1585, —vendidit MARGARETE COLQUHOUN

sponse sue future, sorori dicti Umph., in vitali redditu, et heredibus masc. inter se et eam procreandis, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis masculis reversuras,—8 librat. terrarum antiqui extentus de Mochomrain et Auchingrie, in parochia de Kilpatrik et ducatu de Lennox;—necnon, in warrantum earundem, 10 mercat. terrarum ant. ext. de Glen-Edmestoun, molendinum de Carcarron cum aqueductu et astrictis multuris, in dicto ducatu, vic. Striviling:—TENEND. de dicto Jac. E.:—REDDEND. pro terris principalibus unum den. albe firme, et monasterio de Paslay 12 merc. feudifirme; pro ceteris dicto Jac. E. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Adamo Colquhoun in Myltoun de Colquhoun:—TEST. Jo. Grhame juniore de Knokdoleane, Jacobo Schaw burgensi de Striviling, Jac. Edmonstoun, Walt. Logane, Alex. Levingstoun, servitoribus dicti D. Jac. E., Arch. Hegat notario, Jo. Pirrhie scriba:—Apud Duntreyth, 8 Feb. 1585]:—NECNON aliam cartam ejusdem D. Jac. E.,—[qua concessit Margarete Colquhoun conjugi sue, in vitali redditu,—in plenariam satisfactionem ejus tertie,—terras suas de Gartkatan, Qwilt-Edmonstoun, 5 mercat. de Eister Glenbolg, cum molendino, terris molendinariis &c., in comitatu de Levenox, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Laurentio Scott scriba, Hen. Bickartoun scriba signeto regio, Jac. Kynneir (scriptore carte), M. Davide Hay, Jac. Nymbill, servitoribus dicti Hen.:—Apud Edinburgum, 20 Dec. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 483.

826. Apud Halyrudehous, 5 Jan.[1]
REX confirmavit cartam Jacobi archiepisc. Glasguensis, (fratris et) heredis quondam Davidis Beatoun de Auchmuthie feudifirmarii subscriptorum,—[qua, pro servitiis &c., concessit GEORGIO BALFOUIR in North Tarrie, heredibus ejus masc., cognomen et arma de Balfouir gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras de North Tarrie (per eum occupat.), in baronia et regalitate de Aberbrothok, vic. Forfar:—REDDEND. monasterio de Aberbrothok, aut regi virtute acti annexationis, 6 libras 13 sol. 4 den., 6 sol. 8 den. pro pretio de *lie rin-mairte*, 6 celdras avenarum equinarum *lie hors-corne*, cum 12 caponibus et 12 pultriis, et 3 lib. 2 sol. 3 den. pro proportionabili parte augmentationis in carta dicti Davidis contente ac pro gressumis &c.; ac faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST Wil. Archibald, Jo. Grundestoun, Mich. Chrystye, domesticis dicti archiepisc.:—Apud civitatem Parisiensem, 3 Nov. 1595]:—PRETEREA, pro bono servitio, dictas terras dicto Geo. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 493.

827. Apud Halyruidhous, 8 Jan.
REX confirmavit cartam Jacobi Colvile de Eist-Weymis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO COLVILE, filio suo legitimo,—terras et baroniam de Tullicultrie, viz. terras de Balharty, Drummy, Schannach, Coschnachtane, Colinisdavach, Carnetoun cum molendino fullonis, Ellokis-davok et Harvist-dawok, Hiltoun de Tulliecultrie cum manerie et fortalicio, vic. Clakmannane:—TENEND. *ut in carta* 813 (excepta libera foresta):—cum precepto sasine directo Geo. Swyne in Eist-Weymis, et Arch. Harlaw:—RESERVATO libero tenemento dicto Jacobo Colvile de Eist-Weymis:—TEST. et de data *ut in carta* 813]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 464.

828. Apud Halyruidhous, 9 Jan.
REX dedit literas remissionis JACOBO SCOTT in Hundellishoip, fratri germano Walteri S. de Tuschelaw, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Willelmi Tait in Hundellishoip, A.D. 1596 commisse; et pro ceteris offensis ante diem date commissis;—proditione in regis persona, incendio, mulierum raptu, adulterata moneta, arte magica et furto exceptis. xli. 471.

---

[1] Dated A.D. 1595. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 127 verso.

829. Apud Halyrudhous, 9 Jan.
REX confirmavit cartam Jacobi dom. de Borthuik,—[qua vendidit MARCO DOMINO DE NEWBOTTILE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—officia justiciarie et ballivatus regalitatis de Stow in Weddell, viz. terrarum de Pharnihirst, Stow, Crippillaw, Nether et Over Lugat, Wedderstoune, Scheillay, N(e)ther et Over Scheillis, Symontoun, Plantoith, Kirksneip (Birksneip?), Pryntaytoun, Howlatstoun, Gilmertoun, Cumlarig, Haltrie, Brokhous, Tersons, Crumsyde, Carta, de Bow, Langmure, Burnehous, Stow-mylne, Murehous, Pirnetados, Cottilferrie et Hoppringill, Mekle et Litle Catpair, Mitchelstoun, Craigend, Torquen, Penploff, Pirne, Kittaflat, Buschank et Bowland, Compoislaik, Cathauche et. . . ; cum feodo 100 merc. de promptioribus firmis dict. terrarum, et ceteris privilegiis consuetis, olim de archiepiscopo S. Andree tent.:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme, cum fideli administratione in dictis officiis: —cum precepto sasine directo Tho. Megote de Maistertoun:—TEST. Wil. Borthuik fratre dicti Jac., Walt. Carnecorce in Lugatt, Jo. C. ejus filio naturali, Davide Borthuik, Georgio Ker, famulis dicti Marci:—carta scripta per Tho. Wilsoun servum Richardi Cas scribe signeti regii:—Apud Edinburgh, 26 Dec. 1598]:—PRETEREA rex, pro bono servitio, suprascripta dicto Marco de novo dedit:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 499.

830. Apud Dalkeyth, 13 Jan.
REX confirmavit cartam factam per And. Ker filium et heredem apparentem Andree K. de Fairnyhirst,[1] et dictum And. seniorem tanquam ejus tutorem et nomine proprio, cum consensu Eliz. Lyoun relicte Willelmi Ker fratris dicti And. senioris pro ejus interesse, Wil., Alex., Jeannam et Issobellam Keris filios et filias dictorum Wil. et Eliz., cum consensu Joannis Forret de Fingask,—[qua,—pro impletione decreti arbitralis inter dictas personas, et dictum And. K. seniorem onus suscipientem pro omnibus prolibus legitimis descendentibus ex quond. Domina Joneta Kirkcaldy domina de Fernyhirst, ab una, WILLELMUM KIRKCALDIE de Grange suum consanguineum pro ipso et pro Waltero Adamesoun burgen. de Edinburgh, ab altera partibus, pronunciati 23 Jun. 1597, in libris dominorum concilii registrati 4 Mar. 1597, —vendiderunt dicto Willelmo Kirkcaldy, irredimabiliter,—terras et baroniam de Grange, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis et columbariis, dimedietatem terrarum de Tyrie cum carbonariis, terras de Banchrie, Norther Pittedie, Balbirdy, et castrum de Kingorne cum monte, toftis et croftis, vic. Fyff:—TENEND. dicto Willelmo Kirkcaldy, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus ejus quibuscunque, de rege:—REDDEND. unum denarium albe firme:—cum precepto sasine directo Jac. Orrok incole ville de Glasmonth:—TEST. Joanne Monypenny apparente de Pitmillie, Jac. Stewart filio quond. capitani Jacobi S., Adam Ruthirfurd, Nic. Oswall, servis dicti And., M. Wil. Kelly, Rob. Stewart servo domini Grange, M. Wil. Murray, M. Francisco Bothuell, M. Jo. Johnestoun vocato de Elphinstoun:—carta scripta per Wil. Swane servitorem M. Willelmi Kellie scribe signeti regii:—Apud Fairnyhirst et Edinburgh, 16 et . . . Aug. 1598]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. Kirkaldy de novo dedit, et (quemadmodum Jacobus V. rex et Maria regina antea) in liberam baroniam de Grange incorporavit:—REDDEND. *ut supra*: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 474.

831. Apud Halyrudehouis, 15 Jan.
REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit D. THOME ERSKENE de Gogar militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—illas quartam et decimamsextam partes terrarum de Eister Row cum mansione, in senesc. de Menteith, vic. Perth;—quarum dictus Tho. et ejus predecessores fuerant rentellarii et feudifirmarii multis annis elapsis:—REDDEND. 10 libras 8 sol. 4 den., cum parte marte secundum ratam, et 20 den. nove aug-

[1] The introductory clause adds "militis."

REX confirmavit cartam quondam D. Willelmi Murray de Tulliebardin equitis,—[qua concessit ALEXANDRO MURRAY, filio suo tertiogenito,—terras suas de Drumdewan, cum molendino et ejus terris, ac superioritate terrarum de Newraw, in parochia de Methwen, vic. de Perth :—Tenend. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Quintigerno M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. eorum fratri (germano) et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., ad dictum D. Wil. et heredes suos dominos de Tulliebardin cognomine Murray reversuras, de dicto D. Wil. :—Reddend. unum den. albe firme :—Proviso quod non liceret suprascripta alienare absque consensu dicti D. Wil. et heredum, nisi prius eis vendendas obtulissent; et si heredes fem. fuissent, heredes masc. ratione provisionis prescripte successuri persolverent heredibus fem., si una fuisset, 500 mercas, si due, 1000 merc., si tres, 1000 lib. :—cum clausula warrantizationis, absque prejudicio contractus inter dictum D. Wil. et Jac. Rogie de Drumdewan initi, in libris commissarii de Dunkeld registrati :—cum precepto sasine directo Davidi Murray de Cars :—Reservando liberum tenementum dicto D. Wil. et Anne Grahame sponse sue :—Test. Kentigerno Grahame de Ratternis, Jo. Murray filio et herede apparente dicti D. Wil., Geo. Murray, Walt. Neische, Dominis Hugone Currye, Hen. Oiswald, capellanis, Joanne Davidsoun notario, Jo. Johne camerario dicti D. Wil. :—Apud Tulliebardin, 25 Oct. 1574] :—Necnon cartam colonelli Alexandri Murray, proprietarii de Drumdewan per dispositionem ei factam per dictum quond. D. Wil. ejus patrem, qui eas a dicto quond. Jacobo Rogie obtinuerat,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, continentis registrari in libris concilii, et pro 13500 mercarum persolvendis,—cum consensu D. Joannis M. de Tulliebardin militis, fratris sui senioris ac superioris dict. terrarum, pro ejus interesse, et Quintigerni M. de Kildeyis fratris sui germani ac secunde persone tallie in infeofamento suo contente,—vendidit GEORGIO OLIPHANT de Bachiltoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dict. terras de Drumdewan, cum molendino, multuris et terris molendinariis, jacen. *ut supra* :—Tenend. de dicto D. Jo. :—Reddend. *ut supra* :—cum precepto sasine directo Waltero Murray in Drumdewan :—Sequitur ratificatio dicti superioris :—Test. (ad subscriptionem dicti Alex.) capitano Jo. Hammiltoun, Jo. Makesoun communi scriba burgi de Carraill, Geo. Clapen in Lidnoch, Laurentio Dempster servo dicti Alex. ; (ad subscriptionem dicti D. Jo.) Pat. M. ejus filio legitimo, Donaldo Fergussoun juniore servo dicti D. Jo., et dictis Jo. Makesoun et Geo. Clapen :—carta scripta per M. Jo. Wardlaw servitorem Joannis W. scribe :—Apud Channongait, 10 Mar. 1598] :—Insuper, pro servitio per dictos Alex. et Geo. impenso et impendendo, et pro pecuniarum summis per dictum Geo. persolutis, suprascripta quitteclamavit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 8.

872. Apud Halierudhous, 13 Mar.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—concessit D. JACOBO MAXWELL de Calderwode militi, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. terrarum antiqui extentus vocat. Litill Aikinheid, cum manerie loco, silvis et pratis, 5

librat. ant. ext. vocatas Meikle Aikinheid, vic. Lanerk; 5 mercat. terrarum ant. ext. de Hagtornhill cum carbonibus, in baronia et vic. de Ranfrew;—que tente fuerunt, Aikinheid de rege, Hagtornhill de principe et senescallo Scotie, per servitium warde; et ad regis dispositionem devenerunt ob alienationem factam per quondam Gavinum aut Rob. Maxwell de Aikinheid ultimos immediate tenentes:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 482.

873. Apud Halyrudehous, 14 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit et quitteclamavit servitori suo RICARDO PRESTOUN tutori de Quhytehill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—terras de Reswellie, in baronia de Rescobie, regalitate S. Andree, vic. Forfar;—que olim tente erant de archiepiscopo S. Andree:—Reddend. 7 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud ecclesiam de Rescobie; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; cum prohibitione alienandi absque licentia regis; et sustentando domus, plantando arbores et hortos, et faciendo alias politias necessarias fundo corresponden.; ac servando metas ab injuria, vel regi intimationem faciendo:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 519.

874. Apud Halyruidhous, 14 Mar.

REX confirmavit M. WILLELMO SCOTT de Grangemure directori cancellarie, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Scott gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Carmwrie, cum manerie, mansione, columbario et pertinentiis, et presertim *lie* Vernell, Drummeis et Lochquhairny, aliisque parvis peciis terrarum et baronie de Ardros adjacentibus dict. terris de Carmwrie jacen. ex occidentali parte *lie merchis* infra designatorum, habitis et reputatis pertinen. de Carmwrie, superiores campos *lie Ovir-linkis* dict. baronie, villam de Elie, ejus tenementa, domos et hortos, *lie* Elie-law et totum *lie swarf* ei adjacen., molendinum de Elie vocatum Culry-mylne, ejus terras et clausuram aqueductus *lie mylnedame*, cum *lie damgrenis* adjacen., eam partem *lie Nethir-linkis* de Ardros jacen. ex occidentali limitum infra designat. (viz. *begynnand at that part of the south syde of the gret loch callit of auld the Reidmyre quhair the grit mylneleid and wattergang rynnis furth of that samyn loch unto the said mylne, and thairfra haldand south the said mylneleid from the heid and intak thairof quhill it cum to the north part and north dyk of that croft of the saidis landis of C. callit the Pedgecroft, and thairfra eist be the north syde of the said north dyk quhill it cum to the north pairt of the cottaryairdis and cotterhousis of C. presentlie occupyit be Hen. Mathesoun and Tho. Nicolsoun quhair ane merche stane is presentlie fixit, and haldand the north part of the said cottaryairdis &c. quhill it cum to ane grit marchestane now sett and fixit at the northeist part of the samyn, and from that passand south be certane utheris marchestanes now sett and fixit betuix the saidis landis of C. and the landis of Balclavie quhill it cum agane to that part of the said mylneleid quhilk is presentlie crocit be ane furde, and quhair thair is ane grit merche stane presentlie fixit, and thairfra doun the said mylneleid quhill it cum to the grund of ane auld dyk quhilk devydis the saidis landis of Balclavie from the Lochmedow, and thairfra keipand the north syd of the said auld dyk quhill it cum to the northwest nuik of the sched of arrable land of the landis of Ardros callit Fyiffisfald, and south the west side of Fyiffisfald and eist the south end of that samen quhill it cum to ane grit merchstane presentlie fixit at the southeist part thairof distant the breid of 4 riggis from the eistmest syde of Fyffisfald, and passand direct south be certane utheris merchestanes fixit throw the Ovir Eister linkis of Ardros, quhill it cum to the northmest part of that sched of the arable landis of A. callit the Newland-fauldis, quhair ane uthir marchestane is fixit as said is, and west be the north end of that samyn sched and be the north end of the Cwnyngaris-aiker be certane marchestanes fixit quhill it cum to the northwest nuike of the auld dyk callit the War-*

randeris-dyk quhilk devydis the said Cwnyngar-aiker from the Damegrenis, and south the said auld dyk quhill it cum to that part of the arable myl-landis of the said mylne quhair thair is ane grit merche stane fixit in the nether heidrig of the samyn, and from the south end of the said dyk and stane direct south throw the saidis arable myl-landis be certane marchestanes sett and fixit quhill it cum to ane cairne of stanis set uponn the southmest pairt of the saidis myl-landis, and west be certane merchestanes alsua sett and fixit unto ane uthir cairne distant 40 ruiddis at the leist in lenth from the hiest full sea, and south be certane marchestanes fixit and sett all distant 40 ruiddis &c. [ut sup.], *quhill it cum to the landis of Sauquhair and north dyk thairof quhair thair is ane grit marchestane fixit as said is*), cum dicto magno aqueductu ommibusque multuris et sequelis dicti molendini, et cum *lie uthir mylnleid* et *wattergang* a *lie* Bowhousloch et Lathrowsmyre per dictas terras de Ardros et presertim per earum partem vocat. Balclavie, et omnes portus, stationes et navalia (*lie portis, hevynnis and harbareis*) dict. ville, *lie law* et *suarf*, cum custumis, anchoragiis &c., et maximam partem dicti magni lacus terrarumque super quibus inundavit et restagnavit (que paucis abhinc annis fuere terre aride et glebarum paludes *lie peitmyris*, quamvis tunc tecte dicto *lie* Reidmyre per restagnationem aquarum vi arenarum), cum libertate piscandi in dicto lacu, et latitudinem 20 pedum dict. terrarum de Balclavie adjacentem dicto magno aqueductui ex orientali latere et secundum (*lie all alangis*) dictum latus usque ad Pedgecroft, et latitudinem 12 pedum de Balclavie adjacen. dicto lateri dicti aqueductus a dicto vado ad dictum *lie auld dyk*, cum potestate *to cast and clenge* dict. *lie loches* et *myris* pro meliore ductu aquarum per dictos aqueductus, ac *to cast* dictos aqueductus *als deip and wyde* quantum satis esset ad optimum conductum aque, et eosdem purgandi, et reparandi cum *lie faill, dovattis* et *lie uther materiallis* dict. terrarum de Balclavy, *lie mures and myris adjacent thairto*, omnia olim in baronia de Ardros, vic. Fyiff; ordinata per contractum infradictum comprehendenda sub speciali nomine de Elie;—necnon, in speciale warrantum eorundum, *lie landis* et Maynis de Ardros, vic. Fyiff;—que fuerunt dicti Wil. virtute infeofamentorum ei factorum de dictis terris et baronia tanquam principalibus per quondam Tho. Dischingtoun de Ardros; et per contractum de data apud Grangmure, 8 Sept. 1598, registratum in libris concilii 3 Jan. 1598, inter Thomam Dischingtoun tunc de Ardros filium et heredem dicti quond. Tho., cum consensu ejus curatorum et aliorum amicorum pro eorum interesse, et Agnetem Scott dominam de Ardros seniorem, aviam dicti Tho. junioris, tanquam principales, et D. Jac. Scott de Baluerie militem et Jac. Hammiltoun de Kilbrauchmont cautionarios, ab una, et dictum Wil. ab altera partibus, ordinata sunt reputanda unum speciale tenementum; et que dictus Wil., et dictus Tho. cum consensu antedicto, resignaverunt;—PRETEREA rex,—pro summa pecunie persoluta, ac pro servitio sibi facto tam in parliamentis et collegio justitie quam alias, —considerans dicta navalia quam tuta et commoda jacebant pro navigatione et maritima negotiatione, et quomodo munita erant castellis et *lie bulwarkis*, et erant apta ad recipiend. et protegend. naves &c. in maximis tempestatibus, que non sine summo periculo habiture erant accessum ad alium portum in illa ora,—suprascripta dicto Wil. de novo dedit; et villam de Elie, *lie* Elie-law et *swarf* adjacen., dict. molendinum cum pertinen., dictam partem inferiorum camporum de Ardros, et dictos portus &c., erexit in liberum burgum baronie cum libero portu, nuncupandum BURGUM ET PORTUM DE ELIE; cum potestate dicto Wil. ballivos, consules, burgenses, officiarios &c. faciendi; cum potestate burgensibus ad *lie pak* et *peill*, emendum et vendend. &c.; cum potestate dicto Wil. tenendi in dicto burgo ecclesiam parochialem, pretorium, crucem foralem et fora hepdomadatim die Sabothi, cum liberis nundinis bis in anno, viz. 1 Maii et 20 Aug., pro 3 diebus, cum custumis &c., necnon taxandi parvas custumas, tholonias, anchoragia &c. rationabiliter ad ipsorum arbitrium, statuta constituendi, resignationes

terrarum &c. recipiendi et easdem quibuscunque personis disponendi, curias burgales statuendi :—Insuper constituit dictos Wil. et heredes &c.—hereditarios inquisitores *lie sercheris* inhibitorum bonorum apud dict. burgum et portum (dimedietate dict. bonorum ad regem importanda, altera dimed. ad proprios usus applicanda), cum potestate curias tenendi, *lie cocquet* habendi cum privilegio sigilli ejusdem, et custodem et clericum cocqueti creandi, ac sigillum imponendi viz. arma regia ex uno latere et ex altero navem cum circumscriptione Sigilli Elie ;—et suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Elie, ordinando burgum de E. principale fore messuagium ; et quod antedicta baronia retornaretur et estimaretur ad 40 sol. antiqui extentus :—Reddend. 2 den., viz. unum den. apud dictum burgum et alterum pro Ardros, nomine albe firme :—Test. 75. 65. 46. 74. 72. 70. 49. xli. 524.

875. Apud Halierudhous, 14 Mar. [1]
REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit JOANNI MELVILL filio et heredi apparenti Joannis M. de Raith, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Abden de Kingorne-Eister, in regalitate de Sanctandrois, vic. Fyiffe ;—quas dictus Jo. senior resignavit :—Reservato libero tenemento dicto Jo. seniori :—Reddend. regi (superiori per actum annexationis) 11 lib. feudifirme :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 67.

876. Apud Halierudhous, 17 Mar.
REX ad feudifirmam dimisit ELIZABETH SINCLAIR relicte Alexandri Cokburne portionarii de Eist Restoun, in vitali redditu, et ALEXANDRO COKBURNE filio legitimo maximo natu dicti Alex. hereditarie,—3 terras husbandias in territorio de Eist Restoun, ½ ter. husb. in territorio de Aymouth, in baronia de Coldinghame, vic. Berwik ;—que olim ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt :—Tenend. dicte Eliz. *ut supra*, dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Roberto C. fratri germano dicti quondam Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—Reddend. 4 sol. 6 den., et 2 sol. 2 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et solvendo ceteras devorias et servitia debit. et consuet. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 486.

877. Apud Halierudhous, 17 Mar.
REX ad feudifirmam dimisit WILLELMO WARDLAW in West-Restoun, heredibus ejus et assignatis,—4 terras husbandias ville et terrarum de West-Restoun, cum domibus &c. (per eum et ejus subtenentes occupatas), in territorio de W., vic. Beruik ;—que olim ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt :—Reservando (ex consensu dicti Wil.) Beatrici Maislet ejus sponse 2 umbrales bovatas dict. 4 bovatarum pro ejus vita :—Reddend. 3 sol. 4 den., et 1 sol. 8 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et solvendo &c. (*ut in carta* 876) :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xli. 487.

878. Apud Halierudhous, 18 Mar.
REX confirmavit cartam Jacobi Pedy portionarii de Kinclune,—[qua, — pro perimplendo contractu inito apud Keremuir, 18 Decembris 1595,—vendidit ANDREE GLENDY in Culhallok, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—umbralem sive occidentalem dimedietatem occidentalis quarte partis terrarum et ville de Kinclune, cum decimis garbalibus inclusis, cum montibus, *lie heidroim* &c., per se et suos subtenentes occupatam (prout divisa est ab orientali dimed. per Alex. Duncane occupata), in dominio de Kincoldrum, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar :—Tenend. de monasterio de Abirbrothok tanquam de rege :—Reddend. 33 sol. 10¼ den., 1 firlotam avenarum custumalium, 1½ capones, 1½ pultreas, ⅛ de *lie rin-wodder* ; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dominii et regalitatis de Abirbrothok ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assig-

[1] Dated an. reg. 31. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxii. fol. 237.

natorum ; et si duo termini currerent in tertium insoluti, hoc infeofamentum expiraret ; et molendo grana apud molendinum de Kincoldrum pro multuris consuetis ; et equitando in exercitibus regiis cum abbate de Abirbrothok ejusve camerariis aut ballivis ; servandoque limites indemnes ; et solvendo *lie custome corn* et *serjand corn* ut moris fuit pro rata :—cum clausula warrantizationis ad manus Eliz. et Elise Pedyes filiarum dicti Jacobi ex Mariota Glendy, et aliorum quorumcunque :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Pigott in Keremuir, Jo. Bruce in Keregavie, Jo. Frendecht in Keremuir, Jac. Glendy fratre dicti And. : —carta scripta per Walt. Schewan notarium in ejus cubiculo :—Apud Keremuir, 19 Dec. 1595]:—INSUPER,—cum avisamento &c. (93.),—suprascripta dicto Andree de novo in feudifirmam dimisit :—REDDEND. regi *ut sup.*, et 2¼ den. augmentationis ; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia, et ad alias curias apud Carnconan aut infra pretorium burgi de Abirbrothok cum premoniti essent ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si duo termini &c. (*ut sup.*) ; cum prohibitione alienandi absque licentia regis ; et equitando in exercitibus cum rege aut regis ballivis ; ac preservando limites indempnes; et nihil in moro innovare presumerent in damnum focalium ejusdem ; et molendo eorum grana apud Kincoldrum-mylne, et multuras aliaque devoria debita et consueta persolvendo : — RESERVANDO regi *lie custome corn* et *serjand corn* consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 530.

879. Apud Halyrudhous, 20 Mar.

REX ad feudifirmam dimisit JOANNI REID filio legitimo Georgii Reid de Daldilling, heredibus ejus et assignatis,—9 denariatas terrarum de Weltoune antiqui extentus in Cotleyis, cum earum domibus et hortis in villa de Mauchlene occupat. per Jac. Reid, Geo. Reid et Rob. Wedderheid (jacen. inter hortum ecclesie de M., et tenementum Jac. Campbell occupat. per Jo. Aird), necnon ½ acram arabilem aut cocirca in Cottleyis de Weltoun (inter *lie daill* dict. 9 den. terre et *lie daill* Wil. Hoge), [aliam ½ ac. arabilem ibidem (inter *lie daill* Ric. Lauchland et *lie daill* quond. Wil. Reid)],[1] tertiam ½ ac. arabilem ibidem (inter *lie daill* Jo. M'Cowane et *lie daill* Wil. Hoge), rudam arabilem ibid. (inter *lie daill* Rob. Uduart et *lie daill* dict. 9 den. terre), extenden. in toto ad 6 den. ant. ext., in dominio de Kylismure, vic. de Air ;—que olim de monast. de Melros tente fuerunt: —REDDEND. pro 9 denariatis 6 sol. 8 den., et 6 den. augmentationis, pro dictis 3 acris et ruda 4 sol. 8 den., et 2 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Mauchlene ; et portando grana ibi crescentia molendinis de Mauchlene, solvendo multuras consuet.; et si in solutione feudifirme deficerent per tres terminos concurrentes, hec confirmatio nullius esset roboris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 518.

880. Apud Halyruidhous, 23 Mar.

REX in feudifirmam dimisit HENRICO LEVINGSTOUN domestico servitori suo, heredibus ejus et assignatis,—acram terre Curattis-aiker nuncupat., ex parte superiori burgi de Linlythgow jacentem ex australi ejus latere (viz. 3 rigas ex superiore parte ustrine Tho. Watt, inter terras And. Mylne et Jo. Park et terras de Corslattis, et 4 rigas ex parte superiore transitus vinelle S. Michaelis, inter terras quondam Bartholomei Beir et . . . Kincaid et D. Jac. Sandilandis et terras de Corslettis), vic. Linlythgow ;—que olim ad curatos de Linlythgow pertinuit :—REDDEND. 10 sol., et 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 535.

881. Apud Halierudhous, 23 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO FRASER filio legitimo natu maximo et heredi apparenti D. Alexandri F. de Fraserburgh militis, et MARGARETE ABIRNETHIE ejus conjugi,—terras et villas de Nether Pittuleis, Over P., molendinum de P. cum ejus terris

[1] The words in square brackets are supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 211 verso.

&c., terras de Seytoun et cimbas piscationem dict. terrarum, in baronia de Phillorth, vic. Abirdene; terras de Auld Utlaw, New Utlaw alias Brokeistoun, Fattieheid et Greinlaw, in dicta baronia per annexationem, vic. Banff;—quas dictus D. Alex. in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Alex. juniori et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—PROVISO quod, —quam cito dictus D. Alex. ejusque heredes masculi redemissent terras de Tibbertie, Furfauldis, terras de Scattertie et salmonum piscationem earundem super aqua de Doverne, vic. Abirdene et Banff, et dictos Alex. juniorem et Marg. infeodassent in eis et in 10 celdris victualium aliarum terrarum dicti D. Alex. infra dictos vicecomitatus,—dicti Alex. junior et Marg. dictas terras de Dovernesyde pro 20 celdris 30 celdrarum victualium sibi concessarum acceptarent, et dict. terras de Pittuleis et Seytoun cum pertinentiis quitteclamarent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 25.

882. Apud Halierudhous, 24 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit ALEXANDRO BONAR filio et heredi apparenti Alexandri B. de Balgirscho, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —tertiam partem terrarum de Cowbyre (per dictum Alex. seniorem et Jeannam Conqueroure ejus sponsam occupat.), infra terras et dominium de Cowpar, vic. Perth; —quam (olim de monasterio de Cowpar tentam) dictus Alex. senior in favorem dicti Alex. junioris resignavit; et quam rex,—pro bono servitio dicti Alex. senioris, et pro pecuniarum summis persolutis,—dicto Alex. juniori de novo ad feudifirmam dimisit: — RESERVATO libero tenemento dictis Alex. seniori et Jean.:—SOLVEND. 17 bollas ordei, et 26 sol. 8 den., 8 sol. antique augmentationis, 2 sol. nove augmentationis, cum 12 caponibus, et 2 bol. avenarum ad equorum pabulum; et inferendo fenum ab orientali prato dicti monast. cum ceteris tenentibus ville de Gallowray curribus regis, servis, equis et bobus dicti Alex., sumptibus regis consuetis; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti prioratus; et duplicando feudifirmas in introitu heredum et successorum:—RESERVATIS horreis, hortis aliisque domibus ad decimas garbales dicte ville aliarumque villarum vicinarum colligendas:—INSUPER rex dedit dicto Alex. juniori portionem terre uliginose in agro Grangie de Cowpar nuncupato *lie* Monkmyre ad glebas &c., infra portiones ceterorum tenentium de Cowbyre, sicut latius in libris curie dicti monast. contentum est:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 196.

883. Apud Halyruidhous, 24 Mar.

REX ad feudifirmam dimisit M. THOME MERSER in *lie* Auld Abirdene, et BARBARE BLENSCHEILL ejus sponse,—umbralem dimidietatem ville et terrarum de Ardoch, dimid. salmonum piscariarum ejusdem super aqua de Die, cum tenentibus &c., in parochia de Banchorie, vic. Kincardin;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuit: — TENEND. dictis Tho. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque: — REDDEND. 20 sol., cum aliis devoriis et servitiis debit. et consuet., et 20 den. augmentationis:—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xlv. 10.

ANNO DOMINI 1599. ANNO REGNI 32.

884. Apud Striviling, 1 Apr.

REX, — cum avisamento &c. (93.), — in feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI PEDDY in Kinclune, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—octavam partem terrarum de Kinclune, cum decimis garbalibus inclusis que ab invicem separari non solebant (per dictum Jo. et ejus predecessores ultra hominum memoriam occupat.), in dominio de Kincoldrum, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuit:—

REDDEND. 25 sol., 14½ den. pro *lie rynmairt-silver*, 10 den. pro *lie ryn-wodder-silver*, firlotam avenarum custumalium, 1½ capones, 1½ pultrias, 5 sol. loco gressume quinquennalis, et 20 den. augmentationis, et 3½ den. nove augmentationis, extenden. in toto ad 34 sol. monete; necnon sectas et cetera *ut in carta* 878 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 534.

885. Apud Halyruidhous, 6 Apr.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma locavit JOANNI ANDIRSOUN filio Joannis A. apud molendinum de Newtyld (inter eum et Jonetam Hay ejus sponsam procreato), heredibus ejus masc. et assignatis,—terras de Hilend alias *lie* Tempill-bank, acram terre in terris de Haltoun de Newtyld, croftam cum horto in dicta villa de Haltoun (olim per Alex. Wobster occupatas), jacentes in regalitate de Lindoirs, vic. de Forfar;—que olim ad abbatiam de Lindoris pertinuerunt :—REDDEND. 44 sol., ac duplum feudifirme in introitu heredum, necnon sex capones :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 531.

886. Apud Halierudhous, 9 Apr.

REX confirmavit et de novo in feudifirma disposuit JACOBO OGILVY filio legitimo D. Georgii Ogilvy de Ďunlugus militis, et ELIZABETHE ABIRNETHIE ejus sponse,—terras de Bischoppis-birnis, cum manerie loco, molendino, terris molendinariis &c., in parochia de Ellone, vic. Abirdene;—quas (olim de episcopo Abirdonensi tentas) iidem Jac. et Elizabeth in favorem suum resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Bischoppis-birnis :—TENEND. dictis Jac. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque :—REDDEND. 38 libras 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 527.

887. Apud Halierudhous, 9 Apr.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI OGILWY de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Newtoun de Bellite, Frewchy cum molendino et *lie* Mylnetoun de F., astrictis multuris &c., quartam partem terrarum de Glenmarkie, in baronia de Glenilay, vic. de Forfar; et octavam partem terrarum occidentalis lateris ville de Balbrogie, quartam partem orientalis lateris ejusdem, in dominio de Cowpro, vic. Perth;—que olim ad abbatiam de Cowper pertinuerunt :—REDDEND. pro terris &c. in Glenilay 21 lib. 3 sol., cum 22 anseribus domesticis (vel 8 den. pro quolibet), et 22 pultreis (vel 4 den. pro quolibet), cum importatione dicto monast. extra limites de Glenylay aut Drymes 50 equorum onera glebarum sumptibus regis lucrandarum (vel pro quolibet onere 2 den.), servitiisque tenentium tempore regie venationis ferarum ibidem, ceterisque servitiis consuetis (vel 6 sol. 8 den.), et 13 sol. 4 den. augmentationis; pro Balbrogie 7 lib. 15 sol. 7 den., cum 11 bollis 2 modiis avenarum ad equorum pabulum (vel 40 den. pro bolla), duobus fascibus majoribus straminum (vel 18 den.), 28 pultreis (vel 4 den. pro qualibet), lucratione in terra uliginosa de Balbrogeis 58 plaustrata glebarum (vel 7 sol. 3 den.), importatione dicto monast. in regis plaustris, dicti Jo. servitoribus, equis et bobus, 30 plaustrata dictarum glebarum (aut 5 sol.), ceterisque ariagiis et cariagiis consuetis (aut 3 sol. 4 den.), cum 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 39.

888. Apud Halierudehous, 11 Apr.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit DAVIDI GRAHAME filio legitimo quondam Joannis G. de Callender, heredibus ejus et assignatis,—croftam et tenementum terre in villa et territorio de Creif ex boreali parte ecclesie parochialis de C. (inter Galdwelbeg ex orien., cemiterium de Creiff ex australi, Galdwalmoir ex occidentali), occupat. per And. Hogy, Davidem Quhyte, Wil. M'Kinting, Tho. Glas, Alex. Glas, Wil. Morie-

soun et Joannem M'Cwnen, in diocesi Dunkelden., vic. Perth;—que olim pertinuit ad altare seu capellaniam nuncupatam *Sanct-Michaellis-alter* alias *lie Archangell* in dicta ecclesia:—REDDEND. dimidium ponde albe cere, et 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 75. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 525.

889. Apud Halierudhous, 12 Apr.

REX concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito,—cum consensu &c. (93.),—de novo ad feudifirmam locavit JOANNI FYNLASOUN burgensi de Dundie, et JONETE CULANE ejus sponse,—9 denariat. terrarum de Papdaill, molendinum ejusdem, multuras et *lie suckin*, in parochia de Sanct-Olive in Orknay;—quas (olim de episcopo et capitulo de Orknay tentas) Jesperdus Culane de Papdaill pro hac carta concedenda resignavit:—TENEND. dictis Jo. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joannis quibuscunque:—REDDEND. pro terris mensuram 2 barellarum butiri sine lignis, pro molendino 6 melas farine avenatice, cum 4 sol. augmentationis, et 6 sol. nove augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Kirkwall aut alibi; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si tres termini currerent insimul insoluti, hec infeodatio nullius esset roboris: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 40.

890. Apud Halierudhous, 13 Apr.

REX,—cum consensu &c. (94. 95. 43. 59. 89. 27. 92. 39. 108. 98. 99.),—confirmavit et, pro servitio sibi et antecessoribus suis prestito, de novo ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras subscriptas cum decimis inclusis, viz. *lie* Maynis de Manuell cum *lie grenes* et *hauchis* adjacentibus, terras de Walkmiltoun cum molendino, terras de Myreheid et Williamecraigis, in baronia de Manuell, vic. Striviling et Linlytgow;—quas (olim de prioratu de Manuell tentas) idem Alex. resignavit:—REDDEND. 21 lib. 13 sol. 4 den., 7 celdras 12 bollas farine (aut 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), 3 celd. ordei (aut 8 sol. pro bolla), 12 bol. polenti *lie malt* (aut 12 sol. 8 den. pro bolla), 48 capones, 22 carbonum onera, 3 libras cere, cum carreagio *lie fyve dusoun* onerum carbonum, cum aliis devoriis et servitiis consuetis (aut 50 sol. pro caponibus et seqq.), 20 sol. augmentationis in carta quondam Willelmi domini L., patris dicti Alex., contente, et 20 sol. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PRETEREA rex,—quia dictus Alex. prioratui dicti prioratus ante generalem annexationem provisus erat, et habuit titulum retinendi bonam (binam ?) partem dict. censuum pro vita sua, ad minimum dum per regem ei desuper foret satisfactum,—voluit quod dictus Alex. ut commendatarius antedictus tertiam partem censuum tantum solveret pro dicto spatio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 528.

891. At Halyruidhous, 17 Apr.

JAMES &c.,—wit ye ws, with avyse &c. (100.), to haif ratifeit . . . the lettre of tak maid and grantit be Alex. commendatour of the priorie of Ardchattane and Icolmekell . . ., of the quhilk the tenor fallowis;—[BE IT KEND &c., me Alex. commendater of the pryorie of Ardchattane within the lordschip of Lorne and schirefdome of Ergyle and Tarbet, off the quhilk pryorie all the convent and conventuall brether thairof ar departit this mortall lyff,—the weill, utilitie and proffeit of me and my successouris alwayis forsene . . ., and for ane certane sowme of numerate money . . delyverit to me be DUNCANE CAMPBELL sone naturall to umquhile Donald C. of Eathrachin in name of gressoun . . . ., —to haif sett and in tak and assedatioun lattin . . . the teindscheves and utheris teindis, fruittis, rentis &c. of all and haill the paroche kirkis and parochinis, landis and utheris particularly efter specifeit, reservand alwayis airis underwrittin, to wit, all and sindrie the teindschevis and utheris teindis alsweill personage as vicarage, fruittis &c., of all and haill the paroche kirk and parochin of Ballebadan in Bean-

terloc, ... of the paroche kirk and parochin of Killininvire in Nethir Lorne with the pertinentis, ... of the personage of the paroche kirk and parochin of Kilbranden in Sceill with the pertinentis, the teindschevis &c. alsweill personag as vicarage . . . . of all and haill the paroche kirk and parochin of Kilmanavag in Lochaber with the pertinentis, ... of the paroche kirk and parochin of Kirkcapell in Teirie with the pertinentis, ... of the paroche kirk and parochin of Kilmolrow in Kyntyre with the pertinentis, togidder with the teindscheves of the aucht merk land of Ardchattane and Inyeon . . ., the teind salmond fisching of the watter of Awa . . . .,—to the said Dunc. C. during all the dayis of his lyftyme, and efter his deceis to his air quhatsumevir during all the dayis of his saidis airis lyftyme, and efter the deceis of the said air to his airis and assignayis quhatsumever for . . . 19 yeiris . . . immediatly fallowing thairefter, . . begynnand . . at the feist of Beltane nixtocum . .:—Reservand alwayis to the minister of Ballebadan and his successouris ane half quarter of the smaa teindis thairof, and to the ministeris . . of Killininvure, Kilbrandan, Kilmanavag and Kirkcapole, and to ilkane of thame and thair successouris, ane haill quarter of the small teindis of thair awin paroche kirkis . . .:—With full power to the said Dunc. C. and his foirsaidis . . to ask, crave, resave &c., fra quhatsumevir heretouris, fewaris fermoraris, tenentis, takismen, parochineris and utheris intrometteris thairwith addettit and in use of payment of the samyn . . .; with speciall and full power alswa to the said Duncane in his awin tyme befoir his deceis to assigne, transfer and dispone this present tak . . . to quhatsumevir persoun or personis . . ., quhilk persoun . . during all the dayis of the personis lyftyme, and efter the deceis of the said persoun the air or airis quhatsumevir succedand and entering to the said persoun, sall haif als guid richt . . . . (and to the airis and assignayis of the said air or airis for the space of 19 yeiris thairefter fallowing), as gif this present tak war presentlie and originallie sett to thame . . :—Payand thairfoir yeirlie . . thriescoir fyftene pundis four scheling aucht penneis . . .; and to the minister of Ballebaden . . 18 bollis meill, to the minister of Killininvure . . 21 bollis 2 firlottis meill, to the minister of Kilbranden . . 19 bollis meill, to the minister of Kilmanavag . . 20 merkis, and to the minister of Kirkcapole 12 bollis beir yeirly . . :—And I forsuith . . obleisis me and my successouris . . to warrand &c. aganis all deidlie . . :—In witnes of the quhilk thing to thir present lettres of tak &c. (writtin be Alex. Barbour servitoure to Joh. Bucquhannane wryter) . . my seill togidder with the commoun seill of chaptour . . ar heirto appendit:—At Edinburgh, 1 Feb. 1598:—Befoir thir witnesis, Mr. Tho. Adnocc (Rollok?), advocat, Duncane Campbell of Dennay, Johne Buchannane wryter, James Justice and the said Alexander Barbour notaris]:—. . . . xlii. 56.

892. Apud Halyrudhous, 17 Apr.

REX in feudifirmam dimisit MARCO DOMINO DE NEWBOTLE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Cribbellaw, Over et Nether Lugattis, Gilmertoun, Over et Nether Scheillis, Prentatoun, Cheslie, villam de Stow, quatuor terras vocat. *lie* Coitlandis, et *lie* Smiddielandis, et *lie* Halyairdis, cum maneriebus, fortaliciis, molendinis, silvis, piscationibus, in dominio et baronia de Stow in Weddell, regalitate S. Andree, vic. Edinburgh;—que olim ad archiepiscopatum S. Andree pertinuerunt; et quas rex, pro bono servitio dicti Marci, incorporavit in liberam tenandriam de Cribbellaw, ita ut unica sasina apud maneriem de C. capienda pro omnibus staret:—Reddend. 90 libras feudifirme antique, et 10 libras augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 86.

893. Apud Halierudhous, 18 Apr.

REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit JOANNI MAGISTRO DE YESTER, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Achquhatmure, vic. de Lanerk;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt;—necnon terras de

Rodono, scilicet Langbank, Quhytehoip, Litillhoip (vel Litill Quhytehoip) alias Rodono-chapell, et Meikillhoip, cum silvis et lacubus, vic. de Selkirk;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt;—necnon 7 acras terrarum de Fluiris, in parochia de Peblis ad orientalem finem burgi de P. (olim occupat. per Katherinam Wilsoun relictam Niniani Lowis, Thomam Twedie, Jo. Bullo capellanum, Laurentium Horsburgh et Jo. Smyth), vic. Peblis;—que olim ad monasterium S. Crucis de Peblis pertinuerunt;—cum omnium turribus, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.:—REDDEND. pro Achquhatmure ½ libram cere nomine albe firme; pro Rodono 50 merc. feudifirme (viz. 12½ mercas augmentationis), necnon duplum feudifirme in introitu heredum; et pro Fluiris 3 lib. 10 sol. feudifirme, et 7 sol. augmentationis, necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 533.

894. Apud Halierudhous, 18 Apr.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit domestico servitori suo FRANCISCO GALBRAITH, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas seu glebam ecclesie parochialis de Campsi rectorie ejusdem spectantes (inter terras de Balcorrache ex orien., Invertethie ex australi, Tamplistoun ex australi versus orientem, Bancleroche ex occiden.),—reservando rectori de Campsie mansionem et hortum cum 4 acris *lie* Vicarisland vicario de C. incumbentibus,—in diocesi de Glasgow, vic. Striviling;—que ab antiquo in feudifirma locate erant quondam Jacobo Galbraith bastardo, et per ejus decessum regi devenerant, et dicto Franc. per regem disposite erant; et earum superioritas tunc regi devenerat per actum annexationis:—REDDEND. 16 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. antique augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 541.

895. Apud Halyruidhous, 19 Apr.

REX confirmavit cartam Joannis Seytoun de Lauthrisk,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Pat. S. filium suum et heredem apparentem ab una, et Robertum Arnote de Newtoun ab altera partibus, de data presentium,—vendidit BARBARE ARNOTT filie legitime dicti Rob., sponse future dicti Patricii, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum de Wester Lawthrisk, cum dimed. *lie* Bowhous ejusdem et pratorum, cum pascuis et nemoribus, vic. de Fyiff:—RESERVANDO dicto Jo. et heredibus suis fortalicium cum edificiis infra januam, hortos, pomaria et *lie haill ring* maneriei de Lawthrisk:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—TEST. Jo. Awerie burgen. de Faulkland, Jo. Nicol ibidem, Jo. Bonar de Lumquhat, Henrico Chreichtoun de Uvir Benchell, Steph. Patersoun notario publico in Faulkland (scriptore carte):—Apud Wester Lauthrisk, 23 Martii 1598]:—NECNON aliam cartam ejusdem Jo. Seytoun,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter dictas personas, de data apud Faulkland et Lawthrisk, 21 et 23 Martii 1598,—vendidit dicto PATRICIO SEYTOUN, et heredibus masc. inter eum et dictam Barbaram legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Pat. arma et cognomem de Seytoun gerentibus,—terras de Wester Lawthrisk, Cuithland, Darnoch, Jargomyre, Fairleislandis, cum communi pastura earundem, cum fortaliciis et maneriis, dimedietatem suam ville et terrarum de Eister Lauthrisk et terrarum de Balcutymyir cum earundem communi pastura, terras de Orky cum molendino, terras vocatas Linlythquhoislandis cum communi pastura, cum tenentibus &c., vic. Fyif:—TENEND. de rege:—RESERVANDO dicto Jo. liberum tenementum dicte dimed. de Eister Balcutymyre, et dimedietatis de Wester Lawthrisk &c. (usque ad Fairleislandis), cum universis edificiis et turre infra januam de Wester L., cum pomeriis, hortis et *lie haill ring* maneriei de Wester L., cum dimed. domorum, hortorum, horreorum, equilium, bovilium extra januam:—TEST. Roberto Greif, Joanne Spens, Jo. Murray, servitoribus dicti Jo. Seytoun, Stephano Patersoun notario publico scriba burgi de Faulkland (scriptore carte):—

Apud Wester Lawthrisk, 5 Apr. 1599]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 143.

896. Apud Halierudhous, 21 Apr. REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—concessit JACOBO CUNYNGHAME, nepoti et heredi apparenti Joannis C. de Glengarnok,—terras et baroniam de Uchtermachny et Kildynny, cum tenentibus &c., vic. Perth; terras de Polgairis, Kilfassattis et Ballindalloch, cum castro, wardis, tenentibus &c., vic. Striviling; terras et baroniam de Glengarnok, cum castro, molendino, et lacu Lochtankert nuncupato (viz. *lie* Burnis, Barhill, Lochrig, Stanyholme, Lochend, Damothlane, Plewland, Auchinhuif, *lie* Boggis et Wateris alias Poddokholme, Unthank, Donhome et Brigend), 9 mercat. terrarum de Busbeyis (viz. *lie* Mote, Knokintibber et Halythornis), 40 solidatas de Cherelandis, 5 mercat. vocatas *lie Thrid-pairt* de Arnele, ½ mercatam vocatam *lie* Croce, ½ mercatam nuncupat. *lie* Hanganghewch, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras de Nethir Cocharaine cum tenentibus &c. (viz. Hag, Wester et Ester Cartsyde, Quarrell, Lonbank, Brendokishill et Rogerbank, Hilheid, Greinend, Ferryakerley), in baronia et vic. de Ranfrew;—quas dictus Jo. in favorem dicti Jac. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi impenso et impendendo, ac pro magnis pecuniarum summis persolutis,—dicto Jac. de novo dedit, cum manerie, silvis, molendinis et piscationibus de Uchtermachny &c., terris de Keirhill cum maneriebus, molendinis, silvis, piscationibus de Polgairis &c.; et terras infra vic. de Perth et Striviling incorporavit in liberam baroniam de Ballindalloch, ordinando castrum de B. principale fore messuagium; et ceteras incorporavit in liberam baroniam de Glengarnok, ordinando castrum de G. principale fore messuagium:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni C. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Thome C. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni C. de Caddell filio legitimo dicti Jo. senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto C. de Quarreltoun ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Hugoni C. de Greinend eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio C. de Hag eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi C. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo C. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jac. C. apparentis de Glengarnok quibuscunque cognomen et arma de Cunynghame gerentibus ex familia de Glengarnok descendentibus, baroniam de Ballindalloch de rege, baroniam de Glengarnok de Henrico principe:—REDDEND. pro baronia de B. jura et servitia debita et consueta; et pro baronia de G. 3 sectas ad 3 curias capitales balliatus de Cunynghame, cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 20.

897. Apud Halyrudehous, 24 Apr. REX concessit THOME MYRETOUN de Cammo, in vitali redditu, et WILLELMO MYRETOUN ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras de Cammo cum manerie loco, columbario, molendinis, terris molendinariis &c., terras de Belsis, Murehousis, Gyrsmerstoun et Aldleyis, cum tenentibus &c., in parochia de Craill, vic. Fyiff;—necnon dicto Wil., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Souther Falfeild, Bouhill et Cummerland, cum tenentibus &c., in dictis parochia et vic. (que omnia suprascripta per regis progenitores in unam baroniam de Cammo incorporata erant); necnon terras de Eister Balrymonth, cum earum decimis garbalibus inclusis que separatim minime locari solebant, in parochia S. Andree, vic. Fyiff;—necnon dicto Wil. M. et MARGARETE MURRAY ejus sponse future in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. et assignatis quibuscunque,—terras de Myretoun (secundum limites per alienationem quondam Joannis Monypenny Nicolao de Myretoun antecessori dicti Tho. concessos, viz. inter fossam factam pro

divisa quando terra illa vendebatur Ricardo Monypenny patri dicti Jo., fontem S. Andree, et alios limites specificatos), in parochia de Kemrak (Kembak?), terras de Balles, cum molendino, carbonibus, silvis, piscariis, in parochia de Cowper, vic. Fyiff; cum dimidietate prati jacen. versus orien. de Blebo, cum communi pastura in communia de Blebo-Myretoun dict. terrarum de Myretoun et Ballas;—quas omnes dictus Tho. resignavit in favorem dictorum Wil. &c.; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Wil., dictum Tho. ejus patrem eorumque predecessores prestito,—dictis personis respective de novo dedit:—REDDEND. pro dicta baronia tres sectas ad 3 placita capitalia vic. de Fyiff, cum wardis &c.; pro Eister Balrymonth (olim de prioratu S. Andree tent.) 6 lib. 13 sol. 4 den., et 6 capones, tanquam firmam consuet. antequam dicte terre quond. Margarete Erskine domine seniori de Lochlevin concesse sunt, 3 lib. 8 sol. 2½ den. in contentationem gressume (ad ratam 100 mercarum pro decemnonali locatione), et 5 sol. 2½ den. antique augmentationis, in toto 10 libras 6 sol. 8 den. monete, nomine feudifirme, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia infra dictum monast., cum aliis servitiis, arreagiis et carreagiis consuetis, et duplum feudifirme in introitu heredum (sub provisionibus in infeofamentis dicti Thome ejusque predecessorum contentis); pro Myretoun et Ballas (olim de archiepiscopo S. Andree tent.) viz. pro M. 6 sol. 8 den., pro B. 8 sol., antique cane, et heredes solvendo pro pretio warde 10 mercas, pro introitu ad M. 6 sol. 8 den., ad B. 8 sol.: —absque prejudicio Katherine Lyndsay sponse dicti Tho. penes ejus conjunctam infeodationem de Myretoun, et ejus rationabilem tertiam cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 203.

898. Apud Halyruidhous, 26 Apr.

REX confirmavit cartam Roberti Lumisden de Airdrie,—[qua,—quia ISSOBELLA CORR ejus sponsa consenserat alienationi Gulielmo Turnebull de Pittincreiff facte de terris de Sipseis ac de acris, rudis et croftis infra bondas burgales seu territorium ville de Carraill, vic. de Fyiff, in conjuncta infeodatione sibi spectantibus,—in partem recompensationis, et pro summa pecunie per Clementem Cor mercatorem burgen. de Edinburgh patrem dicte Is. persoluta,—concessit dicte Is., in vitali redditu,—terras de Firthfeild, in parochiis de Kylrynnie et Carraill, vic. Fyiff; ac decimas garbales aliasque decimas partis de F. in parochia de Carraill jacentis, que nunquam a stipite separari solebant; terr. de Reidwallis, in constabularia de Carraill, vic. Fyiff:—REDDEND. regi pro Firthfeild 11 lib. 16 sol. 8 den., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia per ballivos regis apud Carraill tenenda, cum cetero servitio consueto; pro Reidwallis jura et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine: —TEST. M. Jacobo Donaldsoun advocato coram dominis concilii, M. Pat. D. ejus fratre germano (scriptore carte), Alexandro Lumisden filio Alexandri L. apud pontem de Done, M. Tho. Scott notario publico in civitate S. Andree:—Apud Sanctandrois, 11 Apr. 1599]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 61.

899. Apud Halierudhous, 27 Apr.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI LEYTH tunc de Montgarie, fratri quondam Willelmi L. de M.,—terras de Fowlisly cum pertinentiis, et presertim partem vocat. *lie* Lethintie, in baronia de Tullynessill, vic. Abirdene;—que olim ad episcopatum de Abirdene pertinuerunt:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque: —REDDEND. 10 lib. 13 sol. 4 den., 42 sol. 8 den. loco gressume, unam martam, 4 muttones, 24 capones, 24 pultreas, 24 *lie murefowlis*, 4 bollas farine, 4 bol. avenarum cum pabulo, 6 sol. 8 den. pro bondagio et tantundem pro servitiis debit. et consuet., et 3 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum sive assignatorum; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia infra palatium Abirdonen.; et in quolibet novo introitu juramentum fidelitatis prestando quod regem et orthodoxam fidem defenderent secundum tenorem actorum parliamenti

&c.; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium non soluti, hec infeodatio nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 539.

900. Apud Halierudhous, 27 Apr. REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit KATHERINE EDYAR relicte Willelmi Cunynghame in Lincluden, in vitali redditu, et GEORGIO CUNYNGHAME eorum filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—10 solidatas terrarum antiqui extentus de Mariholme, 4 acras contiguas in una crofta (inter croftas quond. Pauli Cunynghame et And. Thomesoun, *lie* Erisgait et antiquam fossam inde ad antiquum lacum), in baronia de Drumsleit, prepositura de Linclouden, senesc. de Kirkcudbrycht; toftas, croftas, tenementa et hortos jacen. contigue prope exteriorem portam infra clausuram ecclesie collegiate de Lincluden ex parte occiden., cum gramine 2 summarum animalium et unius equi in pastura infra Grangiam de L., et cum licentia glebarum in labinu et *lie spreid eird* pro sustentatione tenentium in dictis tenementis, in dicta baronia, dominio de Linclouden, vic. Drumfreis;—que olim ad prepositurâm de Lincluden pertinuerunt:—REDDEND. pro Mariholme 28 sol., cum ceteris areagiis, careagiis et servitiis consuetis (reservatis multuris regis molendinis eorumque sequelis), pro dictis 4 acris 13 sol. 4 den., pro ceteris 10 sol., necnon 2 sol. 4 den. nove augmentationis, in toto 53 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 15.

[1] Viz. for 6½ years' arrears of a liferent of 170 merks (to be secured on Murehall and Gardwodend after the death of Lady Agnes Hammiltoun) granted by Hugh lord Somervell, with consent of Wil. master of S. his son and heir apparent, to umq. Mr Tho. Gilbert advocate (contract dated 3 Oct. 1590, recorded in Books of Council 27 Sept. 1591), redeemable for 1708 merks ;—6 years' arrears of a liferent of 50 merks, granted by said Wil. to said Tho. out of any part of his lands (contract dated 24 Nov. 1590, recorded 23 Aug. 1591), redeemable for 500 merks ;—both which contracts were transferred to Gilbert master of Somervell (afterwards lord Somervell) brother and heir of said Wil., 22 Nov. 1594, and assigned by said Tho. to said Jas. Lockhart, 31 Jan. 1595; —6 years' arrears of an annual rent of 69 bolls oatmeal out of the mill of Carnewath with its lands &c., granted by said Hugh, with consent of said Wil., to umquhile Mr Tho. Bannatyne of Newtylie one of the senators of the college of justice, and to Marion Gilbert his spouse (contract dated 3 October 1590, recorded 3 Mar. 1590), redeemable for 2300 merks; the price per boll being £3 for year 1591, 7 merks for 1592, 10 merks for 1593, 12 merks for 1594, 22 merks for 1595, £8 16s. for 1596, in all £3160 4s., with £12 3s. 4d. for expenses of action ; which debt was transferred to said Gilb. 30 Nov. 1594 (at the instance of the said Marion and of umq. Mr Tho. Ballenden wardatar of Kilconquhar her spouse for his interest), and assigned to said Jas. Lockhart by Mr Jas. Bannatyne of Newtyle son and heir of said Mr Tho. Bannatyne, and by the said Marion and her spouse for their interest, 31 Jan. 1595 ;—357½ merks of arrears on annual rent of 55 merks out of Grenefeild and Moshat granted by said Hugh to umq. Mich. Gilbert goldsmith burgess of Edinburgh (contract dated 7 and 10 Apr. 1578, recorded 17 May 1578), redeemable for 500 merks; and by Mr Nic. G. son of said Mich. sold to said Jas. L., 15 Mar. 1595.

963. Apud Halyrudehous, 22 Sept.
REX ratificavit cartam per Arch. Bald, heredem quondam Joannis B. de Walkmilne, factam PATRICIO HEPBURNE in Stevinstoun, heredibus ejus et assignatis, —de molendino fullonis de Nungait (quod postea per dictum Pat. demolitum erat et bina molendina granaria *lie* Newmylnis in ejus loco edificata), cum ejus terris, acris et vallibus (de quibus una pars jacebat ex boreali aqueductus adjacens aque de Tyne, altera vallis ex australi aqueductus cum *lie Brayis* adjacen. communi vie ab abbatia de Hadingtoun et terre abbatie), cum 4 acris arabilibus jacen. a cauda domus dicti molendini erga austrum, cum acra arabili inter vias a Nungait ad abbatiam et ad *lie* Querrilpittis, cum *lie but* terre inter aqueductum et viam ab abbatia, cum ½ quarte partis terrarum de Sprottisflatt (per dictum Jo. occupat.), et terris de Nether Querrelpittis (inter Stevinstoun, morum dicte abbatie, terras *lie* Flures occupatas per tenentes de Nungaitt, terras dicte abbatie, et *lie* Ten-aikeris) cum dimedio de Hoill vocat. *lie* Querrelpithoillis cum acris (exceptis 4 acris, quarum due pertinuerunt ad *lie* Abbaymylne quondam occupat. per Catherinam Millar assedatricem et Laurentium Patersoun ejus sponsum, due quondam occupat. per Jo. Hog), et de ½ dictarum Ten-aikeris (inter Colstoun, Stevinstoun et communem viam inter easdem et terras abbatie de Newbottell vocatas Bairfurde), in constab. Hadingtoun, vic. Edinburgh;—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma:—INSUPER de novo ad feudifirmam dimisit dicto Pat., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—suprascripta; necnon agrum sive croftam nuncupatam Adamflatt (exceptis 6 liriis *lie riggis* ad heredes quond. Jac. Cokburne, et 3 liriis ad heredes quond. Jo. Gray tunc ad Rob. Patersoun, pertinentibus), inter Barme-lone, aquam de Tayne, terras de Barnis et rivulum *lie St(r)and*, 5 acras in Fluris (juxta communem viam ab aqua de Tyne ad *lie* Querrelpittis), acram ex orien. terrarum de Gallowsyde (inter dictam viam, *lie* Abbaymure et communem viam inter burgum de Hadingtoun et Quhittinghame), liriam terre cum 2 sulcis *lie buttis* prope aquam de Tyne (juxta communem viam inter Hadingtoun et monasterium de H.), 4 acras arabiles in *lie* Nunsyid (juxta terras de Lethingtoun), ½ acram arabilem ibidem, acram ibid., 2 acras in *lie* Gallowsyde per Alex. Seytoun occupat. (juxta dict. viam ad Quhittinghame), 2 acras in *lie* Croceflat apud *lie Coilpottis* (juxta *lie* Nungait-lone), 1½ acras apud *lie* Newmylnis (juxta dict. viam ad *lie* Querrelpittis), quartam partem de Sprottisflatt (olim per quondam Wil. Hepburne, tunc per dominam Bairfute occupatam), morum dicti monasterii (inter Gallowsyde, Colstoun et dictam viam ad Querrelpittis), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim ad prioratum de Hadingtoun pertinuerunt;—et quas omnes rex, pro bono servitio dicti Pat., incorporavit in liberam tenandriam de Newmylnis:—REDDEND. pro Newmylnis cum pertinentiis 8 libras 13 solidos, cum arreagiis, carreagiis et aliis servitiis debit. et consuet. secundum tenorem infeofamenti dicti Jo. Bald, pro ceteris terris 6 libras 5 sol. 6 den., cum 9½ caponibus vel *lie pultrie-foulis*, et pro dicto moro 18 den., necnon 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 15 libras 3 sol. 4 den. monete; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 93.[1]

964. Apud Halyrudehous, 27 Sept.
REX confirmavit cartam Joannis comitis Atholie domini Invermay et Balveny, et Domine Marie Ruthven comitisse Atholie ejus sponse,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de

[1] This charter has the following names of adjoining owners and occupiers:—umquhile Rob. Diksoun, Joh. Hepburne, Geo. Liddall, umquhile Wil. Ogill, umquhile Joh. Hepburne, Geo. Bald, Rob. Yeman, heirs of umq. Hen. Cokburne, umq. John Bad, John Kemp, Arch. Carmichell, David Forrest, heirs of umq. Geo. Merser, Rob. Gilleis, Joh. Symsoun, Rob. Oliphant, umq. Joh. Canny, Wil. Arnott, heirs of umq. Wil. Merser in Tynnynghame, Wil. Swyntoun, John Diksoun, John Johnstoun, heirs of umq. Geo. Bald, and the laird of Beinstoun.

Wester Stuikis extenden. ad 40 solidatas, cum silvis, piscariis, *scheillingis* (per Jac. Stewart de Glenkinglas et ejus subtenentes occupat.), in comitatu Atholie, vic. Perth; —necnon, in speciale warrantum earundem, 40 sol. terrarum de *lie* Hauche de Tullymat (per Davidem Reid, Davidem Scott et Adamum M'Intaggart occupat.), cum silvis &c. (*ut sup.*), in dictis comitatu et vic.:—REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme:—cum clausula warrantizationis, excepta assedatione per quondam Jo. com. Atholie dominum Balvany &c., qui ultimo decessit, dicto Jac. Stewart confecta pro 7 annis a festo Penthecostes 1594, pro 8 merc. et 1 *lie martstuyg* annuatim (partim de Wester Stuikis et partim de Middil S.): —cum precepto sasine :—TEST. D. Jacobo Stewart de Newtoun milite, Jac. Campbell feodatario de Lawris, Colino Campbell de Abirurquhill, Jo. Henrie notario in Perth (scriptore carte), M. Walt. Stewart et Tho. Gaw notariis :—Apud castrum de Blair in Atholl, 18 Sept. 1599]:—INSUPER, pro servitio sibi impenso et impendendo, suprascripta dicto Dunc. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 103.

965. Apud Halyruidhous, 4 Oct.

REX, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit D. JOANNI COKBURNE de Ormestoun militi, justiciarie clerico,—terras de Bothill cum molendino, terras de Bircleuche, Hairheid cum fortalicio et manerie, terras de Bowscheillis, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; —quas, per dictum Jo. et ejus predecessores tentas olim de monasterio de Kelso, idem Jo. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Hairheid :—PRETEREA rex,—quia decime garbales alieque decime et fructus tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Ellem et Lambmermure antiquitus applicabantur ad sustentationem quorundam prebendariorum infra ecclesiam collegiatam de Restelrig, pro cantatione et aliis servitiis tunc abolitis, et quia dicta ecclesia (prope dictas terras jacens) a tempore reformationis religionis de ministro minime provisa est, et ob ardentem zelum dicti Jo. et ejus majorum ad sincere religionis propagationem, — incorporavit dict. decimas &c. in unam liberam rectoriam de Ellem, supprimendo nomina dictorum prebendariorum; et dissolvit dictam ecclesiam a dicta ecclesia collegiata; et dictam rectoriam ad dict. tenandriam univit, constituendo dictum Jo. patronum ejusdem: —TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen et arma de Cokburne gerentibus, et assignatis quibuscunque, in feudifirma :—REDDEND. 22 lib. 12 den., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud locum de Kelso; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 193.

966. Apud Halyrudehous, 22 Oct.

REX confirmavit cartam Henrici Forrester de Corstorphin,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit JOANNI MORESOUN mercatori burgensi et uni ballivorum burgi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Plewlandis et Sacristanis-landis alias *lie* Brumehous cum decimis garbalibus inclusis (per Hen. Aikman occupat.), terras *lie* Quhytehous apud Corstorphine (per Jo. Forrester mercatorem burgensem de Edinburgh occupat.), *lie* Hill ibidem (per Jo. Johnstoun ballivum de Denis apud *lie Watter-of-Leith* occupat.), in parochiis de Corstorphine et Sanct-Cuthbert, vic. Edinburgh;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras et baroniam de Corstorphine, cum fortalicio, manerie, molendinis, pratis, vic. Edinburgh, quantum valeret annuum proventum 8 celdrarum ordei, 6 celd. tritici cum charitate, 6 celd. farine avenatice, aut dimed. earundem avenarum *lie meill aittis* in optione dicti Jo.:—REDDEND. dicto Hen. 6 denarios albe firme :—cum precepto sasine directo Alex. Hill mercatori burgensi de Edinburgh :—TEST. M. Alex. Hammiltoun de Drumcroce, Rob. Prestoun, Alex. Hill, Jo. Forrester, burgensibus de Edinburgh, Davide Creichtoun vicario de Auchtertoull, Ric. Cas scriba, Jo. Cas ejus servo :—carta scripta per M. Jac. Harlaw servum dicti Ric.:—Apud Edinburgh, 21 Dec. 1598]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 175.

967. Apud Halierudhous, 26 Oct.
REX confirmavit cartam factam per principalem et prebendarios regalis collegii Abirdonensis, superiores terrarum olim pertinentium ad hospitularios S. Germani de Stella Bethelamiteca infra regnum Scotie,—[qua concesserunt et de novo ad feudifirmam dimiserunt M. RICARDO SPENS advocato coram dominis concilii, et MARIOTE FORRESTER ejus sponse, —terram in villa de Leith ex parte australi aque ejusdem (inter terras quondam Walt. Cant et quondam Walteri[1] Pistoris), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh ;—que fuit quond. Georgii Home et Mariote Cant ejus sponse ; et quam Wil. Forrester filius et heres quond. Issobelle Home heretricis ejusdem resignavit:—Tenend. dictis Ric. et Mariote in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Ric. quibuscunque, de dictis superioribus: —Reddend. 4 sol.:—cum precepto sasine: —Test. M. Rob. Paip advocato, Davide Mwdie ejus servitore, Geo. Greif servitore dicti M. Ric., Alex. Cruikschank beddallo dicti collegii, Alex. Gray notario publico (scriptore carte):—Apud dictum colleg., 21 Sept. 1599]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xlii. 74.

968. Apud Halierudhous, 27 Oct.
REX,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit GILBERTO HUNTAR filio Gilberti H. in Wodheid, heredibus ejus et assignatis,—2 domus cum 2 hortis et ½ acra terre adjacen. (per Jo. Stodhird ministrum et quondam Tho. Adame ejus subtenentem occupatas), jacentes apud ecclesiam parochialem de Campsie (inter terras de Baccorroch ex orientali, glebam ministri ex australi, commune passagium ad dict. ecclesiam ex occiden., domum et hortum clerici dicte ecclesie ex boreali), in diocesi Glasguensi, ducatu Lennocie, vic. de Striviling ;—que olim pertinuerunt ad vicariam pensionariam de Campsie archiepiscopatui Glasguensi spectantem:—Reddend. 6 sol., et 8 den. in augmentationem rentalis; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 67.

969. Apud Halyrudehous, 8 Nov.
REX confirmavit cartam Alexandri Hay, filii et heredis quondam Andree com. Errolie domini Hay &c. constabularii Scotie,—[qua,—cum consensu Francisci com. Errolie dom. Hay &c. constabularii Scotie, fratris sui germani, pro ejus interesse,—pro perimpletione litere obligationis per dictum Andream (tunc magistrum Errolie) facte ALEXANDRO ROBERTSOUN, filio legitimo quond. Georgii R. liberetenementarii subscriptorum, de data apud Edinburgh, 30 Dec. 1567, registrate in libris dominorum concilii 31 Dec. 1567,—vendidit dicto Alex. R. (tunc post etatem 21 annorum completam), et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis et descendentibus a masculo ad masculum, quibus deficientibus, dicto Alex. H. reversuras,—terras et villas de Faschalyie, Dysert, Gillumquhambie, Calwin, Pittigoun, molendinum terrasque molendinarias, Calbrour, Kindrochet, Petmeldonych, vic. de Perth: —Reservato Cristine Oliphant relicte dicti Geo. libero tenemento partis dict. terrarum virtute infeofamenti ei per dictum And. confecti:—Tenend. de rege:—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Proviso quod non venderent, impignorarent, locarent ultra 5 annos, debita contraherent quibus dicte terre compretiari possent, aut quidquam facerent ad earum forisfacturam tendens ; quod si facerent, hoc infeofamentum nullius esset valoris:—Preterea dispensavit cum obligatione dicti Alex. R. ad ineundum matrimonium per avisamentum dicti And. et heredum:—cum precepto sasine:—Test. Pat. Hay de Petcullane, Petro Hay de Kirkland, Pat. Con de Auchry, Alex. Hay pensionario de Turreff, Jo. Carmichell de Craigmylne, M. Jo. Robertsoun notario publico:—Apud Slainis,. . 159–]:—Insuper, pro bono servitio, suprascripta dicto Alex. de novo dedit, et in liberam baroniam de Faschalyie incorporavit, ut unica sasina apud maneriem de F. capienda pro omnibus staret:—Proviso

[1] The introductory clause reads "quondam Wil. Broun pistoris."

quod non venderent &c. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 133.

970. Apud Halyrudhous, 10 Nov.
REX concessit familiari suo M. THOME HAMMILTOUN de Drumcarne, advocato suo, — *lie* Kirklandis vicarie parochialis ecclesie de Dunmenie (exceptis principali mansione, horto et 2 acris, per ministrum dicte ecclesie occupatis), vic. Linlythgow ; —quas (olim de vicario dicte ecclesie tentas) Margareta Arthure unica filia legitima et heres quondam M. Thome Arthure burgensis de Edinburgh, et M. Edw. Aitkin de Goldinstane ejus unicus filius et heres apparens, in favorem dicti M. Tho. H. resignaverunt ;—necnon terras ecclesiasticas rectorie dicte ecclesie, cum decimis garbalibus inclusis nunquam hucusque a solo separatis, cum advocatione dicte rectorie, in diocesi S. Andree, vic. Linlythgow ;—quas idem M. Tho. H. personaliter resignavit;—et quas omnes rex ei, pro ejus bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit, cum advocatione dicte vicarie :—TENEND. dicto M. Thome H. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome H. de Preistfeild ejus patri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus et assignatis dicti M. Tho. H. quibuscunque : — REDDEND. pro terris rectorie 53 sol. 4 den., pro terris vicarie 46 sol. 8 den. ; et duplum feudifirme in introitu heredum vel assignatorum ; pro dicta advocatione 2 rosas rubeas nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 64.

971. Apud Halyruidhous, 12 Nov.
REX concessit, et,—pro servitio sibi a cunabulis suis prestito, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo dedit domestico servitori suo JACOBO ELPHINGSTOUN (de Inverdovat) fratri germano Roberti dom. de Elphingstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Inverdovat et Plewlandis, cum manerie loco, columbariis, piscationes molendinorum *lie* Sey-mylnis, cum tenentibus &c., in baroniis de Newtoun et Nauchtane, vic. Fyiff ; —quas And. Lessillis de Inverdovat pro hac carta concedenda resignavit :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et nonintroitum ad 8 lib. annuatim, relevium ad 4 lib., maritagium heredis ad 200 lib. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 59.

972. Apud Halierudhous, 15 Nov.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (109.),—confirmavit et de novo in feudifirmam dimisit JOANNI WALLACE de Cragie—20 librat. terrarum de Dundonald antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, molendinis, piscationibus, duas villas et terras de Pres(t)ik et Newtoun de Air cum earundem libertatibus, extendentes ad 13 sol. 4 den. ant. ext., in balliatu de Kyle-stewart, vic. de Air ;—quas idem Jo. resignavit :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis, cognomen et arma de Wallace gerentibus, et eorum assignat. quibuscunque, de Henrico principe: —REDDEND. pro Dundonald 32 libras, pro ceteris 20 sol., necnon 6 sol. 8 den. nove augmentationis, in toto 33 libras 6 sol. 8 den. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 65.

973. Apud Halyrudhous, 15 Nov.
REX,—cum consensu &c. (92.),—confirmavit cartam factam per Eliz. Bailyie, unicam sororem legit. et heredem quondam M. Willelmi B. filii senioris quondam M. Willelmi Bailyie de Provand presidis collegii justiciarii,—[qua,—cum consensu D. Roberti Hammiltoun de Goslingtoun militis mariti sui, et Roberti Bailyie de Park ad cujus instantiam dictus D. Rob. interdictus est,—concessit FRANCISCO HAMMILTOUN filio natu maximo dictorum Rob. et Eliz., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de (Ballanrik alias) Provand, viz. Eister et Wester Cowhinchly, Garthcraig, Blairlenny, Blairquharne, Germestoun, superioritatem de Balgray (reservata proprietate earundem Eduardo Hammiltoun filio secundogenito dicte Eliz. secundum cartam feudifirme ei concessam), Hugounfeild, Ballarnok, Mylne-

toun, Redirie, Auchinhesie, Craigand, Garthomolok, Cardowen, Gartsoche et *lie* Maynis, cum *the Provand-medow*, et cum molendino *lie* Provand-mylne, terrisque molendinariis, astrictis multuris et sequelis (*lie dry fermes multuris* alias *ringis*) et servitio ejusdem, et silva appellata Gartuod, et lacubus intra dict. terras cum piscatione in eisdem, extendentes ad 20 librat. antiqui extentus, includendo tenandrias terrarum de Blairlenny cum servitiis liberetenentium, in baronia de Glasgow, vic. Lanerk:—REDDEND. regi feudifirmas (*in carta* 2209 *prioris tomi contentas*):—PROVISO quod liceret dictis Eliz. et Rob. H. dict. terras, aut annuum redditum 10 merc. pro quibuslibet centenis mercis summe infrascripte, impignorare sub reversione 8000 mercarum, idque tantummodo ad usum Margarete, Marie, Eliz., Agnetis et Jeanne Hammiltounis filiarum suarum pro earum matrimoniis:—cum precepto sasine:—RESERVATO vitali redditu dictis Eliz. et Rob. H.:—TEST. M. Jacobo Durahame de Duntarvie, Andrea Hammiltoun fratre germano dicti Rob., Wil. Stevinsoun ejus servo, Georgio Quhytheid, M. Jacobo Hammiltoun filio Joannis H. in Newtoun (scriptore carte):—Apud manerium de Provand, 31 Oct. 1599]:—INSUPER ratificavit cartas dicte Eliz., ejus fratri eorumque autoribus et predecessoribus desuper factas; et speciatim cartam per dictum Wil. Bailyie seniorem tanquam prebendarium de Ballanrik alias Provand, cum avisamento decani et capituli de Glasgow, factam quond. Thome Bailyie de Ravynniscraig patruo dicte Eliz.; cum instrumento sasine desuper secuto sub nota et subscriptione Davidis Hammiltoun notarii; cum confirmatione regine Marie (*vide cartam* 2209 *precedentis tomi*); cum alienatione per dictum Tho. facta dicto Wil. juniori, de data 6 Sept. 1570; cum confirmatione dicti Wil. senioris, de data 7 Dec. 1570; cum sasina sub nota &c. (*ut sup.*), de data 3 Apr. 1571; cum confirmatione regis Jac. VI. (No. 2209 *prioris tomi*):—PRETEREA, pro bono servitio dicti Wil. senioris in collegio justitie, suprascripta dictis Rob. H. et Eliz. pro eorum vita, dicto Franc. hereditarie, de novo in feudifirmam dimisit, cum eorundem fortalicio et mansionibus; et eadem incorporavit in unam liberam tenandriam de Provand:—REDDEND. *ut supra*, et 5 sol. nove augmentationis, in toto 108 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 66.

974. Apud Halierudhous, 16 Nov.
REX ad feudifirmam dimisit JOANNI PATERSOUN de Baldirrane, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione de eo legitime procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—acram terre aut eocirca Colmes-aiker nuncupat., jacen. ex boreali parte burgi de Cowper in Fyiff (inter terras Jac. Barclay et Walt. Crystesoun, et terras de Thomistoun):—SOLVEND. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 60.

975. Apud Halyruidhous, 19 Nov.
REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE MURRAY de Balvarde, irredimabiliter,—terras de Letterbannatie, cum molendino, terris molendinariis &c., infra senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas David Murray de Letterbannaty, cum consensu Agnetis Moncreif sponse sue pro ejus interesse, in favorem dicti And. resignavit:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, D. Davidi M. de Gospertie militi regis rotulorum computatori, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. Patricio M. de Genneis militi ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Dav. M. de L. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi M. portionario de Ardet et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Andree quibuscunque, cognomen et arma de Murray gerentibus, in feudifirma:—REDDEND. 12½ merc.; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 260, omissa clausula de domibus &c.); et sustentando mansionem cum aula &c. (*ut in carta* 932):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 111.

976. Apud Halierudhous, 21 Nov.

REX confirmavit cartam factam per Jo. Nairne de Mukarsie fratrem germanum et heredem quondam Willelmi N. civis Dunkeldensis, Tho. et Arch. Nairnes ejus filios,—[qua,—cum consensu Katherine Ramsay sponse dicti Arch., domine vitalis redditus infrascriptorum,—pro perimpletione litere stipulationis de data presentium, et pro 800 merc. persolutis,—vendiderunt M. ALEXANDRO IRLAND burgensi de Perth, et ISSOBELLE SCOTT ejus sponse, absque redemptione,—terras ecclesiasticas vicarie de Kinclevin, cum decimis que nunquam a principali separari solebant, in dominio de Dunkelden, vic. Perth; cum pasturis &c. (inter terras seu maneriem de Kinclevin ad occiden. et boream, *the Clerkhillis* ad orien., viam regiam ad ecclesiam de K. ad austrum):—EXCEPTIS *the Vicarisaiker* tanquam gleba (inter terras de Kinclevin per quond. Tho. Chalmer, tunc per Jo. Jak occupatas, et alias bondas specificatas), et manso dicte vicarie, viz. domibus et horto olim per Pat. Dawsoune occupat. (ex occiden. vie regie a loco seu fortalicio de Kinclevin):—TENEND. dictis M. Alex. et Is. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis, et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege (loco vicarii de Kinclevin):—REDDEND. 46 sol. 8 den. in carta feudifirme dicti Willelmi content.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure: —cum precepto sasine directo Rob. Schippert in *lie* Kirktoun de Kinclevin:—TEST. Alex. Nairne filio legitimo dicti Jo., Jo. Porter, Wil. Rettray alias Tullie, Laurentio Wilkie alias Schippert, Waltero Grahame, servitoribus dicti Jo. N., Donaldo Cargill notario publico (scriptore carte):—Apud Mukarsie, 9 Oct. 1599]:—PRETEREA supra-scripta dictis M. Alex. et Is., et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignat. dicti M. Alex. quibuscunque, de novo dedit, cum dictis partibus reservatis: —REDDEND. *ut supra*, et pro Vicaris-aiker &c. 3 sol. 4 den., in toto 50 sol.; necnon duplicando &c. (*ut sup.*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 72.

977. Apud Halyrudehous, 23 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—quia villa de Abirbrothok, in regalitate de A. vic. de Forfar, per progenitores regis in liberum burgum erecta est, et infeofamenta tempore civilis belli et in turbulentiis in regis minoritate existentibus abstracta et destructa fuerunt per Geo. quondam episc. Moravie *lie postulat* de Abirbrothok, qui cum suis complicibus intra abbatiam de A. se violenter intrusit, ubi dicta infeofamenta in custodia disposita fuerant,—ratificavit dict. vetustam erectionem cum omnibus privilegiis:—INSUPER de novo erexit dict. VILLAM ET BURGUM DE ABIRBROTHOK, cum tenementis, acris &c. infra rudas burgales et territorium ejusdem,—in liberum burgum regale; et de novo dedit dicto burgo, et ejus preposito, ballivis, consulibus, liberis burgensibus et inhabitatoribus, eorumque successoribus,—dict. tenementa &c., cum rudis burgalibus, *lie infeild* et *outfeild landis*, cum ceteris terris ad hujusmodi spectantibus, et presertim *lie commoun* et *commoun fauldis*, cum communi mora de A., terris *lie murelandis* ejusdem, cum *lie commoun loynis*, cum ceteris terris, redditibus, eleemosinariis et aliis ex quibus dicti ballivi et consules antea in possessione fuerant;—et erexit unum liberum portum, navium receptaculum et propugnaculum apud dict. portum, cum omnibus privilegiis &c.;—cum potestate burgensibus eligendi annuatim prepositum, ballivos, burgenses, thesaurarium, decanum gilde, fratres gilde, consules &c.; et ad *lie pak, peill*, vendend. et emend. &c.; et ut haberent pretorium et crucem foralem, et forum hepdomadatim die Sabbathi, cum 4 liberis nundinis annuatim, die S. Thome, die S. Viginii, die S. Joannis et die S. Niniani, per 24 horas, cum *lie toillis* &c.; et cum potestate preposito et ballivis resignationes terrarum &c. recipiendi et easdem personis jus habentibus disponendi, curias burgales tenendi; cum potestate anchoragias, numismata, custumas, pecunias portuarias quarumcunque navium vel aliorum vasorum dicto portu reparantium levandi ad sustentationem portus &c.:—REDDEND. 40 sol., cum servitio liberi burgi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 70.

978. Apud Halyrudehous, 23 Nov.
REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit THOME PEIRSONE de Lochlandis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Lochlandis cum decimis garbalibus inclusis (per eum ejusque tenentes occupat.), cum *lie loch* de L. et ejus piscationibus et aucupationibus, in baronia et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar; terras *lie* Bernegrene nuncupatas, cum decimis inclusis, in dictis regalitate et vic.; tenementum terre cum domibus et hortis (per dictum Tho. et subtenentes occupat.), in burgo de Abirbrothok (inter terras Davidis Balfour et Rob. Lyell);—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt:—TENEND. cum communi pastura et communia in *lie* Furth et mora de Abirbrothok, et jure abducendi algas *lie wair* et *wrak* a qualibet parte litoris marini infra libertates baronie et burgi de Abirbrothok:—REDDEND. pro Lochlandis 9 lib. 18 sol., cum vectura sive carragio 8 oneratorum curruum focalibus (*turfis*) a mora de Abirbrothok, et 2 oneratorum curruum et semipleni currus feni a pratis dicti monast., et 2 oneratorum curruum tegulis lapideis (vel 4 den. pro qualibet vectura), 3 *lie ryn* cariagias versus Dundie, Brechin aut Montrois cum requisiti essent (vel 8 den. pro qualibet), sectam ad 3 placita capitalia dicte regalitatis, et 2 sol. augmentationis, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro Barnegrene 7 sol., et 4 den. augmentationis, necnon duplum &c. (*ut supra*); pro dicto tenemento 2 sol., et 4 den. augmentationis, necnon duplum &c. (*ut supra*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 71.

979. Apud Halierudhous, 29 Nov.
REX,—cum consensu &c. (93.),—pro pecuniarum summis per Alex. Gudlett portionarium de Strabrok persolutis, in feudifirmam dimisit ALEXANDRO GUDLETT filio legitimo secundogenito dicti Alex., heredibus ejus et assignatis,—capellam, hortum capellanarium et 4 acras terrarum capellaniarum (per dictum Alex. juniorem occupat.), cum domibus et hortis, vocat. *Our-Ladye-chapell*, jacen. in diversis partibus ville de Strabrok (inter terras Jac. Rannald et alias bondas specificatas), in parochia de S., vic. Linlythgow;—que olim de capellanis dicte capelle tenebantur:—REDDEND. 20 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 83.

980. Apud Halyrudehous, 1 Dec.
REX ad feudifirmam dimisit OLIVERO MURRAY in Casteltoun—2 mercat. ville et terrarum de Casteltoun de Foullis (per cum occupat.), in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—que ad Wil. Johnstoun filium quondam Andree J. et Katherine Maxtoun ejus sponse in feudifirma pertinuerunt, et per eum in favorem dicti Oliv. resignate sunt, et dictus Oliv. in eis infeodatus est, et fuit *lie kyndlie* tenens earundem virtute dicte resignationis:—TENEND. dicto Oliv. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum ejus de corpore legit. procreatarum absque divisione, quibus def., heredibus ejus masculis quibuscunque:—REDDEND. 4 lib., cum parte marte consuet., 6 den. antique augmentationis, et 2 sol. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 79.

981. Apud Halyrudehous, 5 Dec.
REX,—quia JOANNES KINNEIR feodatarius de eodem et ejus predecessores his multis annis fuerant ballivi terrarum, baroniarum et piscationum monasterii de Balmerinoch,—constituit dictum Jo., et heredes ejus masc. quoscunque,—hereditarios ballivos dict. terrarum et baroniarum;—et, pro bono servitio, voluit quod omnes sasine dict. terrarum per dictum ballivum et ejus deputatos concederentur, et quod clerici per eum eligendi, et nulli alii, ad dictas sasinas essent notarii;—et confirmavit emolumenta quecunque tam de spiritualitate quam de temporalitate dicti monast. pro usu dicti officii antea concessa, et eadem dicto Joanni de novo dedit:—RESERVATO officio ballivatus baronie de Barrie, disposito D. Jacobo Elphingstoun de Barnetoun militi secretario regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 75.

982. Apud Halyruidhous, 8 Dec.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam Jacobi Gib de Carribbir,—[qua,—cum consensu Grisillidis Wodderspone conjugis sue, et Jacobi G. filii sui senioris et heredis apparentis,—vendidit DAVIDI ROLLOK de Powhous, et ISSOBELLE ROLLOK ejus conjugi, sine redemptione,—terras de Mossyde et Ingramiscruik, in dominio et vic. de Stirling :—TENEND. dictis Davidi et Is. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. 7 lib. 16 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem cum politiis solo corresponden., secundum tenorem carte quondam Roberto G. patri dicti Jac. desuper confecte :—cum precepto sasine directo Rob. Johnestoun :—TEST. M. Jacobo Pont commissario Dumblanen., Jo. Gib servitore regis, Rob. G. filio dicti Jac. senioris, Jo. Craufurde servo dicti Dav., Jo. Sinclair notario (scriptore carte) :—Apud Stirling, 10 Jun. 1598] :—PRETEREA,—pro pecuniarum summis persolutis, et pro servitio dicti Dav.,—dict. terras dictis personis de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 80.

983. Apud Halierudhous, 8 Dec.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—confirmavit cartam (antea per se confirmatam) factam per Tho. Otterburne seniorem de Reidhall et D. Tho. O. juniorem de R. militem, cum consensu &c. (*ut in carta* 869),—[qua vendiderunt M. JOANNI SKENE clerico rotulorum registri, et HELENE SOMERWELL ejus sponse,—terras dominicales de Reidhall &c. (*ut in carta* 869)] :—NECNON aliam cartam factam per eosdem Tho. seniorem et juniorem, cum consensu personarum subscribentium, —[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, in feudifirmam dimiserunt dicto Jo. Skene, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—occidentalem dimedietatem terrarum de Gorgie, dimed. molendini ejusdem, ejus terrarum &c., vic. Ranfrew :—REDDEND. dicto Tho. juniori 20 libras :—cum precepto sasine directo Wil. Somerwell de Spitteltoun : —TEST. Joanne Hammiltoun apparente de Prestoun, Tho. Schortus servitore dicti Thome senioris, Wil. et Gilb. Lauder servitoribus M. Georgii Lauder de Bas, Geo. Hammiltoun servitore dicti Jo. H., Jac. Skene nepote ex fratre dicti Jo. S., M. Alex. Hay clerico concilii, Jac. Kay scriba :—carta scripta per Andream Angus servitorem dicti M. Joannis Skene :—Apud Edinburgh, Hadingtoun et Aldam, 21 Jun. et . . ., 1599] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 108.

984. Apud Halyrudehous, 8 Dec.

REX, — cum consensu &c. (101.),—ad feudifirmam dimisit PATRICIO JOHNSTOUN alias DOW, servitori D. Joannis Murray de Tullibardin equitis aurati,—2 mercat. terrarum de Casteltoun de Foullis, et quartam partem ville et terrarum de Drummyfingallie, in senesc. de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. dicto Pat. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis absque divisione, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. pro Casteltoun 4 lib., pro Drummyfingallie 50 sol., cum partibus martarum consuetis, 6 den. augmentationis et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, in toto 6 lib. 13 sol. 10 den.; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390, omissis stagnis) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 137.

985. Apud Halierudhous, 8 Dec.

REX confirmavit cartam factam per Edmundum Pitscottie filium et heredem quondam Davidis P. de Loncardie, et per Jo. P. ejus filium et heredem apparentem cum consensu Eliz. Creichtoun ejus conjugis, et Colini Eviot de Balhoussie aliarumque personarum subscribentium, pro eorum interesse, —[qua vendiderunt JOANNI SCHAW filio legitimo M. Willelmi S. in (vel de) Pitmurthlie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Petmurthlie (per dictum Wil. et Issobellam Drummond ejus sponsam occupat.), in baronia de Loncardie, vic. Perth :—TENEND. de rege; bondatas a ceteris terris dicte baronie ut sequitur (viz. *begynnand*

at the south at the furde uponn the hie mercat gait that merchis with the landis of Ragortoun be eist the medow dyke of Pitmurthlie and Ragortoun, and thairfra linialie north as the said mercat gait passis quhill it cum to the furde of the water of Scheochie):—REDDEND. jura et servitia consueta; necnon veniendo cum granis ibi crescentibus ad molendinum de Loncardie et solvendo multuras consuetas:—cum precepto sasine:—TEST. And. Grahame servitore Joannis comitis de Montrois, Adamo Malice mercatore burgen. de Perth, Jac. Drummond de Leichehill, Hen. D. ejus filio, Hen. Broun et Wil. Robertsoun notariis publicis:—Apud burgum de Perth, 19 Nov. 1598:—TEST. (ad subscriptiones dictorum Jo. P. et Eliz.) Jo. Creichtoun de Innernytie, dictis Jacobo D. et And. G., Antonio Maxtoun burgen. de Perth, Alex. Robertsoun, Wil. Ramsay (scriptore carte), Wil. Robertsoun, notariis publicis in Perth:—Apud Perth, 6 Sept. 1599]:—PRETEREA, pro bono servitio, dictas terras dicto Jo. S. de novo dedit:—TEST *ut in aliis cartis* &c. xlii. 150.

986. Apud Halyruidhous, 14 Dec.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feudifirmam dimisit ROBERTO DOMINO SEYTOUN, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Sanct-Germans, cum mansione, pratis, cunicullariis, columbario, carbonibus, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Wil. Littill mercator burgen. de Edinburgh et Anna Scharp ejus conjux, cum consensu Georgii Dowglas de Reidspittell, in favorem dicti Rob. resignaverunt:—REDDEND. 9 libras 6 sol. 8 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 90.

987. Apud Halierudhous, 17 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO STEWART de Lyikin, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Stanehous, extenden. ad 6 den. terrarum, cum *lie quoylandis* de Usquoy, Meklequoy, Andersweik, Duascarthe, Brogar, cum gleba et mansione de Stanehous, molendino ibidem, terris molendinariis &c., cum prato de Beggiswall, et cum decimis omnium semper inclusis, cum *lie outbrekis* de dictis *quoylandis*, lacubus, pasturis, in parochia de Stenhous, regalitate et vic. de Orkney;—que olim fuerunt quondam Magistri Magni Halcro tanquam precentoris ecclesie cathedralis de Orkney, et ad Pat. Bellenden in feudifirma pertinuerunt; et regi devenerunt pro solutione devorie per duos annos minime facta, virtute clausule infeofamenti dicti Pat. et Katherine Kennedie ejus sponse:—RESERVANDO ministro ad ecclesiam dict. terrarum 4 acras cum domo habitationis:—REDDEND. pro terris et principali mansione de Stenhous barrellam butiri, pro Usquoy ½ barrellam butiri, pro Meiklequoy ½ barrellam butiri, pro Andersweik ½ barrellam butiri, pro Brogar ½ barrellam butiri, pro Duascarthe et dicto prato ½ barrellam butiri (vel pro qualibet barrella 3 lib.), pro molendino 6 melas de *lie cost* (aut 6 sol. 8 den. pro mela), pro qualibet mela decimarum garbalium 6 sol. 8 den. (vel ipsas decimas garbales), 3 sol. 4 den. monete, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud palatium de Yaries (Yairds?); cum aliis servitiis consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 92.

988. Apud Halyrudehous, 17 Dec.

REX,—quia terre et VILLA DE GALLOUSCHEILLIS, in dominio de Ettrikforrest, vic. de Selkirk, per JACOBUM HOPPRINGILL de Gallouscheillis et ejus predecessores antiquos et nativos feudifirmarios ultra hominum memoriam de rege tente erant; et quia villa de G. adjacebat finibus regni sui, ubi liegii frequentantes commoditatem habere possent,—pro bono servitio dicti Jac., erexit dictam villam—in liberum burgum in baronia; concedendo dicto Jacobo potestatem eligendi ballivos et officiarios; una cum potestate habendi pistores &c.; cum potestate dicto Jac., et burgensibus et inhabitantibus dicti burgi, ut haberent crucem foralem, et forum hepdomadatim die Mercurii *lie Weddins-*

day, et publicum nundinum annuatim die Divi Petri proxime post festum Divi Joannis Baptiste vocatum *Midsomer*, cum custumis &c.; cum potestate dicto Jacobo pretorium edificandi, transgressores puniendi, cum *lie pit* et *gallous* &c.:—PRETEREA rex promisit hanc erectionem in proximo parliamento ratificandam esse:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 117.

989. Apud Halyrudhous, 19 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit THOME CREICHTOUN portionario de Grange de Abirbothrie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras et villam de Polcak, in dominio de Cwper, vic. Perth;—quas Rob. Rollok de Polcak in favorem dicti Tho. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 88.

990. Apud Halierudhous, 20 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—confirmavit cartam Donaldi Rollok de Polcak,—[qua, cum consensu Katherine Wischert conjugis sue,—pro complemento contractus de data presentium,—vendidit THOME CREICHTOUN portionario de Grange de Abirbothrie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—octavam partem terrarum de Grange de Abirbothrie, cum cottagiis (per Jac. Fentoun et ejus tenentes occupatam), in dominio de Cowpro, vic. Perth:—REDDEND. regi 6 lib. 3 sol. feudifirme (ut in carta dicto Don. per quondam Donaldum abbatem de Cowpro concessa); ac 3 sectas ad 3 placita apud dictum monast.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; ac reddendo astrictam multuram feudifirmario molendini de Blaklaw:—cum precepto sasine directo Davidi Donald:—TEST. Davide Donald portionario de Grange de Abirbothrie, Tho. Merschell notario, Wil. Thomesone procuratore in Dundie, Joanne Pattoun scriba:—Apud Dundie, 13 Junii 1592]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 87.

991. Apud Halyruidhous, 20 Dec.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo in feudifirmam dimisit JACOBO BONER filio et heredi apparenti Willelmi B. de Rossey, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —dimedietatem terrarum de Ballathyis, cum silvis, forestis, et salmonum piscariis (in aqua de Tay), in dominio de Kinclevin, vic. Perth;—quam dictus Wil. in favorem dicti Jacobi resignavit:—REDDEND. 10 lib. 20 den., et 12 den. augmentationis, necnon 12 onera carbonum quos ibi lucrifieri contingeret; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 235, omissis clausulis de convictione criminum et de multuris):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 116.

992. Apud Halyruidhous, 24 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO CREYCHTOUN portionario de Comisteis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Cammay, in baronia de Megill, vic. Perth;—que fuerunt quondam Georgii Creichtoun de Cammay, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione disclamationis, quia dictus Geo. sine consensu regio dict. terras in manibus Davidis com. Craufurdie resignavit cepitque easdem de dicto com. tentas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 91.

993. Apud Halyrudehous, 24 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit HENRICO GORDOUN de Tulloch et AGNETI HEPBURNE ejus sponse in vitali redditu, et THOME GORDOUN filio et heredi apparenti dicti Hen. in feodo, —villam et terras de Mekil Govill, cum earum salmonum piscaria super aqua de Done, cum *lie landing* et *hailling* dicte piscarie consuet., in baronia de Monycabok, vic. de Abirdene;—quas idem Hen. resignavit:—TENEND. dictis Hen. et Ag. *ut supra*, dicto Tho. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Joanni G. fratri germano dicti Thome, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Hen., heredibus ejus et assignatis quibuscunque reversuras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 97.

994. Apud Halyruidhous, 25 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit PATRICIO CARSWELL seniori filio legitimo quondam Alexandri C. burgensis de Newburgh, heredibus ejus et assignatis,—2 acras terrarum, unam in *lie* West-medow (inter acras Jacobi Philp et Stephani Philp calcearii, viam vocatam Medowgait et aquam de Tay), alteram in *lie* Bromeland (inter acras Dionisii Smart, Jo. Smyth et Jac. Philp, terras Hen. Philp de Ormestoun, terras et lacum de Mukdrum, ac *lie* Wodwraif), in parochia de . . ., vic. de Fyiff;—que olim ad monasterium de Lundoris pertinuerunt, et quarum dictus Patricius et ejus pater nativi et antiqui tenentes extiterant:—REDDEND. 55 sol. 4 den., et 12 den. augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia regalitatis de Lundoris, et unam sectam in curia justiciarie quando intra dict. regalitatem teneretur; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 96.

995. Apud Edinburgum, 25 Dec.

REX confirmavit cartam Alexandri dom. de Spynie &c.,—[qua, pro bono servitio, vendidit JOANNI INNES de Lucheris in vitali redditu, et ALEXANDRO INNES de Coittis, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto domino, heredibus suis aut assignatis quibuscunque, in feodo, absque reversione, — officium ballivatus dominii et regalitatis de Spynie cum omnibus pertinentiis que olim ad episcopatum Moraviensem spectabant; necnon officium constabularie castri de Spynie, hortorum et omnium infra precincturam dicti loci pro ejus meliore custodia ad usum et habitationem dicti dom.; cum mercede 100 lib. de promptioribus proficuis dicti dominii, vic. Elgin et Forres, Bamff, Invernes vel ubicunque infra Scotiam; cum potestate custodie nemoris, foreste seu silve de Spynie, cum 9 bollis victualium annuatim de promptioribus proficuis dicti dominii pro dicta forestaria; cum custodia lacus de Spynie, et potestate capiendi pisces in eo; cum potestate glebas et alia focalia in fodinis et glebicidiis *the Laverok-mos* et in moris ei adjacentibus lucrandi;—et voluit quod sasina omnium daretur apud dictum castrum tanquam principale messuagium:—REDDEND. dicto dom. unum den. albe firme; necnon faciendo cum tenentibus &c. dicti dominii in exercitibus regiis dicto dom. servitia consueta; cum prohibitione alienandi sine consensu dicti dom.:—cum precepto sasine directo Rob. Innes burgen. de Elgin:—TEST. M. Thoma Wilsoun advocato, Rob. Wilsoun ejus servo, Rob. Guthrie de Kinblauthmont, Hen. Lyndsay servitore dicti dom., Jo. Innes juniore in Elgin (scriba carte):—Apud Cannoget, 18 Dec. 1599]:—INSUPER,—pro bono servitio dictorum Joannis et Alexandri Innes, et pro compositione persoluta,—suprascripta eis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 191.

996. Apud Palatium de Halyrudehous, 26 Dec.

REX concessit ALEXANDRO HAMMILTOUN de Innerweik, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—terras de Humbie cum manerie, in parochia de Kirklistoun, regalitate S. Andree, vic. Linlithgow;—que olim pertinuerunt ad archiepiscopum S. Andree:—REDDEND. 4 lib., et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando domos ac faciendo politiam et plantationem solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 89.

997. Apud Halyrudehous, 26 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit GILBERTO MEINGZEIS de Petfoddellis, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Cowlie cum molendino, in baronia de Tarwes, regalitate de Abirbrothok, vic. de Abirdene;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt:—REDDEND. 10 lib., 40 sol. loco gressume quinquennalis, et 17 sol. 10 den. pro *lie tua pairt* marte custumalis, 8 sol. pro 2 custumalibus mutonibus seu bidentibus, 10 sol. pro 2 duodenis pultrearum, 10 sol. 8 den. pro 2 bollis 2 firlotis 2⅔ peccis avenarum custumalium, 10 sol. antique augmentationis, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, in toto 14 libras

19 sol. 10 den.; necnon unam sectam ad 3 placita capitalia apud Terwes; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 94.

998. Apud Halyrudehous, 26 Dec. REX,—cum avisamento &c. (101.),—in feudifirmam dimisit ROBERTO FORRESTER de Boquhan, antiquo tenenti et feodatario infrascriptorum,—quartam partem terrarum de Eister Row, in dominio et senesc. de Menteith :—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Roberto F. ejus filio naturali et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Duncano F. filio legitimo quondam Alexandri F. de Gardin, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Rob. seniori, heredibus ejus masc. quibuscunque et assignatis:—REDDEND. 8 libras 6 sol. 8 den., cum parte (marte), et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 308); et solvendo multuras molendinis regis debitas et consuet.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 95.

ANNO DOMINI 1600.[1] ANNO REGNI 33.

999. Apud Halyrudehous, 11 Jan. REX confirmavit cartam Alexandri Levingstoun de Cassilcarie,—[qua vendidit (quondam familiari regis) M. DAVIDI MAKGILL de Cranstoun-Riddell advocato regis in libero tenemento, et M. DAVIDI M'GILL ejus filio primogenito (tunc de Cranstoun-Riddell et uni senatorum sessionis et collegii justitie) hereditarie,—quintam partem terrarum de Quhytbakis &c. (*ut in carta* 248 [2])]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 99.

1000. Apud Halyruidhous, 14 Jan. REX concessit JACOBO MAGISTRO DE ROTHES, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Leslie gerentibus,—officium vicecomitis de Fyiff, cum feodis &c.;—quod Andreas com. de Rothes dom. de Leslie &c. in ejus favorem resignavit; et quod rex,—pro bono servitio, et pro puniendo magnos numeros otiosorum vagabundorum furium (*lie sorneris*), et pertinacium mendicorum furium et furti participum,— dicto Jac. de novo dedit; ordinando quod non liceret senescallo de Fyif aut ejus deputatis inhabitantes dicti senescallatus sive eorum actiones coram dicto vicecomite aut ejus deputatis motas a jurisdictione vicecomitis per quecunque privilegia dicto senesc. concessa replegiare : —SOLVEND. unum den. apud pretorium burgi de Cowpar nomine feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 104.

1001. Apud Halyruidhous, 14 Jan. REX confirmavit cartam Joannis Robertsoun mercatoris burgen. de Edinburgh,—[qua concessit ROBERTO ROBERTSOUN consanguineo suo, filio fratris quondam Gulielmi R. de Strowan,—18 mercat. terrarum de Rannoch &c. (*ut in carta* 596) :—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., arma et cognomen de Robertsoun gerentibus, et assignatis quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine : — TEST. Tho. Young scriba signeto, Gilb. Robertsoun scriba, Joanne Thomeson servitore M. Alexandri Hay unius clerici collegii justitie, Rob. Maxwell servitore dicti Tho. (scriptore carte), Jo. Robertsoun filio dicti Jo. R.:—Apud Edinburgh, 31 Dec. 1599] :—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Rob., suprascripta ei de novo dedit, et incorporavit &c. (*ut in carta* 596) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 113.

1002. Apud Halierudhous, 16 Jan. REX confirmavit cartam quondam Margarete Wricht, relicte Joannis Hepburne

[1] From 1600 onwards the year in Scotland began on 1st January. See the Proclamation printed in the Register of the Privy Council, vi. 63.

de Rollanstoun et unius heredum quond. Willelmi Wricht burgensis de Cowpro,—[qua vendidit THOME FLESCHEOUR (quond.) burgensi de Cowpro, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre sue de Portarlandis (extendentem ad acram arabilem aut eocirca), sibi pertinentem ratione divisionis inter heredes dicti Wil. (inter terras de Thomastoun et terras quondam Davidis Scrymgeour), vic. Fyiff;—et, in warrantizationem ejusdem, terras de Milhill, Kellielandis, Arnotiskame, Murebrekis, et rudas burgales dicti burgi sibi pertinen., vic. Fyiff:—REDDEND. dicte Marg. unum den. albe firme:—TEST. Davide Cowper ballivo dicti burgi, Elizeo Forrat, Waltero Farfule, Tho. Heych, Davide Gray notario publico:—Apud burgum de Cowpro, 30 Jun. 1511]:—INSUPER rex,—pro compositione persoluta, ac pro bono servitio,—suprascripta DAVIDI FLESCHEOUR servitori suo signeti sui scribe, abnepoti dicti Tho. F. ejus atavi, de novo dedit:—REDDEND. regi (ultimo heredi dicte Marg.) unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 105.

1003. Apud Halyrudehous, 16 Jan. REX,—cum consensu &c. (94. 105. 27. 100.),—concessit servitori suo M. ALEXDRO HAY uni ordinariorum clericorum supremi sui senatus, filio legitimo quondam Alexandri Hay de Eister Kennet clerici registri, et heredibus ejus quibuscunque,—annuos redditus, firmas, terras et alia olim ad capellanos et vicarios chori ecclesie cathedralis Abirdonensis in communi spectantia (enumerata ad longum[1]), cum manso et horto rectoris de Kinkell vocato apud civitatem Abirdonen. (qui ad eosdem capellanos pertinuerunt), et superioritate omnium que olim de dictis capellanis tenebantur:—REDDEND. 20 lib.:—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud portam mansionis vocate Chaiplanis-chalmeris apud dict. civitatem capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 152.

1004. Apud Halyrudehous, 17 Jan. REX ad feudifirmam dimisit PATRICIO QUHYTLAW burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras &c. (*in carta* 713 *contentas*); que fuerunt Georgii Home de Drumcroce, olim de ministro de *Crocekirk* de Peblis tente; et regi devenerunt ob non solutionem feudifirme per spatium duorum annorum:—REDDEND. annuatim 30 merc., et 20 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 100.

1005. Apud Halierudhous, 17 Jan. REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI BUCHANNANE in Ybert—terras ecclesiasticas de Ybert, olim vicarie pensionarie de Drymmen spectantes (per eum occupat.), in parochia de Drymmen, vic. Striviling per annexationem:—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo B. de Drummakill et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero B. in Bollatt et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Thome B. de Garbeth et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Jo. ejusque heredibus masc. propinquioribus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 16 libras, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 50. xlii. 109.

1006. Apud Halierudhous, 25 Jan. REX,—cum consensu &c. (101.),—ad feudifirmam dimisit et, pro fideli servitio sibi et predecessoribus suis prestito, quitteclamavit familiari servitori suo HENRICO LYNDSAY de Carrestoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—orientalem dimedietatem terrarum de Balnabreich subtus et supra rupem, necnon terrarum molendinariarum earundem cum domibus &c., in dominio de Brechin, vic. Forfar;—que fuerunt Jacobi Guthrie portionarii de Balnabreich burgensis de Edinburgh, et regi devenerunt ob non solutionem feudifirmarum per duos annos:—cum potestate pro reductione infeofamentorum dicti Jac. prosequendi:—REDDEND. 14 mercas, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon dupli-

[1] The list is repeated from No. 2360 of *Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, which see.

cando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 140.

1007. Apud Halierudhous, 28 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (105. 100.),—concessit ALEXANDRO MAKGHIE de Balmaghie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—16 solidat. terrarum antiqui extentus de Slogarie, in parochia de Balmaghie, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Wigtoun;—quas idem Alex. resignavit;—necnon advocationem ecclesie et parochie de Balmaghie, cum decimis &c. ad ejusdem rectoriam spectantibus;—quam Jo. commendatarius de Halierudhous et conventus ejusdem in favorem dicti Alexandri resignaverunt; et quam rectoriam rex a dicto monast. dissolvit et in unam distinctam rectoriam erexit, quam ad dict. terras de S. univit:—REDDEND. 2 den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 101.

1008. Apud Halyrudehous, 30 Jan.

REX,—cum consensu &c. (110.),—confirmavit cartam Caroli Murray de Smyddiehill, et Jacobi M. ejus filii natu maximi,—[qua, virtute literarum obligatorialium de data presentium, — cum consensu Eliz. Quhytlaw conjugis dicti Jac.,—vendiderunt FRANCISCO OGILVY filio legitimo Jacobi dom. O. de Airlie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Smyddiehill cum cottagiis, in baronia de Kathik, dominio de Brechin, vic. de Forfar: — TENEND. de superioribus dictorum Car. &c. in feudifirma:—REDDEND. 10 mercas, cum 6 caponibus et 12 pultreis; ac faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia tenenda apud palatium episcopi Brichenen.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et observando ceteras conditiones originalis carte feudifirme per quondam Jo. episc. Brichenen. facte dicto Carolo et quondam Mariote Ochterlony ejus conjugi:—cum precepto sasine directo Geo. Barclay de Syd:—TEST. Wil. Auchterlony de eodem, Davide Rossi de eodem, Geo. Barcla de Syd, Jacobo Futhie de Gunde, Jac. Auchterlony de Setoun, Joanne Auchterlony in Bamirmore, M. Archibaldo Peirsoun apud Wardmill de Abirbrothok, Tho. Dunlope, notariis:—carta scripta per Jacobum Dow notarium publicum, et subscripta manu dicti Jacobi M. ad calamum per notarios ducta ratione ejus cecitatis:—Apud Abirbrothok, 24 Dec. 1599]:—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Franc. et ejus patris, dictas terras dicto Francisco de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. 7 mercas, 40 sol. antique augmentationis, et 6 sol. 8 den. nove augmentationis, cum dictis caponibus et pultreis; ac tres sectas &c. (cum ceteris *ut supra*); et si unus terminus in alterum absque solutione curreret, summa non soluta duplicaretur; et si duo termini currerent in tertium sine solutione, hec carta nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 106.

1009. Apud Halyrudehous, 30 Jan.

REX,—cum consensu &c. (105. 93.),—confirmavit ANDREE MAULL de Gourdeis, et MARGARETE DURHAME ejus conjugi,—quartam partem terrarum de Skryine (per Alex. Petrie, Jo. Galloway, Alex. et Jonetam Kid occupat.) totum molendinum ac terras molendinarias ejusdem vocatum Crombie-mylne cum multuris &c. (per Jac. Wobster occupatas), quarteriam ville et terrarum de Eister-Heavin cum piscaria (per dictum And., Hen. Spink, Hen. Clerk et Tho. Gray occupat.), terras de Myresyid (per Joannem Gray occupatas), in baronia de Panmure, vic. Forfar;—quas idem And. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi per dictum And., unum suorum e familia servitorum, longo tempore prestito,—dictis personis de novo dedit, cum communi pastura et privilegio lucrandi focalia, cespites et glebas, *lie fewall*, *faill* et *dovettis*, et evulsione myrice *lie hedder*, in moris et marresiis dicte baronie, ac pastura et focalibus &c. in Delto-mos in baronia de Panbryde:—INSUPER ad feudifirmam dimisit dictis And. et Marg.—terras ecclesiasticas ab antiquo ad ecclesiam de Pambryde spectantes (reservatis 4 acris ministro ejusdem pro gleba), extenden. ad 9 particatas *lie riggis* (per And. Patersoun occupatas), in parochia et baronia de Pambryde, vic. Forfar;—quas ad dict. quartam partem de Skryine univit:—TENEND. dictis And. M. et Margarete in conjuncta infeodatione, et

heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Andree quibuscunque :—REDDEND. pro dict. terris ecclesiasticis 4 sol.; pro ceteris jura et servitia debit. et consuet. (taxando wardam et nonintroitum ad 8 libras annuatim, relevium ad 8 lib., maritagium ad 100 lib.): —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 129.

1010. Apud Halyrudhous, 12 Feb.
REX in feudifirmam dimisit JOANNI MURRAY filio legitimo natu maximo quondam Thome M. burgensis de Striviling, heredibus ejus et assignatis [quibuscunque,—terras de Calsayend (inter Drumfyn ex boreali et occiden., *lie* Mylntoun de Gorthie ex orien., *lie* Pow de Incheffray ex australi), in baronia de Cairdny, vic. Perth; —que olim ad abbatiam de Incheffray pertinuerunt :—REDDEND. 32 sol. 2 den., cum 6 pultreis, 7½ peccis avenarum, 45 garbis (vulgo *schevis*) straminum, et 2 sol. 10 den. nove augmentationis, cum servitiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 140.

1011. Apud Halyruidhous, 13 Feb.[1]
REX confirmavit [1] cartam quondam Patricii com. de Bothuell dom. de Hailis, —[qua concessit (quond.) ALEXANDRO HOG, heredibus ejus et assignatis,—terras de Corsflat in villa et territorio de Lyntoun, terras de Broumelandis, Tosie-nosie, Langsyde, acram inter *lie balkis* (inter terras domini de Wauchtoun [2]), terras de Adilrig, cum 2 sulcis super quos duo grandes grocii lapides consistebant, terras de Yallowstanes, 7 acras ex parte occidentali vie ad Wauchtoun, terras de Wester-hillis, Eister-hillis, Littilhewis, Hoip-aiker inter terras de *lie balkis*, Taitis-leyis inter terras de Houstoun inter 2 *lie balkis*, cum 4 sulcis, 8 sulcos prope molendinum fullonis, bovatam terre *lie* Ruchflat in North Haillis (inter terras dominii de Wauchtoun et terras de Haillis), mansionem in villa de Lyntoun cum aliis domibus adjacen., in dominio de Haillis, constab. de Hadingtoun;—quas D. Tho. Hog capellanus frater germanus dicti Alex. resignavit :—REDDEND. dicto comiti . . . feodifirme :—Apud . . . . 1490]:—[2] aliam cartam ejusdem com.,—[qua concessit dicto Alex., heredibus ejus et assignatis,—terras de Cruikis, in dictis dominio et constab.;— quas dictus Tho. resignavit :—REDDEND. dicto com. unum par calcarium (vel 3 den. argenti) nomine feodifirme :—Apud Edinburgh, 19 Feb. 1490]:—[3] cartam Walteri Scott de Branxholme militis,—[qua concessit et de novo dedit JOANNI HOGE de Drylawis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras &c. *in cartis superioribus contentas*;—que fuerunt dicti Jo., tente de Francisco olim com. de Bothuell domini de Hailis &c.; et rex post forisfacturam dicti Franc., comitatum de Bothuell, dominia de Hailis, Creichtoun et Morphame, et Liddisdaill, cum castris, tenentibus &c., disposuit Ludovico Lenocie duci com. de Dernlie domino Torboltoun, Methven et Auibigney &c., qui eadem in favorem dicti Walt. resignavit :—REDDEND. dicto Walt. pro Corsflat &c. 6 sol. 8 den. feudifirme, pro Cruikis *ut supra* :—cum precepto sasine directo Rob. Hepburne in Ovir Haillis :— TEST. M. Gedeone Murray preposito de Creychtoun, Walt. Henrysoun scriba signeti regii, M. Davide Boyes (scriptore carte) et Wil. Levenox servitoribus dicti Walt. H.: —Apud Edinburgum, 17 Jul. 1599]:— PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Jo. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 217.

1012. Apud Halyrudhous, 14 Feb.
REX dedit literas legitimationis EUFAMIE HOUBURNE,[3] filie naturali quondam Roberti H. fratris Patricii H. de Tullyboill (vel Tilleboyak). xlii. 118.

1013. Apud Halierudhous, 14 Feb.
REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Georgii Ramsay liberetenementarii de Langraw, et Georgii R. ejus

[1] Dated an. reg. 3. Placed here according to the A.D., which agrees with the date of the third confirmed charter.

[2] In the third confirmed charter "terras Patricii Hepburne de Lufnes militis."

[3] The Privy Seal (lxxi. 153) reads *Hepburne*.

filii feodatarii ejusdem,—[qua vendiderunt JOANNI JOHNESTOUN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas de Langraw, in dominio prioratus S. Andree, regalitate ejusdem, vic. Fyiff: — RESERVATO libero tenemento dictis Geo. patri et filio :—REDDEND. regi 11 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia infra monasterium Sancti Andree; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando cetera jura et servitia in antiquis infeofamentis contenta: — cum precepto sasine :—TEST. Joanne Ramsay de Pryourlethame, Jo. Makesoun scriba communie burgi de Craill, Wil. Lauder et Jo. Dingwall servitoribus dicti Jo. :—carta scripta per And. Hay servitorem Joannis Williamsoun scribe Edinburgen. :—Apud Langraw, 31 Jan. 1600] :—TEST. *ut in aliiscartis* &c. xlii. 112.

1014. Apud Halierudhous, 14 Feb. REX,—cum consensu &c. (92.),—confirmavit cartam Joannis episcopi Rossen.,—[qua, cum consensu decani et canonicorum Rossen., concessit (quondam) consanguineo suo ROBERTO LESLIE de Dewglie et JONETE ELPHINSTOUN ejus conjugi in vitali redditu, et ROBERTO LESLIE eorum filio primogenito hereditarie,—terras baronie de Ardroseir, viz. villam et terras de Ardroseir, piscariam salmonum de A. et aliorum piscium quorumcunque, brasinas superiorem et inferiorem de A. cum earum croftis, croftam piscatorum vulgariter *the Fischer-croft* ibidem, terras de Wester Delny, Eister D. cum brasina;—quas iidem Rob. senior et Jon. resignaverunt:—TENEND. dictis Rob. seniori et Jon. *ut supra*, dicto Rob. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Georgio Leslie filio secundogenito dictorum Rob. senioris et Jon., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. dicti Rob. senioris de corpore legit. procreatis, quibus def., Willelmo Leslie de Balquhane et heredibus ejus masc. dominis de B. cognomen et arma de Leslie gerentibus quibuscunque, de dicto episcopo in feudifirma: — REDDEND. pro terris de Ardroseir 16 lib., 5 lib. 6 sol. 8 den. loco gressume, 3 lib. pro pretio 2 martarum, 40 sol. pro 8 mutonibus, 12 sol. pro 8 hedis cum ovis eisdem pertinentibus, 12 sol. pro 18 caponibus, 6 sol. pro 18 pultreis, 13 sol. 4 den. pro quatuor bollis avenarum; pro brasina superiore 20 sol., et 6 sol. 8 den. loco gressume; pro brasina inferiore 26 sol. 8 den., 8 sol. 11 den. loco gressume, 10 sol. pro 2 mutonibus, 16 sol. pro 24 caponibus; pro Fischercroft 18 den., et 6 den. loco gressume; pro dicta piscaria 6 libras 13 sol. 4 den.; pro Wester Delny 6 lib., 40 sol. loco gressume, 30 sol. pro marta, 20 sol. pro 4 muttonibus, 8 sol. pro 12 caponibus, 4 sol. pro 12 pultreis, 6 sol. 8 den. pro 2 bollis avenarum, 6 sol. pro 4 hedis cum ovis; pro Eister D. 5 lib. 6 sol. 8 den., 35 sol. 7 den. loco gressume, 30 sol. pro marta custumali, 20 sol. pro 4 muttonibus, 4 sol. pro 6 caponibus, 2 sol. pro 6 pultreis, 6 sol. 8 den. pro 2 bollis avenarum, 6 sol. pro 4 hedis cum ovis; pro brasina de Eister D. 13 sol. 4 den., et 4 sol. 5½ den. loco gressume; necnon 40 sol. pro arreagiis, carreagiis, glebis seu focalibus dicte baronie, et 45 sol. in augmentationem rentalis, in toto 67 libras 23½ den.; et si unus terminus &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 354, omissis clausulis de minoribus curiis et de alienatione) :—cum precepto sasine directo Archibaldo Browne de Merkessie, et Alex. Gollan burgensi de Rosmarkin:—TEST. Willelmo Leslie de Balquhane, M. And. Leslie rectore de Fettirneir, M. Jo. Robesoun thesaurario Rossen., D. Jo. Ferrare rectore de Egglishjohne, M. Alex. Leslie:—Apud Canoniam Rossen., 11 Oct. 1567]:—NECNON cartam alienationis de suprascriptis per dictum Rob. juniorem, et dictum Rob. seniorem cum consensu dicte Jon., factam quond. Joanni Campbell de Caddell, heredibus ejus masc. quibuscunque eorumque assignatis;—TENEND. de episcopo Rossen. in feudifirma;—de data apud Rosmerkie, 26 Mar. 1575:—NECNON retornatum quo JOANNES CAMPBELL tunc de Calder deservitus erat heres dicti quondam Jo.:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. C. ejusque predecessores prestito, suprascripta (jacen. infra vic. de Nairne) dicto Jo., heredibus ejus masc. et

assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Ardroseir, per Jo. Keith de Ravynniscraig apud Striviling resignata ; et omnia incorporavit in liberam baroniam de Ardroseir, ut unica sasina apud Dalyairdis capienda pro omnibus staret :—REDDEND. regi pro dicta advocatione unum den., pro ceteris *ut supra* (usque ad duplicationem feudifirme) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 125.

1015. Apud Palatium S. Crucis, 15 Feb. REX confirmavit cartam Jacobi Sandelandis de Calder, domini Torphechin,—[qua,—cum consensu Jacobi Sandelandis de Slamannane militis, Josephi Dowglas de Pomphraystoun, M. Andree Sandelandis filii quondam Jacobi S. de Sanct-Monanis, curatorum suorum, pro eorum interesse,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se cum dicto consensu ab una, et Jac. Heriot de Trabroun, Issobellam Maitland ejus sponsam, Eliz. H. eorum filiam, cum avisamento Joannis dom. Thirlestane cancellarii Scotie, ab altera partibus, in libris dominorum concilii registrandi, de data apud Edinburgh, 1 Augusti 1595,—concessit prefate ELIZABETHE HERIOT (sponse sue future), in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—*lie* Maynis de Calder cum earum fortalicio et maneriebus, terras de Cammaltie, in baronia de Calder, vic. Edinburgh :—REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Jacobo Dowglas de Nethir Howden :—TEST. Jac. Stewart de Cragyhall, Geo. Hoppringill de Torwodlie, M. Jac. Spottiswode de Sydhous, M. Jo. Broun, servitoribus dicti dom. Torphechin, Alex. Lawsoun scriba :—carta scripta per M. Robertum Young:—Apud Calder, Blaknes, Pumferstoun et Abircrumbie, 15, 18, 19 et 23 Aug. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 121.

1016. Apud Halyrudehous, 15 Feb. REX,—pro servitio permultis annis elapsis in societate et familia advocatorum suorum in actionibus suis exercitato,—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. WILLELMO KELLIE scribe signeti sui, heredibus ejus et assignatis,—2 tenementa terre in Belhevin cum domibus et hortis (inter terras Alex. Lawder et Pat. Rannald), ½ acram arabilem in *lie* Gallowsyid seu Burrowdaillis (inter terras D. Wil. Gibsoun et Wil. Aitkin), omnes in libertate burgi de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—que olim ad priorissam et conventum S. Bothani pertinuerunt:—REDDEND. firmam burgalem debit. et consuet.; necnon 18 solidos dictis priorisse &c. solvi solitos, et 12 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 134.

1017. Apud Halierudhous, 15 Feb. REX,—cum avisamento &c. (92.),—confirmavit cartam factam per Jo. Chalmer de Balbethaine,—[qua,—cum consensu Alex. Chalmer de Cultis, Alexandri Chalmer de Balnacraig, M. Roberti Paip et M. Gulielmi Andersoun advocatorum, — pro adimpletione contractus inter se cum dicto consensu et Geo. C. filium suum natu maximum ab una, M. Geo. Seytoun tutorem de Meldrum, Margaretam S. filiam legitimam quondam Alexandri S., cum consensu Alexandri S. dom. de Fyvie et Joannis Urquhart, et dictum Jo. U. pro ipso, ab altera partibus, de data apud Abirdene et . ., 13 et . . Jun. 1598,—concessit dictis GEORGIO CHALMER et MARGARETE SEYTOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Geo. et assignatis quibuscunque,—*lie* Maynis de Balbethane, cum loco manerie, croftis de Densiburne ac *lie* Hauchis ex australi parte aque de Done, cum piscariis salmonum piscium super dicta aqua (per dictum Geo. et ejus tenentes occupatas), in parochia de Kinkell, vic. Abirdene ;—necnon dicto Geo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Hedderweik, Newbiging de Balbethane cum loco et manerie, villam et terras suas de Craigquhorthie, cum silva vocata *lie Boig* de Hedderweik, jacen. *ut supra* :—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma :—REDDEND. pro Maynis &c. 11½ mercas (de quibus persolverent episcopis Abirdonen. 26 solidos 8 den. pro antiquis

decimis secundis), et pro Hedderweik &c. 20½ merc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum vel assignatorum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia regalitatis de Lundoiris apud Fintray; ac comparendo in curiis justiciarie dicte regalitatis; cum servitio et expensis faciendis in sustentatione ½ equi &c. (cum aliis clausulis *ut in carta* 679):—cum precepto sasine:—RESERVATO dicto Joanni C. libero tenemento de Hedderweik et seqq.:—TEST. M. Pat. Cheyne advocato, Gilb. Chalmer filio Alexandri C. de Cultis, M. Wil. Ray notario publico (scriptore carte), Jo. Mortimer burgen. de Abirdene, M. Joanne Walcar ministro Verbi Dei apud ecclesiam de Kinkell:—Apud Newbiging de Balbethane et Abirdene, 2 Mar. 1598]:—PRETEREA suprascripta dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit; necnon ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Geo. Chalmer, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunqne, — octo bovatas terrarum in villa de Wester Disblair (olim per Jo. Thomesoun juniorem occupatas) vocatas *the Sonny-quarter*, et molendinum de Fintray cum *lie* Mylnetoun ejusdem et horto inter aquas, et cum aqueductu &c., cum *lie cotter-multer* ville et terrarum de Eister et Wester Fintray, Kilmuk, Craigquhortie, Monkegie, Logy-Fintray, Frostersait, et *knaifschip* de Balbethane et Hedderweik consuet., cum ceteris multuris &c. dicti molendini (reservando regi aridam multuram consuet.), in baronia de Fintray, regalitate de Lundoiris, vic. Abirdene;—que olim ad abbatiam de Lundoir pertinuerunt:—REDDEND. pro Balbethane et Hedderweik 16 libras 13 sol. 4 den. (viz. 7 lib. 18 sol. 8 den. pro firma antiqua [de qua 26 sol. 8 den. dicto episc.], 6 lib. 20 den. pro gressumis, *cain-foullis, custume-aittis, lie custum-mairt-silver, lie custum-wedder-silver, multour-malt, multour-meill*, areagiis et carreagiis, et 4 mercas in augmentationem rentalis); cum aliis clausulis *ut supra*; et comparendo in curiis camerarie dicte regalitatis;—pro Craigquhortie *ut in carta* 679;—pro *Sonnyquarter* 6 lib. (viz. 40 sol. firme, 53 sol. 4 den. pro gressumis &c., et 26 sol. 8 den. antique augmentationis), et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; cum 3 sectis &c. (et ceteris *ut in carta* 679, nisi quod grana ad Cavil-mylne molenda erant);—pro dicto molendino 7 lib. 5 sol. 8 den., cum 6 caponibus, 6 gallinis, 1 *lie custume-wedder, ane custome-boll of aittis* cum pabulo, et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia baronie de Fintray cum requisiti essent, cum servitio areagie et carreagie cum ½ equo et servo cum expensis competentibus ad exercitum regis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 141.

1018. Apud Halierudhous, 17 Feb. REX ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO MAKCONNELL de Largie, antiquo nativo tenenti infrascriptorum,—3 mercatas terrarum de Carnebeg et Litill Corshelach, 4 mercatas de Carnemoir et Meikill Corschellach, 4 mercat. de Brainthein, 4 mercat. de Kilmichaell, 4 mercat. de Schedrell, 3 mercatas de Lergnehunscheoun, 6 mercat. de Rownaherin, 2 mercat. de Sthelag et Narrachane, 3 mercatas de Dunaschery, 4 mercatas de Ullodill, 4 mercatas de Ballachgarin, 2 mercatas de Beauchchar, 4 mercat. de Beauchmenach, 2 mercat. de Clochag, 1 mercat. de Blarie, 4 mercatas de Rannachane, 3 mercatas de Kellepull, 4 mercat. de Gortynnevaill, in dominio de boreali Kyntyre, vic. Tarbarte;—que regi devenerunt vel ob forisfacturam Angusii Makconnell olim domini de boreali Kyntyre, vel ob dicti Ang. resignationem ad remanentiam; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Arch. et ejus predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—incorporavit in liberam tenandriam de Largie, ordinando maneriem de L. principale fore messuagium; et constituit dictum Arch. ballivum hereditarium dicte tenandrie:—TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., arma et cognomen de Makconnell gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Carnebeg &c. (usque ad Kellepull) 285 mercas, pro Gortynnevaill 4 libras, 3 petras farine (*thrie stane of meill*), 3 petras

casei, vervecem *lie wedder*, cum ceteris devoriis (si que essent) in rentali contentis, et 6 merc. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 115.

1019. Apud Halierudhous, 18 Feb.

REX confirmavit cartam Andree Agnew de Lochnaw, vicecomitis de Wigtoun,—[qua, —pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud ecclesiam de Kilmairis, 23 Sept. 1591,—concessit AGNETI MURE sponse sue, in vitali redditu, et heredibus masc. inter se et eam legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto And. heredibusque suis quibuscunque reversuras, —5 mercatas terrarum de Creichmoir, 5 mercatas de Achneill et Dundunnie, in parochia de Leswalt, vic. de Wigtoun ;—necnon dicte Ag., in vitali redditu,—molendinum granorum de Lochnaw cum ejus terris &c., annuum redditum 8 bollarum ordei mensure de Wigtoun de 4 mercatis de Clennerie, in parochiis de Leswalt et Kirkcum, vic. Wigtoun ;—et hec in plenam contentationem ejus tertie &c.:—TENEND. de rege :—TEST. Pat. Agnew filio et herede apparente dicti And., Alexandro Agnew de Creach, Quintino A. fratre germano dicti And., Jac. Glover notario in Stranrawer (scriptore carte):—Apud burgum de Stranrawer, 5 Jan. 1600 stilo novo]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 120.

1020. Apud Halierudhous, 18 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit ROBERTO HAMMILTOUN juniori de Bathgait, filio et heredi apparenti Roberti H. senioris de B.,—terras, villam et *lie* Maynis de Bathgait, terras de Quhytlaw, cum messuagio, manerie loco et fortalicio de B., molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Bathgait ; cum officio vicecomitis de Bathgait cum feodis &c.;—quas dictus Rob. H. senior apud Edinburgh resignavit in favorem dicti Rob. junioris ; et quas rex, —pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito per dictum Rob. juniorem, dictum ejus patrem eorumque antecessores,—dicto Rob. juniori de novo dedit, cum potestate tenendi duas particulares nundinas annuatim infra villam et super croftis de Bathgait, unam 4 Aug., alteram 21 Oct., cum libertatibus &c. (proviso quod neque die Sabbathi neque aliquo die antea capitali burgo dicti vicecomitatus concesso tenerentur), necnon tenendi infra dictam villam publicum forum hepdomadatim die Mercurii, secundum tenorem literarum donationis sub secreto sigillo concess., de data apud Halierudhous, 16 Jan. 1596 ; et dict. terras &c. in liberam baroniam de Bathgait incorporavit, ut unica sasina apud maneriem de B. capienda pro omnibus staret :—RESERVANDO dicto Roberto seniori liberum tenementum (exceptis terris de Quhytelaw et tanta parte de *lie* Maynis eis adjacen. que 4 bollas ordei et 8 bollas farine avenatice annuatim persolveret); et Katherine Bruce ejus conjugi vitalem redditum de Quhytelaw :—TENEND. dicto Rob. juniori et heredibus inter eum et Eliz. Ros ejus sponsam legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. junioris et assignatis quibuscunque, de principe Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 155.

1021. Apud Halyrudehous, 19 Feb.

REX dedit literas remissionis HENRICO RAMSAY de Ardowny, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Andree Ventoun fratris Thome Ventoun de Strikmertene, A.D. 159– ;—quia dictus Henricus Ramsay literas *lie slains* desuper impetraverat. xlii. 119.

1022. Apud Edinburgum, 1 Mar.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit PATRICIO ORCHADIE COMITI, domino Zetland &c.,—comitatum de Orknay et dominium de Zetland, firmas terras, insulas, *Skarreis, lie Holmes*, cum castro de Kirkwall, molendinis, piscationibus in aquis dulcibus et salsis, cum advocatione prelatiarum, rectoriarum, vicariarum, ecclesiarum, prebendariorum, capellaniarum, stellariorum aliorumque ecclesiasticorum beneficiorum dictorum comitatus et dominii (tam horum quorum patronatus regi antea spectabat quam que episcopo Orchadie et aliis personis ecclesiasticis spectabant ante annexationem), cum tenentibus &c., integras *lie uthale-landis, roch, anyng, samyne*, cum

anchoragiis, custumis, *lie wattill*, *foircoipland*, *settertoun*, *anstercoip*, *skattis*, *land-maillis*, *wrak*, *waith*, *wais*, *wair*; cum officiis vicecomitatus, justiciarie et faudrie de Orknay et Zetland, custodie et constabularie castri de Kirkwall, cum feodis &c.;—quos idem Pat. personaliter resignavit; et quos rex ei, pro ejus servitio, de novo in feudifirma disposuit, cum jurisdictione libere regalitatis et justiciarie eorundem, potestate ad cogend. possessores de *lie uthale-landis* persolvere omnes denarios de dict. terris debitos, et eorum jura ob quamcunque causam competentem reducend. (quibus reductis, dicte terre cum proprietate dicti Pat. consolidarentur):—INSUPER rex,—considerans patrias Orchadie et Zetlandie nec administrari recte neque earum incolas in debita obedientia contineri facile posse sine ordinariis jurisdictionibus nisi castra et loca munitiora conductitiorum militum custodiis firmarentur litoraque undequaque ab hostilibus peregrinorum incursionibus defenderentur, et marium et equorum vicini maris omniumque regiarum aquarum piscationibus (in quibus maxima pars commoditatum dict. comitatus &c. reposita est) peregrini arcerentur,—concessit dicto comiti potestatem ordinarias jurisdictiones constituere, officiarios et stipendiarios milites conducere, castra &c. munire, naves cimbasque instruere; —necnon,—cum consensu &c. (105. 111.), —in feudifirma assedavit dicto Patricio—omnia metalla auri, argenti, cupri, eris, stanni, plumbi et aliorum metallorum, mineralium, venarum et fossilium quorumcunque tam terrarum ecclesiarum quam aliarum intra dict. comitatum &c. (obtento consensu vassallorum ad eorum terras fodiendas); cum potestate dicta metalla laborandi, alios infeodandi &c.:—INSUPER erexit tenandriam et dominium suprascriptorum in unum comitatum et dominium, viz. terras, metalla &c. de Orknay in comitatum de O., terras de Zetland in dominium de Z.; ordinando dictum Pat. Orchadie comitem et dominum de Zetland nuncupand., cum titulo et honore comitis et domini in parliamentis &c.; et suprascripta in unam tenandriam, comitatum et dominium incorporavit, ordinando castrum de Kirkwall principale messuagium fore:—TENEND. dicto Pat. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni Stewart ejus secundo fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Jacobo S. ejus tertio fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto S. ejus quarto fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Ludovico duci de Lennox com. de Dernlie &c. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., regi reversuros; cum naufragiorum omnis generis reliquiis et quibuscunque mari ejectis quocunque dict. insularum loco vel litore, et quecunque Orchadie et Zetlandie comites et feudifirmarii, factores aut assedatores regi, possidere consueverunt nullatenus agnoscendo jurisdictionem admiralli Scotie; cum patellis salinariis, prohibendo ne quis alius intra dict. insulas dict. patellas construeret aut salem conficeret:—SOLVEND. pro Orknay 63 lastas 23 milas 3 *lie settinggis* 4½ marcas victualium vocat. *coist* (que est polenta aut farine), 125 lastas 1 melam 2 *settingis* ordei, 95 lastas unam melam 4 *settingis* carnium, 6 lastas 12 leispondas buttiri, 2 lastas 6 leispondas 6 marcas olei, pro *lie skat-silver* et *land-maillis* 109 libras 8 solidos 1 den., cum 1000 pellibus cuniculorum; pro Zetland 167 pacquetas panni vocati *wed-meill*, 6 lastas 6 barelas buttiri, 2 lastas olei, 105 doleras argenteas pro *lie wattill*, 120 pecias aureas vocat. *angell-nobillis* et 20 doleras argenteas pro tolloniis et custumis Zetlandie, de antiqua mensura et secundum pristinum usum solutionis; et 13 libras 6 sol. 8 den. augmentationis;—deducendo stipendia per predecessores regis concessa custodibus dicti castri, et alia stipendia allocata camerariis et factoribus Orchadie et Zetlandie; necnon pro conservatione jurisdictionum et officiariorum, ac pro intertenemento navium et cimbarum ad defendenda litora et tenentes ab incursionibus fractorum hominum &c., et presertim ad tutelam piscationum que violenter per extraneos rapte et possesse sunt, integrum residuum dict. feudifirmarum quod superaret summam 3110 merc., que 3110 merc. persolverentur infra burgum de Edinburgh aut ubicunque rex existeret; —necnou duplum feudifirme in introitu heredum; pro dictis officiis unum den.

apud dict. castrum nomine albe firme, cum legitima administratione justitie leigiis secundum leges et consuetudinem dictarum patriarum ex prescripto justitie tantum; pro metallis decimam partem liberi lucri et devorie ex eis elaborand. :—INSUPER rex promisit quod hoc infeofamentum in suo proximo parliamento approbaretur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 142.

1023. Apud Halyrudehous, 4 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (92.),— ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. GEORGIO SEYTOUN de Barrach, tutori de Meldrum,—partem ville et terrarum de Kirktoun de Bourtie que olim ad rectoriam ecclesie de Bourtrie pertinuit, necnon partem earundem que olim ad vicariam ejusdem pertinuit, in parochia de Bourtie, regalitate de Garioch, vic. Abirdene :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, Joanni S. de Meldrum filio quondam Alexandri S. de M., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :— REDDEND. pro parte rectoris 6 libras 13 sol. 4 den., et 40 den. augmentationis, pro parte vicarii 4 lib. 13 sol. 4 den., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 147.

1024. Apud Halyrudehous, 6 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi Creichtoun de Ruthvenis,—[qua, virtute contractus de data 14 Jul. 1598, vendidit MARGARETE ERSKINE matri sue, in vitali redditu,—terras de Brigtoun de Ruthvenis, Mylnetoun de R., molendinum de R. cum terris molendinariis &c., in baronia de Ruthvenis, vic. de Forfar :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Geo. Kynnaird de Inschetuthill, M. Samuele M'Gill servo domini Glammis, And. Creich mercatore burgensi de Edinburgh, Davide Home servo dicti Jac.:—carta scripta *ut in carta* 713 :—Apud Edinburgh, 28 Feb. 1600]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 123.

1025. Apud Halyrudehous, 7 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et, pro fideli servitio sibi prestito et prestando, quitteclamavit JOANNI M'KEINZIE, et JEANNE GIFFART ejus sponse (soli heredi apparenti Jacobi Murray de Gairth ejus avi),—denariatam terrarum in *lie* Costa, 3 den. vocat. *lie* Dyik, 4 den. in *lie* Orquhill, *lie* Littill-quoy in Quoyes, 3 den. nuncupat. Coit in Wodweik, 3 den. vocat. Holie-cloif ibidem, 3 den. vocatas Craiga ibid., 3 den. nuncupat. Nethir Arweik, cum molendino de Wodweik, in parochia de Evie, necnon 2 den. infra *lie* Kirktoun de Stromnes et ½ den. in Haidaill in parochia de Stenhous, in toto 22½ den. cum dictis Litill-quoy et molendino, cum *lie twmellis, unsettis,* toftis, croftis, pratis et pasturagiis ad dict. terras et prebendam de Wodweik pertinentibus, infra diocesim et vic. de Orknay;—que pertinuerunt ad dictum Jac., tente olim de Domino Joanne Andersoun de Strudderis precentore ecclesie cathedralis de Orknay ac prebendario de Wodweik; et regi devenerunt propter minime exhibitionem antiquarum cartarum feudifirme :—RESERVATO vitali redditu dicto Jac.:—TENEND. dictis Jo. M. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. M. quibuscunque :—REDDEND. 20 libras, et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 130.

1026. Apud Halyrudehous, 7 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo in feudifirmam dimisit THOME BARCLAY burgensi de Cowper, et MARGARETE PATERSOUN ejus conjugi,—quatuor acras terre arabilis nuncupatas Sanct-Katherenis-hauch, prope burgum de Cowpar (intra bondas specificatas), vic. Fyiff;—quas, olim de Fratribus Predicatoribus S. Andree tentas, Thomas Williamsoun burgen. de Cowper, Joannes W. ejus filius legitimus maximus natu et Margareta Paige ejus conjux, in eorum favorem resignaverunt:—TENEND. dictis Tho. B. et Marg. Patersoun in conjuncta infeodatione pro eorum vita, et heredibus

inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus et assignatis dicti Tho. B. quibuscunque: —REDDEND. 4 bollas frumenti in loco dict. Fratrum Predicatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 146.

1027. Apud Halyrudhous, 8 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. ALEXANDRO FRASER de Fraserburgh militi, heredibus ejus et assignatis,—solarem dimedietatem terrarum de Kindrocht et Denend, in parochia de Rathin, vic. de Abirdene; — quam Alex. Irwing de Drum resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 126.

1028. Apud Halyrudehous, 8 Mar.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit WILLELMO ROS de Kilrawok—terras et baroniam de Kilrawok, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, forestis de K., et piscationibus, cum pendiculis (viz. *the Westwodend*, Craittinreich, Auldtoun-of-Kilrawok, Westertoun, Eister Auldtoun, Mylnetoun, *corne-mylne* et *walk-mylne* earundem, Eister Kilrawok et Poldannach), terras de Eister Geddes cum pendiculis (viz. Allanaha, Torreich, Chapeltoun, ejus molendinum, *ailhous* et Ailhous-croft), vic. Narne; terras de Culmoir, cum lie *stelyair*, halecum et salmonum piscationibus et *lie quhite-fischingis*, et pendiculis (viz. Wester et Mid Culmoir, Haddoch, Torgornach, *ailhous* et Ailhouscroftis), in comitatu de Ros, vic. Invernes;—quas idem Wil. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Kilrawok, cum una secta coram vicecomite de Narne pro omnibus prestanda: — RESERVATO Lilie Hay, sponse dicti Willelmi, vitali redditu dictarum terrarum, molendini, *ailhous* et Ailhouscroftis de Eister Geddes, necnon de Auldtoun de Kilrawok, Eister Kilrawok et Poldannach:—INSUPER rex erexit *lie* CHAPELTOUN DE EISTER GEDDES —in liberum burgum baronie; concedendo inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent liberi burgenses, et (cum avisamento dicti Wil.) eligerent ballivos &c.; cum potestate inhabitantibus habendi crucem foralem, et forum hepdomadatim die Lune, et *ane fair-day* annuatim super *Our Lady-day of Lenterne*, cum tholis &c.; cum potestate dicto Wil. dict. villam et terras in rudas burgales hereditarie locandi:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, viz. Hugoni Ros apparenti de Kilrawok et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Willelmo R. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Alexandro R. tertio filio legitimo dicti Willelmi senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni R. quarto filio legitimo ejusdem, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi R. quinto filio legitimo ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 200 libras annuatim, relevium ad 200 lib., et maritagium heredis ad 1000 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 135.

1029. Apud Halierudhous, 11 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo ad feudifirmam locavit PAULO MEINZEIS de Kirkhill, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — solarem dimedietatem ville et terrarum de Kynmondie, in baronia vocata *of the Scheyr*, parochia de Sanct-Machar, vic. Abirdene;—quas Jac. Hervie advocatus, cum consensu et ad desiderium Henrici Gordoun de Delspro,—pro perimpletione contractus initi inter dictum Hen. pro ipso et onus suscipientem pro Agnete Hepburne ejus conjuge ab una, et dict. Paulum ab altera partibus, de data apud Abirdene, 6 die Jun. 1599,—in favorem dicti Pauli resignavit:—REDDEND. 9 lib. 6 sol. 8 den., dimediam martam, 2 muttones, 6 capones, 6 gallinas domesticas, 2 bollas ordei, 3 bol. avenarum cum pabulo, 40 den. pro bondagio et servitio consueto; ac duplicando dictas summas pecuniarum in introitu heredum vel assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 220.

1030. Apud Halyrudhous, 13 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (92.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit PATRICIO DUDINGSTOUN seniori filio legitimo Patricii K. portionarii de Kincapill, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Pittorny, tertiam et octavam partes ville et terrarum de Kincapill, quarteriam ville et terrarum de Raderny, in regalitate S. Andree, vic. de Fyiff;—que olim ad archiepiscopatum S. Andree pertinuerunt:—REDDEND. pro Pittorny 7 lib. 6 sol. 8 den.; pro Kincapill 8 lib. 14 sol. 5 den., 3 celdras 10 bollas 2 firlotas $2\frac{2}{3}$ peccas frumenti, 3 celd. 10 bol. 2 firl. $2\frac{2}{3}$ pec. ordei, 14 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas avenarum, 11 capones, 22 pultreas; pro Raderny 46 sol., 2 celdras avenarum, 3 capones, 3 pultreas; cum ceteris oneribus et servitiis debit. et consuet., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud S. Andream; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum; et si firme unius anni in toto vel in parte decurrerent in alium terminum insolute, liceret regi de dictis terris libere disponere:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 124.

1031. Apud Halierudhous, 13 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (105.),—confirmavit ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN, et heredibus &c. (*in carta* 118 *specificatis*),— terras et baroniam de Callendar &c. (*ut in carta* 118);—quas idem Alex. personaliter resignavit; et quas rex,—considerans ingentem curam et extremam diligentiam per dictum Alex. et Dominam Helenoram Hay ejus sponsam diversis annis elapsis in duarum legitimarum filiarum regis adhuc in eorum societatibus educatione susceptam, et quod pro alimento et educatione dict. filiarum earumque servitorum et familie summa 10000 lib. juste debita est,—in plenam satisfactionem dicte summe, proque servitio sibi et progenitoribus suis per dictum Alex. ejusque predecessores tam tempore eorum regiminis quam in defensione regni contra exteros et intestinos inimicos prestito,—dicto Alex. de novo dedit, et de novo in liberam baroniam et liberam forestam de Callendar incorporavit, ordinando castrum de C. fore principale messuagium:—INSUPER erexit VILLAM DE FALKIRK —in liberum burgum in baronia; dando inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c., et liberos burgenses creandi, tenendi crucem foralem ac diem foralem hepdomadatim die Jovis ac duas dies nundinarum annuatim viz. 29 Jun. et 26 Oct.; cum potestate dicto Alex. custodes nundinarum et dierum foralium deputandi; et cum potestate eligendi ballivos &c., et erigendi pretorium, cum ceteris libertatibus burgi in baronia:—necnon omnes erexit in liberam regalitatem, cum potestate justiciarie curias et itinera justiciarie tenere, eximendo tenentes earum a jurisdictione vicecomitum et justiciarie generalis:—REDDEND. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme:—PROVISO quod quam cito rex aut ejus successores dicto Alex. vel heredibus dict. 10000 librarum in ecclesia parochiali Edinburgi apud sepulchrum Jacobi comitis Moravien. super premonitione 40 dierum persolverent, vel in manibus prepositi, decani gilde aut thesaurarii burgi de Edinburgh consignarent, dicti Alex. &c. resignarent in favorem regis jus suum ad dict. regalitatem sive ad quamcunque aliam clausulam hujus carte (excepta erectione dicti burgi de Falkirk); post quam redemptionem dicta baronia possideretur secundum tenorem carte regis de data 8 Jul. 1594 (No. 118 *supra*), cum hac additione erectionis dicti burgi:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 128.

1032. Apud Burgum de Perthe, 31 Mar.
REX,—pro servitio sibi per domesticum servitorem suum Pat. commendatarium de Lundoiris, et per And. com. de Rothes dom. Leslie &c. eorumque familias et amicos impenso ex eorum largis sumptibus, —cum consensu &c. (93.), — concessit PATRICIO LESLIE, filio dicti commend., —maneriem de Lundoiris ab antiquo vocat. monasterium et abbatie locum de L., cum domibus et aliis infra precinctum ejusdem, cum ejus columbariis, viridariis &c.;—quam, in acto annexationis exceptam, dictus commend. et ejus conventus resignaverunt; —necnon terras et baroniam de Grange de

1081. Apud Halierudhous, 25 Oct.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—confirmavit cartam factam per Pat. Cheyne de Essilmonth,—[qua,—pro impletione contractus de data apud Abirdene et . . ., 30 Apr. et . . 1597,— vendidit MALCOLMO SINCLAIR de Condell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras vocatas Ardres et Sillibuster in villa et bondis vocat. Lantes, terras vocat. *Four-penny-land* in villa et bondis de Burrounnes, terras vocat. *Ane-penny-land and Half-penny-land* in villa et bondis de Hallihow, jacen. in insula de Sanda, vic. Orknay;—necnon, in speciale warrantum earundem, aratrum vocat. Middilthrid extenden. ad 8 bovatas ville et terrarum de Taertie (per Thomam Cowper occupatum), in parochia de Logy-buchane, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Pat. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—REDIMENDAS per solutionem summe 1000 merc. in ecclesia parochiali de Logy-buchane sub premonitione 40 dierum, aut consignatione in manibus domini de Sinclair aut ejus heredum:—TEST. Wil. Cruikschank servitore dicti Pat., Alex. Cheyne filio Willelmi C. de Orchertoun, Jac. Oglay filio quond. Wil. O. burgen. de Abirdene (scriptore carte), Jac. Davidsoun notario publico, Wil. Cheyne de Collisit-

ter :—Apud Abirdene, 30 Apr. 1597]:—Necnon cartam sub hac forma ;—[Be it kend &c., me Wil. Cheyne father brother to Pat. C. off Essilmonth, conforme to my commissioun grantit unto me be the said Pat. of the dait Feinzeis in Buchane, 22 Jan. 1597, to have wodset and in pand laid . . to ane honorabill man Malc. Sinclair of Quendell, and to his airis and assignais . . . .,— the 27 merkland in Gresta (8 pennyis the merk), 9 merkland in North Setter (8 pennyis the merk), 3 merkland in Glasbo (6 pennyis the merk), 6 merkland (6 pennyis the merk) in Corkasetter, 15 merkland in Claudclift (6 pennyis the merk), lyand within the parochin of Tingwall, 7½ merkland in Kirkgoir (8 pennyis the merk), ane merkland in Over Sound (6 pennyis the merk), 1½ merkland in Nether Sound (6 pennyis the merk), 3 merkland (6 pennyis the merk) in Kikrone, sex merk (sex pennyis the merk) in Haggersta, lyand within the parochin of Weisdaill, 2 merkland in Burragarth (6 pennyis the merk), 10 merk (8 pennyis the merk) in Wormidaill, 2½ merkland (8 pennyis the merk) in Ustanes, ane merkland (6 pennyis the merk) in Wodbester, half merkland (6 pennyis the merk) in Hillasetter, 2 merkland (9 pennyis the merk) in Heem *et* Brek, 2½ merkland (4 pennyis the merk) in Tuslavell, 2 merkland (6 pennyis the merk) in Mousta, ane merkland (6 pennyis the merk) in Skarpargarth, lyand within the parochin of Quhitnes, and 5 merkland (6 pennyis the merk) in Rangista within the parochin of Dynrosnes, all lyand within the cuntrie and lordschip of Zetland . . .;—and that for the sowme of 1425 pund . .:—To be haud of the said Pat. . . in frie blensche ferme for payment off ane penny Scottis money uponn the ground of the said land of Ringista uponn the Witsoun evin . . .:—Provyding that quhat tyme or how sone it salhappin the said Pat. . . . to tell doun and delyver haill and togidder in ane sowme to the said Malc., his airis &c., within the Croce-kirk of Dynrosnes uponn Witsoun evin the said sowme of 1425 pund . . uponn lauchfull premonitioun of 40 dayis . ., in that cace the land abonewrittin . . to be laufullie redemit . . ; or in cace the said Malc. or his foirsaidis wilfullie absentis thame fra the resset of the foirsaid sowme at the said day, it salbe lesum to the said Pat. . . to consigne the said sowme in the fold of Dynrosnes handis . . . :—And forder bindis and oblisis me the said Wil. C. as commissionar foirsaid and in name and behalf of the (said) Pat. . . to warrand &c. :—The said Malcolme and his foirsaidis entres . . to be at the intaking of the butter dett *in anno* fourscoir auchtene :—*Sequitur preceptum sasine* ; and that sasine takin uponn the saidis landis off Ringista salbe als sufficient &c. : —In witnes &c. :—At Quendell, 16 Apr. 1598 :—and at the redemptioun of the said land the said Malc. &c. to have the wedmell dett thairof becaus he wantit the samin at his entrie :—Befoir thir witnes, Lawrence Sinclair of Got, Alex. Watsoun, Patrik Forbes, Tho. Blakbard, and Wil. Fermour notar publict wryter heirof]:—Preterea, pro bono servitio, suprascripta dicto Malc. de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 192.

1082. Apud Halierudhous, 26 Oct.

REX confirmavit cartam (de data 26 Jul. 1569) per quondam Wil. dom. Ruthven et Dirletoun vicecomitem principalem de Perth factam quond. Thome Fowlis burgensi de Perth et Jonete Robertsoun ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, —de annuo redditu 24 bollarum victualium (⅔ farine avenatice et ⅓ ordei) de terris de Gudlieburne, in baronia de Ruthven, vic. Perth ;—Tenend. de dicto Wil. pro solutione unius den. albe firme :—Necnon preceptum sasine, et instrumentum sasine desuper sequen. sub signo et subscriptione quond. Henrici Elder notarii publici et communis scribe burgi de Perth, de data predicta :—Necnon preceptum clare constat dicti Wil. (de data 18 Oct. 1576) ad dandam sasinam dicti ann. red. quond. Patricio Fowlis tanquam filio et heredi dicti Thome F. : —cum instrumento sasine desuper sequentis, sub signo &c.

quondam Malcolmi Bower notarii publici, de data 19 Oct. 1576:—Necnon preceptum clare constat (de data 16 et 19 Sept. 1598) sub sigillo quond. Joannis comitis de Gowrie dom. Ruthven et Dirltoun, et subscriptionibus Jacobi Weyms de Bogy, M. Joannis Moncreiff de Eister Moncreiff et quond. Alexandri Ruthven de Freland tanquam commissionariorum dicti comitis durante ejus absentia extra regnum, ad dand. sasinam dicti ann. red. BARBARE FOWLIS conjugi Jacobi Crambie burgensis de Perth, tanquam filie et heredi dicti Pat.:—cum instrumento sasine desuper sequen., sub signo &c. Jacobi Bower notarii publici:—et hoc non obstante forisfactura contra dictos Jo. com. de G. et Wil. dom. R. ejus patrem deducta seu deducenda:— INSUPER, pro servitio dictorum Jac. Crambie et Barbare Fowlis, dictum ann. red. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 200.

1083. Apud Halierudhous, 27 Oct. REX,—cum consensu &c. (105. 92.),—confirmavit cartam Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua vendidit M. JOANNI CHEYNE de Petfichie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Essilmonth (viz. terras dominicales de E. cum castro et manerie, terras de Craigheid, Carnehill, Corstyne, *ly* Auld-Mylnetoun cum molendinis granorum de Essilmonth, 1¾ tertias partes terrarum de Chappeltoun de E., dimedietatem terrarum ville de Fortrie de E., cum silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus &c.), vic. Abirdene; villam et terras de Orchertoun, in baronia de Tulliedaff, vic. de Abirdene; terras de Manis de Abirdour, cum molendino granorum, Killiquharne cum portubus marinis, cimbis piscariis, piscationibus, *lie bait-huik* et *lyne*, lapicidiis, advocatione rectorie de Abirdour, vic. Abirdene; terras subscript. in faudria de Scheitland, viz. 4 mercat. de Frackafedill, 5 mercat. in Deill, 4 mercat. in Deill, 2 mercat. in Strand, aliam mercat. in Strand, 3 mercat. in villa de Strand, 4 mercat. in Goitt, 2 mercat. in Ley, 3 mercat. in Ley, 1 mercatam in Ley, 4 mercat. in Goitt, 1 mercat. in Goitt, extendentes in integro ad 30 mercatas terrarum, in unam tenandriam unitas, cum advocatione archidiaconatus Orchadie et Zetlandie; necnon terras, insulas, piscarias, molendina &c. infra specificat., viz. terras de Celebester, Lantayis, How, in insula de Sanda, vic. Orknay; villas et terras 38 mercat. de Tingwall et Grista, 3 mercat. de Glesbo, 9 mercat. de Sattir, 15 mercat. de South Satter, 6 mercat. de Corkiesatter, 9 mercatas de North Garth, 7 mercat. in Staniswall, 12 mercatas in Howland, 6 mercatas in Howknabrek, 12 mercatas in Skalloway, 2½ mercat. in Howll, 3 mercat. in Tow, 12 mercat. in Kebuster, 3 mercat. de Weisland, 14 mercatas de South Cald-(c)luiff, 2 mercat. in Mowsawell, 15 mercat. in Weisgarth, 23 mercatas de Urisland, 22 mercat. in Goitt, 3 mercat. in Strand, 3 mercatas in Grindewell, 10 mercatas in Swynasetter, 3 mercatas in Wassetter, 4 mercat. in Wadbuster, 7 mercat. in Nether Sound, 14 mercat. in Weik, 2 mercat. in Schortoun, 2 mercat. in Sound, 5 mercat. in Setter, 3 mercat. in Brindista, 6 mercat. in Linksetter, in Dunrosnes 6 mercat. in Bleusta, 5 mercat. in Angista (Ringista?), 2 mercat. in Croce-yle, 4 mercat. in Oxnayle, 4 mercat. de Hildasay, in parochia de Quhyitnes 12 mercatas in Wormadell, 1 mercat. in Neisbister, 2 mercat. in Eistnes, 3 mercat. in Burganes, 5 mercat. in Stronnes, 6 mercatas in Howgaland, 6 mercat. in Hagrista, 1 mercatam in Stroime, 1 mercatam in Halygarth, in parochia de Wesell 9 mercat. in Kirkgothie, 3 mercat. in Hamirland, ½ mercat. in Brek, 3 mercat. in Stronfurde, 2 mercat. in Browagarthe, 1 mercatam in Halybuster, 3 mercatas de Mustowie alias Scheiltoun, 3 mercat. in Kakeron, 1 mercat. in Dekerone, 2 mercat. in Houscourde, 2½ mercat. in Tussavell, 1½ mercatas in Nethir Sound, 2 mercat. in Overabusk, 1 mercatam in Westbister, 4 mercatas in Howgaland in parochia de Burra, 2 mercat. in Howgaland in parochia de Ti(n)gwell, 2 mercat. in Trondera, 2½ mercat. in Utrisland in parochia de Nesteyne, 3 mercatas in Quhaliesay alias Selchiskellie, 1 mercatam de Bigsetter in parochia de Auchsting, 1 mercat. de Sexsetter in parochia de Wais, cum tenentibus &c., anchoragiis, proficuis et devoriis

quibuscunque, in diocesi de Orknay, vic. et *lie foudrie* de Orknay et Zetland :—REDDEND. regi servitia debita et consueta, viz. pro baronia de Essilmonth unum den. argenti, et pro Abirdour et Kellequharne unam rosam, nomine albe firme, pro terris in Orchadia et Zetlandia feudifirmam debit. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Pat. Cheyne de Ferriehill, M. Alex. Cheyne in Auld Abirdein, Alex. Cheyne in Toddahill, Walt. Maitland filio quondam Jacobi M. de Manlaittie, Geo. Barroun notario publico, Patricio Copland studente in nova academia Aberdonen. (scriptore carte):—Apud Abirdein, 25 Jun. 1600]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. ejusque predecessores prestito, suprascripta dicto Jo. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 233.

1084. Apud Halyrudhous, 1 Nov.

REX confirmavit preceptum clare constat per M. Davidem Rait primarium ac procuratorem communem regalis collegii Veteris Abirdonie (cum consensu ceterorum magistrorum dicti colleg., et Davidis episc. Abirdonen. cancellarii dicti colleg.) superiorem terrarum subscript. (olim fundatarum hospitali Divi Germani in Laudonia dict. de Stella Bethlemetica, tunc dicto collegio unit.),—[qua,—quia quond. David Spens de Wormestoun miles vendidit quond. Alano Watsone civi Andreano, sub reversione, terras suas de Braidles, in constabularia de Craill, regalitate dicti colleg., vic. Fyiff, de episcopo Abirdonensi tanquam cancellario dicti colleg. tenendas; super quo quond. Wil. episcopus Abirdonen. literas regressus dicto Dav. S. concessit; et quia JACOBUS SPENS tunc de Wormestoun filius legitimus primogenitus dicti Dav. S., tanquam ejus assignatus ad dictam reversionem, 1 Maii 1581, per Wil. Symsone burgen. de Ansteruder, deliberavit Davidi Watsone filio et heredi dicti Alani summam 1350 merc. pro redemptione dict. terrarum, pro qua summa dictus Dav. dictas terras extradonavit (prout in instrumento redemptionis sub subscriptionibus quond. Joannis Patersone de Hiltervett, clerici vicecomitatus de Fyiff, et Patricii Glasfurde connotariorum contentum est), et easdem in favorem dicti Jac. resignavit,—igitur precepit Wil. Bowsie burgensi Craile ad dand. sasinam dicto Jac. desuper :—REDDEND. dicto collegio 5 sol. feudifirme :—TEST. Pat. Forbes de Cors, M. Jo. Forbes ministro Verbi Dei apud Awfurde, M. Rob. Paip advocato in Abirdene, M. Jac. Cunynghame servitore dicti episc., M. Hen. Leyth servitore dicti primarii, M. Willelmo Chalmer notario publico Abirdoneis commorante (scriptore carte):—Apud Abirdoniam, 20 Aug. 1600]:—INSUPER,—pro servitio sibi, matri sue et aliis suis progenitoribus per dictum Jac., ejus patrem et alios predecessores impenso, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicto Jac. Spens de Wormestoun, ejus heredibus, assignatis et successoribus quibuscunque, de novo ad feudifirmam locavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 195.

1085. Apud Halyrudehous, 1 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—quia JACOBUS MONYPENNY de Petmilly ejusque predecessores fuerant antiqui et nativi feudifirmarii infrascriptorum ultra hominum memoriam,—ratificavit cartam feudifirme per quondam Robertum episc. Cathanen. commendatarium prioratus S. Andree et ejus conventum fact. dicto Jac., tunc filio natu maximo et heredi apparenti quondam Davidis M. junioris de P.,—ob resignationem dicti Davidis,—de terris de Petmilly, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. de Fyiff;—TENEND. de dicto prioratu;—de data 8 Dec. 1576 :—NECNON cartam feudifirme per quond. Patricium archiepisc. S. Andree factam eidem Jacobo,—ob resignationem dicti Dav.,—de terris de Dynnennow et Ballelie, cum molendinis, principali fortalicio, manerie, tenentibus &c., cum superioritate de Pittarthie, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—TENEND. de dicto archiepisc.;—de data 11 Sept. 1577 :—NECNON cartam regiam dicto Jac. factam de dictis terris de Dynnennow, Ballelie et Pittarthie, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, communi pastura et privilegio effodiendi *lie faill* et *dovett* in *the Kingis-mure*, cum tenentibus

&c.;—de data 11 Jul. 1592 :—Preterea rex suprascripta dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit; et easdem, pro ejus bono servitio, incorporavit in liberam baroniam de Petmilly:—Reddend. pro Pitmilly 13 sol. 8 den. feudifirme seu cane; pro ceteris servitium warde &c., et pro Dynnennow et Pittarthie 20 sol., pro Ballelie 6 sol. 8 den., nomine cane: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 207.

1086. Apud Halierudhous, 3 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit JOANNI BONAR seniori de Lumquhat, in vitali redditu, et JOANNI BONAR juniori ejus filio natu maximo et heredi apparenti in feodo,—villam et terras de Greigstoun, cum decimis garbalibus inclusis, in parochia et regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—quas Hen. Balfoure de Greigstoun, Agnes Ramsay ejus conjux, et Jo. Weymis de Cuthilhill pro ejus interesse, in eorum favorem resignaverunt; et quas rex,—pro bono servitio dicti Jo. B. senioris, ac pro compositione persoluta,—dictis personis de novo in feudifirma locavit, cum moris, marresiis et carbonibus:—Tenend. dicto Jo. B. seniori *ut sup.*, dicto Jo. B. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. B. senioris de corpore legit. procreatis, quibus def., Alexandro Bonar de Balgirscho fratri germano dicti Jo. B. senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Jo. B. senioris quibuscunque cognomen et arma de Bonar gerentibus:—Reddend. 17 lib. 6 sol. 8 den., 24 capones, 7 libras 5 den. loco gressume decemnonalis, necnon 46 sol. 3 den., cum 6 caponibus, in augmentationem rentalis; ac prestando et supportando bonum equum annuatim duodecies si peteretur, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia infra monasterium S. Andree, cum aliis servitiis et devoriis debit. et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent sic quod duo termini in tertium pertransirent, vel dictas terras sive earum majorem partem sine licentia regis impignorarent aut alienarent, hec carta nullius esset roboris; et plantando arbores solo convenientes; et servando limites immunes, vel regi fideliter intimando:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 197.

1087. Apud Halierudhous, 4 Nov.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit HENRICO BALFOURE de Greigstoun, et AGNETI RAMSAY ejus sponse,—villam et terras de Drumtennand, in dominio et senesc. et vic. de Fyiffe; cum pendiculo earundem nuncupato Heddreinche (per dictum Hen. et Alex. Honyman occupat.), cum communi pastura equorum, boum et ovium *lie nolt and scheip*, ac libertate effodiendi glebas et *lie turves*, cespites, focalia et *lie dovettis*, in Munkismos et Edinsmure, una cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie de Collesse; necnon octavam partem ville et terrarum de Kettill nuncupat. Kingiskettill (per Jac. Small in Kingiskettill occupat.), in dictis senesc. et vic.;—quas Jo. Bonar de Lumquhat et Jo. B. apparens ejusdem, cum consensu Helene Arnot sponse dicti Jo. junioris, in favorem dictorum Hen. et Ag. resignaverunt:—Tenend. dictis Hen. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Hen. quibuscunque; cum communi pastura (pro Kettill), libero introitu &c. (*ut in carta* 457):—Reddend. pro Drumtennand cum pertinentiis et dicta advocatione *ut in carta* 191; pro Kettill *ut in carta* 552:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 59.

1088. Apud Halierudehous, 4 Nov.

REX concessit WILLELMO TWEDY juniori de Wray et MARIE BAILLIE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Wil. Twedy quibuscunque,—dimidiam quarteriam terrarum de Quhitslaid et Glenkirk, in parochia de Glenquhime, vic. Peblis;—necnon dicto Willelmo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wray, in dictis parochia et vic.;—quas terras de Quhitslaid &c. Wil. Twedy senior de Wray,

terras de Wray Marjoria (vel Mariota) de Glenquhyme ejus sponsa, in favorem dictorum Wil. junioris et Marie resignaverunt :—RESERVATO vitali redditu dictis Wil. seniori et Mariote :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 166.

1089. Apud Halyrudehous, 5 Nov.
REX constituit M. GEORGIUM GLEDSTANES, durante ejus vita,—episcopum Cathanensem ; cum dicti episcopatus fructibus, decimis, piscationibus, feudifirme firmis, superioritatibus &c.;—vacan. per decessum Roberti com. de Marche ultimi episc. ejusdem. xlii. 194.

1090. Apud Halierudhous, 9 Nov.
REX confirmavit cartam Joannis Leslie de Balquhane,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una et Jo. L. unicum suum filium ab altera partibus, cum avisamento Francisci com. Errolie dom. Hay constabularii Scotie, de data presentium,—vendidit dicto JOANNI LESLIE juniori, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. senioris quibuscunque reversuram,—baroniam de Balquhane, viz. maneriem *lie* Maynis de B. cum fortalicio, manerie, *lie boigis*, nemoribus, terras et villam de Inverramsay, Awldtoune et Nethirtoun de Knokinblewis, villam et terras de Quhytcors, molendinum de Q., terras molendinarias &c., villam et terras de Petbie et Tullochis, dimedietates terrarum de Drumdurno et B(l)airdaff, cum advocatione beneficiorum et capellaniarum, vic. Abirdene :—TENEND. de rege : —cum precepto sasine:—TEST. Joanne Wrquhart de Culbo tutore de Cromartie, Pat. Con de Auchry, M. Geo. Barclay clerico vicecomitatus de Banff, Jo. Leslie de Abirsniethok, M. Wil. Barclay advocato Abirdonensi (scriptore carte) :—Apud Turreff, 23 Sept. 1597]:—INSUPER, pro servitio sibi prestito, dict. baroniam dicto Jo. Leslie juniori de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 163.

1091. Apud Halyruidhous, 11 Nov.
REX concessit D. JACOBO HAMMILTOUN filio legitimo Joannis marchionis de Hammiltoun, pro ejus vita,—abbatiam de Abirbrothok, tam temporalitatem quam spiritualitatem ejusdem, fructus, decimas, ecclesias et patrimonium ;—vacan. per resignationem dicti marchionis tanquam commendatarii ejusdem, 10 Nov. 1600 :—RESERVANDO dicto marchioni dict. abbatiam pro ejus vita :—INSUPER rex, pro servitio dicti marchionis et ejus predecessorum, concessit quod dictus Jac. nullatenus astrictus esset in solutione primi anni fructuum neque quinti denarii. xliii. 2.

1092. Apud Halierudhous, 15 Nov.
REX confirmavit JOANNI LUMISDEN de Cuschnie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Fowllis-Mowat cum molendino, terras de Knokreach et Balchemye cum molendino, terras de Balnakilyie, in baronia de Cushnye, vic. de Abirdene ;—que fuerunt dicti Jo., tente Fowlis-Mowat &c. de rege per servitium warde, Balnakeilyie de rege similiter durante vita Andree com. de Rothes (eo quod dictus com. quond. Patricium L. predecessorem dicti Jo. in eis tanquam retornatum heredem quondam Jacobi L. ejus patris intrare recusavit) ; et quas idem Jo. personaliter 14 Nov. 1600 in favorem suum resignavit ; et quas rex, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Jo. et ejus predecessores prestito, dicto Jo. de novo dedit, cum *lie* Mylnetoun de Fowlis-Mowatt, et pendicula *lie outseat* de Knokreauche appellata Ne(w)toun de K. alias Wark, dicto molendino de Knokreauche et Balchemye tunc vocato molend. de Cuschnie, cum ejus terris &c., et *lie outsettis* de Balnakeilyie vocat. Brydiswall et Elfhillok, et cum maneriebus, silvis, piscationibus, montibus, pasturagiis, *lie bogis* ; et omnes (includendo Balnakeilyie cum pertinen. quamdiu de rege tenerentur) incorporavit in liberam baroniam de Cuschnie-Lumsden : —REDDEND. regi pro Fowlis-Mowat &c. unam sectam in curia capitali vic. de Abirdene post festum Michaelis ; pro Balnakeilyie regi durante vita dicti Andree, et postea heredibus dicti And. baronibus de Ballinbreich, jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum de Fowlis-Mowat &c. (extendentibus ad 3

libratas antiqui extentus) ad 15 libras, de Balnakeilyie (30 sol. ant. ext.) ad 8 lib. annuatim, relevium ad dict. devorias unius anni, maritagium ad 300 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 204.

1093. Apud Halierudhous, 15 Nov.

REX,—recordans bonum servitium sibi prestitum pro sua e manibus quondam Joannis olim com. de Gowrie et quond. M. Alexandri Ruthven ejus fratris eorumque complicium liberatione preservationeque sua a sevissima proditione per eos pro murthuro suo in hospitio dicti com. infra burgum de Perth imaginata, ubi per Dei provisionem infradictus vir presens interfuit et propriam vitam pro regis preservatione periculo exposuit,—ideo concessit GEORGIO HAY de Nether Lyff, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Nether Lyff, cum decimis, feudifirme firmis, canis, servitiis &c., in dominio et regalitate de Scone, vic. Forfar; — que regi devenerunt ob forisfacturam dicti com. :—REDDEND. pro terris 20 merc., pro decimis 20 merc., in toto 40 merc. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 201.

1094. Apud Halyrudehous, 15 Nov.

REX,—recordans &c. (*ut in carta* 1093), —concessit M. PETRO HAY de Nether Durdie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Durdie-Inglis alias Nether Durdie, cum decimis, feudifirme firmis, canis, servitiis &c., in dominio et regalitate de Skone, vic. Perth;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. de Gowrie :—REDDEND. *ut in carta* 1093:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 202.

1095. Apud Edinburgh, 15 Nov.

REX,— recognoscens diuturnum servitium sibi impensum per quondam Alex. Erskin magistrum de Mar in educatione et custodia sua durante sua infantia et etate tenera, —et fidele servitium sibi per famulum suum THOMAM ERSKIN de Gogar militem unum ex cubiculariis suis ac capitanum suorum satellitum, filium seniorem dicti Alex., tam ante quam post dicti Alex. obitum continuatum, — et presertim prestantiam illius insignis servitii sibi per eum prestiti apud burgum de Perth infra hospitium quond. Joannis olim com. de Gowrie 5 Aug. 1600, in resistentia monstruose, impie et horrende proditionis et conjurationis per dictum com. et quond. M. Alex. Ruthven ejus fratrem germanum in personam regis serenissimam pertentate ex precogitato preposito vitam regiam extinxisse, ubi rege proditorie et dolose per dictum Alex. ad turriculam infra prefatum hospitium deducto et de omnibus famulis deserto, et interea vitam strenue defendente, dictus miles ad regis auxilium fortiter intravit vitamque suam ad magnam sui sanguinis effusionem per dictos proditores eorumque complices in subsidio regis evidenti periculo exposuit, divinaque providentia ad regis conservationem ab eorum manibus sanguinariis viriliter assistebat, et cum Deo placuisset dictum militem ea dignitate decorare ut sua fortitudine ad perpetuam suam collaudationem unus ex precipuis ad salutem regis efficeretur, sic quod omnes regni status tam rarum et singulare beneficium adepti essent continuatione sui naturalis principis ut in equitate et justitia ad Dei gloriam, regni tranquillitatem et totius populi solamen eos gubernaret; his causis visis et in parliamento tento apud Edinburgh 15 Nov. 1600 clare probatis, — cum avisamento trium regni statuum in parliamento, concessit et quitteclamavit dicto Tho., heredibus ejus masc. et assignatis,—tertiam partem terrarum et baronie de Dirletoun, cum castro, manerie, columbariis, silvis, Brakin-park, Hilfeild (vel Hilfauld), Mensles et Mensles-mure, cum terris ville de Dirletoun que per quond. M. Adamum Otterburne appreciate et per Dominam Jeannam Halyburtoun legitime relaxate fuerunt, cum molendinis, terris molendinariis, cunicularis, piscationibus tam in aquis salsis quam dulcibus, advocatione prepositure de Dirletoun, tenentibus &c., tertiam partem terrarum de Boltoun, cum molendino, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; tertiam partem terrarum de Hassindon et Halieburtoun, cum molendinis, terris

molendinariis, advocatione capellanie de Halieburtoun, cum tenentibus &c., vic. de Beruik; superioritatem et tenandriam dimedietatis terrarum et baronie de Ballegarno, cum tenentibus &c., tertiam partem terrarum et baronie de Abirnyite, cum molendinis, molendinis fullonum, tenentibus &c., necnon terrarum et baronie de Forgoundeny, cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., advocatione capellanie de Forgoundeny, vic. Perth; tertiam partem terrarum et baronie de Segye, cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Kinroschyre;—que pertinuerunt ad dictum Jo., saltem is succedendi jus ad eas habuit tanquam heres apparens quondam Jacobi com. de Gowrie ejus fratris vel quond. Willelmi com. de G. ejus patris; et regi devenerunt ob forisfacturam dictorum Jo. et Alex.:—Insuper rex suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Dirletoun; et concessit dicto Thome eschaetam omnium reversionum de suprascriptis in favorem dict. Jo. aut Alex. concessarum:—Preterea, in speciale warrantum suprascriptorum, concessit dicto Tho. — terras infrascriptas dominii sui de Strivilingschyre, viz. terras et baroniam de Tulliecultrie, cum fortaliciis, maneriebus, molenninis, piscationibus, feudifirme firmis, canis, tenentibus &c., vic. Clakmannane; terras de Cornetoun, Bothkenner, Maner, Powhous, Logy, Blairlogy, Skeoch alias Blairgib, molendinum de Skeoch, Greneyairdis, Walkerishill et Walkmylne, cum fortaliciis &c. (*ut supra*), vic. Striviling;—quas incorporavit in baroniam de Cornetoun:—Reddend. unum den. argenti nomine albe firme; non obstante quod terre principales per servitium warde, terre in warrantum concesse in feudifirma, antea tenebantur:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 219.

1096. Apud Edinburgh, 15 Nov.[1]

REX,—repetens servitium impensum per famulum suum D. HUGONEM HEREIS unum ex cubiculariis suis non solum infra regnum verum etiam extra ut ei demandatum fuit,—et presertim &c. (*ut in carta* 1095), — cum avisamento trium regni statuum in parliamento, concessit et quitteclamavit dicto Hugoni, heredibus ejus et assignatis,—villam, terras et baroniam de Cowsland, cum fortalicio, manerie, columbariis, molendinis, tenentibus &c., advocatione capellaniarum earundem, vic. Edinburgh;—que pertinuerunt &c. (*ut in carta* 1095):—Insuper rex eas incorporavit in liberam baroniam de Cowsland; et concessit dicto Hug. eschaetam &c. (*ut in carta* 1095):—Preterea, in speciale warrantum suprascriptorum, concessit dicto Hugoni—terras de Largo et earundem feudifirmas (extenden. ad 5 celdras avenarum, 3 celd. 8 bollas ordei, 1 celdram 10 bol. tritici), Ardeth et earum feudifirmas (ad 4 celd. 4 bol. ordei, 3 celd. 4 bol. tritici), Rathelet et earum feudifirmas (ad 2 celdras 4 bol. ordei, 2 bollas tritici);—quas incorporavit in unam liberam tenandriam:—Reddend. *ut in carta* 1095:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 222.

1097. Apud Edinburgum, 15 Nov.

REX,—ad memoriam revocans acceptissimum et singulare servitium sibi et toti regno prestitum 5 Aug. 1600 per servitorem suum JOANNEM RAMSAY de Eist-Barnis militem, cum Perthe in domo quondam Joannis olim comitis de Gowrie personam regiam defenderet adversus conjurationem dicti com. ejusque fratris quond. M. Alexandri Ruthven, qui dissimulanter (pretextu cujusdam servitii erga regem prestandi) regem a Falklandia Perthiam usque infra dicti comitis hospitium pellexit, ubi cum fraudulenter et secreto in turriculam dicti hospitii regem adduxisset, et ibi quod ante deliberatum erat crudelissime ac nefarie regi vitam eriperet, assistentia viri cujusdam armati in eadem turricula dicti comitis consilio inclusi et ad impium illud facinus perpetrandum armis telisque instructi, cum vero in predicte turricule cubiculum venissent, dictus Alex. tunc summa cum verborum acerbitate et immani crudelitate in sacrosanctam regis personam violentas manus injecit, et in extremum furorem adactus quanta potuit vi et diabolica malitia regi vitam eripere adnixus

[1] Dated in the Register 5 Nov. Corrected from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxi. fol. 320.

est, animosa tantum illa regis resistentia impeditus quam armis omnique auxilio destitutus prestare in tanto periculo potuit, singulari tandem adjuvante Dei providentia, cujus auxilio factum est ut invito dicto Alex. ad fenestram dicte turricule cum rex pervenisset editoque clamore servitores suos et subditos subjecta fenestre platea tum forte versantes admonuisset et iis significaret quam atroci facinore dictus Alex. contra personam regiam usus esset et intentaret nisi mature succurrerent, dictus Jo. R. quamvis longius ceteris regis servis a loco abesset, tamen Dei spiritu inductus summaque illa animi alacritate ac vehementi desiderio commotus vitam suam profundendi pro gratiosi principis sui, in eum semper benefici, salute recuperanda, incredibili celeritate eaque diligentia ad regis relevamen advolavit ut omnium primus in cubiculum erumperet, sic regi laboranti tam subito tulit opem ut postquam dictum Alex. pugione propria confodisset, eundem statim vi cubiculo expulisset, eoque expulso cum previderet quantum adhuc periculum immineret a dicto com., pro ipsius facinoris meliore resistentia Thomam Areskinum de Gogar et Hugonem Heresium milites in regis defensionem mox advocavit, qui vix summa usi diligentia in dictum cubiculum pervenerant cum dictus comes magno desperatorum proditorum numero stipatus subito insecutus est et infra cubiculum rumpens audacter invasit pro regis fideliumque regis servorum cede perpetranda, prout armatorum stipatorum numero superior paucos regis servitores in extremum vite discrimen reduxerat, quousque tandem dictus Jo. R. insigni fortitudine et successu plane divino eos proditores animose aggressus dicto comiti cor gladio transfixit aliosque plurimos ejus stipatores vulneribus afflixit, atque demum dictorum Tho. et Hugonis auxilio adversarios omnes cubiculo expulit, unde factum est ut rex miraculose conservatus esset omnesque regni Ordines ab extremo periculo vindicati; que omnia per tres regni status in parliamento apud Edinburgum 15 Nov. 1600 tento verificata sunt, dictorumque statuum decreto judicatum est nullum hoc servitio preclarius per subditum quemcunque principi prestari potuisse, — igitur, cum consensu dicti parliamenti, concessit dicto Jo. Ramsay, heredibus ejus et assignatis, — terras de Eist-Barnis (occupat. per Jo. Brysoun, Jo. Gulane et Wil. Maislet ibidem, solventes quemque annuatim 52 bollas 2 peccas victualium, Geo. Smyth, Jo. Purves, . . Purves, Geo. Maislet et Wil. Wolf, solven. quemque 26 bollas 1 pec. victualium), *lie* Rig et Fluiris (occupat. per Wil. Kellie thesaurarium burgi de Dumbar, solventem 33 bol. 1 pec.[1] victualium), et Newtounleyis (occupat. per M. Jo. Achesoun, solven. 72 bol. 3 pec., et Wil. Nisbit portionarium ibid., solven. 24 bol. 1 pec., victualium), extenden. in toto ad 26 celdras victualium ($\frac{1}{2}$ tritici et $\frac{1}{2}$ hordei), cum tenentibus &c., in parochia et dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—Redd-end. unam rosam rubram 5 Aug. nomine albe firme, non obstante quod dicte terre antea in feudifirma tente erant:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 21.

1098. Apud Halyrudehous, 15 Nov. REX,—habita ratione vetuste et antique constitutionis clarissime civitatis Perthensis seu BURGI DE PERTH per predecessores suos in liberam civitatem liberumque regium burgum, magneque ejus antiquitatis ac commodi et ameni situs in media patria, conjungendo unum dimidium ejus cum altero in obedientia regia; ac considerans dictum burgum esse omni pacis et belli tempore aptissimum ad publica comitia et majores Ordinum regni et subditorum conventus recipiendum, et in quo conventus regni frequentius ab antiqua memoria convenerant, in quo etiam predecessores regis cum conjugibus et familiis habitarunt eodem pro certo domicilio usi, et in quo parliamenta olim habebantur; quemadmodum commissionarii ceterorum burgorum una voce judicaverant dictum burgum antiquitatis et dignitatis ordine preferendum ville de Dundie, et ut in omnibus parlia-

[1] So *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxii. fol. 22. The Great Seal Register has "23 bollas 1 pec.;" which does not correspond with the sum total in the text. *Cf.* No. 820 *supra*.

mentis et burgorum conventionibus commissionarii de Perth priore loco ante commissionarios de Dundie fruerentur; et quia pons dicti burgi, cui nomen pons Taii fluminis, fuit pretiosissima regni gemma opusque imprimis toti regno necessarium, et ea de causa, ac ratione plurimorum munerum et officiorum a dicto burgo, ejus civibus et incolis erga regis predecessores et in rem regni publicam in rebus arctis prestitorum, predecessores regis non solum dict. burgum donationibus et libertatibus cumularant (ut donationes ceteris burgis facte fere ad dict. burgum referrentur et ad beneficia in illud antea collata), sed etiam dictus pons publicis impensis edificatus est; et quia ex firmis dicti burgi, extenden. ad 80 libras sterlingorum, predecessores regis summam 69 lib. 8 sol. 8 den. sterlingorum in puram elimosinam concesserant priori et conventui de Sanctandrois, abbati et conventui de Scona, abbati et conventui de Cambuskynneth, priori et conventui Vallis Virtutis prope Perth, Fratribus Dominicalibus seu Predicatoribus, Minoribus, et Fratribus Carmelitis sive Albis burgi de Perth, et similiter ante ullum annexationis actum residuum dict. firmarum aldermanno et communitati dicti burgi ad sustentationem dicti pontis concesserant; et rex Jac. VI. concesserat hospitali et pauperibus dicti burgi in perpetuam elimosinam dict. firmas burgales monasteriis et Fratribus antea concessas, residuo ad reparationem dicti pontis applicando, — in memoria habens bonum servitium et egregia officia tam belli quam pacis temporibus per dict. burgum et ejus incolas sibi et suis predecessoribus prestita, — cum consensu &c. (101. 102. 39.),—ratificavit omnes cartas &c. dictis burgo et hospitali concessas, viz. [1] cartam Willelmi regis Scotorum, dicti burgi fundatoris et instauratoris post ejus vastationem inundatione fluminis Taii,—qua prohibitum est ne quis mercator extraneus infra vicecomitatum de Perth extra dictum burgum emeret seu venderet, &c. (*vide* Acta Parl. Scot. I. 86):—[2] cartam Roberti III. regis, de data apud Edinburgum, 5 Maii an. reg. 10 (A.D. 1399),—ratificando dict. cartam Wil. regis in eadem insertam; ac concedendo preposito, ballivis, burgensibus et communitati dicti burgi, ad reparationem dicti pontis, fines, amerciamenta et eschaetas de transgressionibus dicte carte:—[3] cartam Roberti II. regis, de data apud Dunfermling, 23 Jul. an. reg. 4 (A.D. 1374), — qua ad feudifirmam dimisit aldermanno &c. dicti burgi—dictum burgum, cum ejus insulis infra aquam de Taia, viz. *lie* Law de Inscherratt, Inschyry et Sleiples, cum omnibus piscariis dict. insularum, cum piscationibus unius retis Insule Regie, et ceteris piscariis, cum annuis redditibus particatarum et burgagiorum, firmis, parvis custumis &c.;—Reddend. 80 lib. sterlingorum (*vide* Regist. Magni Sigilli A.D. 1306–1424, p. 110, no. 67):—[4] transsumptum dicte carte Roberti II. sub magno sigillo Jac. II. regis, de data apud Edinburgum, 25 Oct. an. reg. 7 (A.D. 1443):—[5] cartam Roberti de Bruice regis, —penes gildam dicti burgi, et libertatem mercatoribus dicte gilde emendi et vendendi omnibus locis infra dictum vic., et precipue infra aquam de Taia a Drumlay et infra; prohibendo ne extranei mercatores ibi presumerent aliquid vendere aut bulcam frangere nisi de licentia mercatorum de Perth, sub amissionis pena rerum venditarum:—[6] literas dicti Rob. de Bruce regis, de data apud Restennett, 19 Jun. anno regni 12 (A.D. 1317),—proportantes quod,—quia burgenses de Perth coram Wil. de Lyndsay camerario Scotie apud Dundie, die Sabbathi proximo ante festum nativitatis B. Joannis Baptiste, petierant libertatem suam quod nulla navis veniens infra Drumlay deberet exonerari nec frangere *bulk* quousque veniret ad pontem de Perth, nisi onerata esset cum bonis manentium in villa de Dundie vel tempore nundinarum de Dundie,—ideo dictus rex camerario mandasset quatenus eos in dicta libertate juste manuteneret:—[7] cartam Davidis II. regis, de data apud Perth, 10 Apr. an. reg. 36 (A.D. 1366),—ratificando cartas regum Wil. et Rob. de Bruce ([1] *et* [5] *supra*);—[8] cartam Rob. III. regis, de data apud Edinburgh, 6 Maii an. reg. 10 (A.D. 1399),—confirmando dictas literas regis Rob. de Bruce ([6] *supra*) in eadem insertas; et precipiendo camerariis Scotie quatenus dict. libertatem manutenerent:—

[9] cartam Rob. III. regis, de data apud Lynlythgow, 10 Apr. an. reg. 4 (A.D.1394), —concedendo preposito, burgensibus et communitati dicti burgi,—quod haberent vicecomitem de suis comburgensibus dict. burgum inhabitantibus per aldermannum et burgenses eligendum; et quod haberent exitus curiarum dicti vicecomitis, et itinerum justiciarie infra dictum burgum, ad sustentationem dicti pontis :—[10] actum auditorum scaccarii in dorso dicte carte [9] subscript. per Ric. Robertsoun substi(tu)tum M. Joannis Frasell clerici rotulorum et registri,—proportans quod in scaccario Jac. IV. regis apud Edinburgh, 18 Jun. 1494, dicti auditores inspexerunt dict. cartam, et quod exitus dictorum itinerum ad reparationem dicti pontis persolvi debuerunt :—[11] duas cartas Rob. III. regis, de datis apud Lynlythgow, 10 Maii 1397, an. reg. 8, et apud castrum de Rothesay, 28 Feb. 1397, an. reg. 8,—concedendo communitati, burgensibus et fratribus gilde dicti burgi — libertatem capere foristallatores infra libertatem suam dicti vic. de Perth, ac bona per eos foristallata confiscare ad opus dicti pontis :—[12] cartam Rob. III. regis, de data apud Edinburgh, 30 Jan. 1404, an. reg. 15,—concedendo aldermanno et communitati dicti burgi — 11 libras sterlingorum residuas et regi debitas de firmis dicti burgi, in puram elimosinam ad sustentationem dicti pontis :—[13] cartam Rob. III. regis sub secreto sigillo haben. robur magni sigilli, de data apud castrum de Rothesay, 5 Mar. anno regni 16 (A.D. 1405-06),—confirmando aldermanno, ballivis, consulibus et decano gilde dicti burgi —potestatem faciendi (cum consensu fratrum gilde) statuta &c., et penas tam in curia ballivorum quam in curia gilde et alias ad utilitatem dicti pontis levandi :—[14] indenturam de data apud Perth, 29 Jun.[1] 1464, inter aldermannum, ballivos, consules et communitatem dicti burgi ab una, et quondam Ric. Eviott de Balhoussie ab altera partibus,—penes ocream *lie bute* de Balhoussie aliaque inibi contenta:—[15] cartam quondam Patricii Ruthven domini ejusdem sub ejus sigillo, cum sigillo M. Joannis Dunyng vicarii de Perth per eum procurato, de data apud Perth, 24 Dec. 1458, — ratificando evidentias preposito, burgensibus et communitati dicti burgi factas per D. Wil. de R. et D. Jo. de R. milites, avum et patrem dicti Pat.,—de pecia terre inter monasterium Carmelitarum de Tullielum et communem moram dicti burgi;—Tenend. de rege;—ac renunciando omni juri ad dict. communem moram, precipue ad *lie* Catsyde in eadem :—[16] indenturam de data apud Perth, 24 Nov. 1494, inter quondam Wil. dom. Ruthven liberetenementarium baronie de Ruthven et Wil. Ruthven ejus filium et heredem apparentem feodatarium dicte baronie ab una, et prepositum, ballivos, consules et communitatem dicti burgi, ac quond. Jo. Eviot de Balhoussie, ab altera partibus,—penes aqueductum ad molendina dicti burgi, et sustentationem operis nuncupati Lous-wark :—[17] cartam Jac. II. regis, de data apud Perth, 25 Mar. 1451, an. reg. 16,—eximendo burgenses dicti burgi a solutione custumarum salis et pellium :—[18] cartam Jac. V. regis, de data apud Perth, 10 Mar. 1527, an. reg. 15,—ratificando cartam precedentem (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1513-1546, No. 562) :—[19] cartas per predecessores regis factas prepositis, ballivis, consulibus et communitati dicti burgi—de officio coronatorie *lie crownerschip* in dicto burgo ad idem pertinente :—[20] tres literas, viz. unam indentatam de data apud Dumfermling, 20 Maii 1440, et duas patentes non indentatas de datis apud monast. de Dumfermling, 9 Jun. et 16 Jun. 1440, omnes per abbatem et conventum dicti monast. factas preposito, ballivis et communitati dicti burgi,—penes quasdam conventiones inter eos factas :—[21] literam per quondam Jac. priorem S. Andree et, episcopo in remotis agente, vicarium generalem, et per capitulum ecclesie cathedralis S. And., de data apud S. Andream, 3 Sept. 1440,—ratificando dictas tres literas, ad longum recitatas :—[22] omnes fundationes et mortificationes per quascunque personas dicto burgo, ejus prepositis, aldermannis, ballivis, consulibus,

[1] The Privy Seal Register (lib. lxxii. fol. 3) reads "19 Jun."

decanis gilde, decanis artium, burgensibus, et hospitali ac pauperibus ejusdem concessas, —de quibuscunque prebendis, altaragiis, capellaniis et beneficiis fundatis in ecclesia parochiali de Perth, vel in alia capella seu loco infra libertatem ejusdem, et de earum jure patronatus, terris, annuis redditibus &c.:—[23] duas cartas Jac. VI. regis dict. hospitali et pauperibus concessas, de datis apud S. Andream, 9 Aug. 1569, an. reg. 3 (*vide* Registrum Magni Sigilli, A.D. 1546–1580, No. 1874), et apud Edinburgum, 29 Jul. 1587, an. reg. 21, confirmatam per acta parliamenti 29 Jul. 1587 et 5 Jun. 1592 :—[24] decretum per commissionarios burgorum latum, de data apud Perth, 21 Jun. 1582,—decernendo quod burgus de Perth antiquitate et dignitate preferretur ville de Dundie :—[25] omnes cartas per Jac. VI. regem et predecessores suos dicto burgo concessas—penes fora et nundinas ejusdem, et presertim quatuor liberas nundinas, viz. Palmarum, Estatis medie (24 Jun.), Autumnales B. Joannis (29 Aug.), et Brumales Divi Andree (29 Nov.), *lie Palm-Sonday-fair, Mydsomer-fair, Sanct-Johnis-fair in harvest, and Sanct-Androis-fair* :—Necnon ceteras cartas quascunque per se suosque predecessores dicto burgo concessas :—Insuper de novo ad feudifirmam dimisit preposito, ballivis, consulibus, burgensibus et communitati dicti burgi, et eorum successoribus, — dictum burgum regium, ejus menia, portas, fossas, strata, stagna, pontem et ejus portas et edificia, insulas australem et borealem, territorium, molendina, terras molendinarias, aqueductus, *lie dammis, lie dam* et *intak* aqueductus vocat. Lowis-wark, *lie* Burrowmure tam *lie* Catsyde quam ceteras partes ejusdem, omnes vias a burgo ducentes, tam commune iter ad aquilonem preter superiora molendina, cum *lie Langcalsay* et *Kowcalsay*, quam cetera passagia, omnes terras, tenementa, annuos redditus, jacentes vel levandos infra burgum, cum stagno *lie* Spay-stank et turre *lie* Spy-toure, portubus et alia communitate dicti burgi, cum prefatis insulis et piscariis in aqua de Taia, annuis redditibus particatarum et burgagiorum, firmis, toloneis, parva custuma dicti burgi, devoriis portarum et portuum ac nundinarum, *lie pynorie* et purgationis platearum *lie gait-dichting* et lignorum ac fori lignarii *lie tymber* et *tymber-market* consuetis, et custumis solitis bonorum asportandorum ad plateas de Perth ut venderentur, cum moris, pratis, curiis &c., cum privilegio habendi molas tam ad ventum quam ad aquam, aqueductus, torralia, ustrina &c., cum hepdomadali foro diebus Mercurii et Saturni, cum dictis quatuor nundinis pro spatio et diebus solitis tenend., cum tolloneis, vicecomitum feodis, ballivorum chirothecis &c. :—Insuper concessit dictis preposito &c.—plenam jurisdictionem aque de Taia, onerandi et exonerandi naves a Drumlay et infra, cum potestate impediendi alios quoscunque, necnon levandi parvas custumas, anchoragia, portuum pecunias &c. infra dictas bondas sicut burgus de Edinburgh levavit apud villam de Leyth ; precipiendo preposito, ballivis, consulibus, burgensibus, communitati et incolis ville de Dundie ne presumerent molestare quemvis civem, burgensem aut incolam de Perth vel aliquam navem aut aliud vas marinum majus vel minus eorum vel cujusvis extranei venien. infra aquam de Tay infra Drumlay, vel levare anchoragium, portuum pecunias (*lie schoir-silver*), doliorum pecunias (*lie tun-silver*), parvas custumas &c.; et prohibendo ne qua navis infra Drumlay exoneraretur &c. (*ut supra* [6]);—et confirmavit eis dictum officium coronatoris cum ejusdem jurisdictione in omnibus itineribus justiciarie et alias ; cum potestate dictis preposito &c. ut armati custodirent pretorium et alia loca in quibus itinera justiciaria habita sunt, secundum antiquum usum ;—et confirmavit eis officium vicecomitis predictum; una cum eschaetis civium, burgensium et incolarum dicti burgi qui condemnarentur pro quocunque crimine coram prefecto ac questore primario rerum capitalium ac justiciario generali vel ejus deputatis, vel coram alio judice, vel pro eodem fugitivi essent, vel sibi ipsi mortem consciscerent confossione, laqueo seu suspendio, demersione, veneno, vibratione colubrinarum, suffocatione vel alio quocunque modo sibi vitam adimerent, ad sustentationem dicti pontis dicti burgi et aliorum publicorum operum ejusdem ;—

et confirmavit gildam, officium ejusdem et functionem dicto burgo, ejus civibus et burgensibus (exceptis fullonibus et telariis), et ut haberent suam gildam mercatoriam, decanum gilde gildeque concilium, quos annuatim eligerent, prohibendo ne quis mercator infra dictum vic. emeret aut venderet nisi apud dict. burgum; et quod nulla taberna haberetur in aliqua villa in dicto vic. de Perth nisi ubi miles esset dominus ville et in ea manens, et ibi non haberetur nisi una taberna; et quod nemo extra dictum burgum in dicto vic. faceret pannum tinctum, mixtum vel tonsum preter cives et burgenses de Perth in gilda mercatoria et qui communicarent ad auxilia reddenda; et ne quis mercator nisi civis et burgen. de Perth secaret pannum ad vendendum in dicto burgo nisi a die Ascensionis Domini ad Vincula S. Petri, vendendum in dictis estivis nundinis; et quod omnes in dicto burgo manentes, qui supplerentur ex foris et macellis dicti burgi, vel qui venderent vel emerent ibidem, auxilia ferrent cum burgensibus ad *lie watching*, *wairding*, *skatting*, *lotting*, *stenting*, *taxatioun*, *impositioun*, et *contributioun*, solutione et alias; cum potestate prepositis, ballivis, consulibus et decanis gilde faciendi statuta &c., et foristellatores eorumque bona confiscandi absque authoritate judicis:—INSUPER rex,—quia pons Iernius *lie Brig-of-Erne*, qui charitate ecclesiasticorum fuit constructus et sustentatus usque ad tempus reformationis religionis, tunc cum plateis et viis eidem ab utroque fine adjacentibus, magna vi fluminum et inundatione aquarum tendebat in ruinam, et magna pars lapidum et columnarum ejusdem soluta et quassata est, et magna pars fornicum operisque concamerati jam defecerat, subsederat et ceciderat,—cum idem pons proxime et secundum dict. pontem Perthensem esset unica parata via ad boreales partes regni tam montanis quam inferioribus, et propterea esset necessaria pendicula dicti burgi et pontis Tai,—concessit dicto burgo, et prepositis, ballivis, consulibus, civibus, burgensibus et communitati ejusdem,—dict. pontem Iernium, ejus vias omnesque commoditates ad ejusdem refectionem tanquam appendicem dicti burgi; necnon vectigalia et devoria subsequentia, viz. 2 den. pro unoquoque equite singulis temporibus transitus per dictum pontem, 1 den. per singulos pedites, 2 den. pro singulis jumentorum oneribus seu sarcinis annone seu victualium, 1 den. pro unoquoque jumenti onere salis, piscium, pultrearum et id genus aliorum, (1 den.) pro unoquoque equo aut jumento, 1 den. pro bove aut vacca et id genus aliquo, 1 den. pro singulis quatuor ovibus, 4 den. pro unoquoque jumenti onere mercium, pro unaquaque sarcina 1 den., et pro ceteris rebus similia vectigalia consueta, ad reparationem et sustentationem dicti pontis: — INSUPER exemit dictos prepositos, ballivos, vicecomites, consules, burgenses, communitatem et inhabitantes ab omni inquisitione vel assisa ubi crimina non fuerunt perpetrata infra dict. burgum aut infra unum miliare ei adjacens; et ab omnibus exercitibus &c., ubi rex non esset presens in propria persona et totum corpus regni citatum esset:—SALVIS regi magnis custumis:—REDDEND. 80 libras sterlingorum, assignatas *ut supra*:—PRETEREA rex incorporavit dict. burgum, terras, aquas, molendina, piscationes, insulas, pontes, moras, officia et libertates,—in unum liberum burgum regium et unam libertatem et liberum tenementum, ut unica sasina apud pretorium dicti burgi capienda pro omnibus staret:—MANDANDO dominis concilii et sessionis ut dirigerent literas publicationis super premissis, et literas rebellionis *lie horning* super simplici requisitione decem dierum contra recusantes premissa perimplere:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 28.

1099. Apud Halierudehous, 16 Nov.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit JACOBO SCRYMGEOUR de Myres, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Myres Over et Nedder terrarum de Auchtermuchtie, in senesc. et vic. de Fyiff;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jac. ejusque antecessores prestito, ac pro magnis pecuniarum summis per-

solutis,—dicto Jac. de novo ad feudifirmam dimisit, cum fortalicio, parcis et columbario earundem :—TENEND. cum communia et communi pastura in montibus de Auchtermuchtie et communitatibus ville et terris de A. incumbentibus consuet., necnon communia &c. et lucratione petarum, glebarum et focalium in *the Myre of Rossie* :—REDDEND. 10 lib., et 10 sol. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 77.

1100. Apud Halierudehous, 16 Nov.
REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit JACOBO SCRYMGEOURE de Myres, heredibus ejus masculis et assignatis,—officium clavigeri et serjandie armorum ;—quod idem Jac. personaliter resignavit :—et quia feudifirme terrarum de Myris Over et Nethir, extenden. ad 10 lib., continuo ab anno 1451 dicto Jac. ejusque predecessoribus pro eorum servitio in dicto officio assignate erant, igitur dict. firmas, et 10 sol. augmentationis earundem, dicto Jacobo de novo similiter assignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 78.

1101. Apud Halyrudehous, 16 Nov.
REX in feudifirma locavit D. DAVIDI MURRAY de Gospertie militi, computorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—castri fundamentum *lie* Castelsted de Falkland, et domus ruinosas ex australi latere ejusdem, cum viridario, vastis locis et nemoribus adjacen. (inter stabula regis et edificium per Pat. Seytoun occupat. ex boreali, sepimenta regis de Falkland ex orientali, vastam peciam fundi circiter 6 ulnas latam dividentem palatium de F. a dicto fundamento, que jaceret vasta pro limite dicti palatii, ex australi, aquam de Mospie ex occiden.):—REDDEND. 20 sol. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 144.

1102. Ex Arce Sancruciana, 16 Nov.
REX,—cum ROBERTUS DOMINUS SEYTOUN ex clarissima vetustaque familia de Seytoun descenderet, que multis abhinc seculis dignitatem liberi baronis et domini parliamenti consecuta est, cumque majores dicti Rob. in fidelitate versus regem firmiter permansissent, et dictus Rob. ita de rege meritus esset ut regalis munificentia postularet ne pateretur eum meritis honoribus destitui,—de consilio procerum et regni primatum, creavit dictum Robertum, et heredes ejus masculos,—comites cum titulo et dignitate COMITIS DE WENTOUN ; et ipsum comitem dicto honore per cincturam gladii ac cappe honoris et dignitatis et circuli aurei circa caput positionem insignivit, investivit et realiter nobilitavit :—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliv. 136.

1103. Apud Halyrudhous, 16 Nov.
REX,—quia Jo. Murray de Tibbermure ejusque predecessores in terris infrascriptis infeodati fuerant, — concessit JACOBO MURRAY, filio natu maximo et heredi apparenti dicti Joannis,—terras de Westir Glentarff, in senesc. de Stratharne, vic. Perth :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreand. absque divisione, quibus def., dicto Jo. et heredibus ejus masc. quibuscunque reversuras, in feudifirma :—REDDEND. 8 lib., cum parte marte consueta, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in carta* 1183. xlv. 215.

1104. Apud Halierudehous, 17 Nov.
REX in feudifirma disposuit LUDOVICO LENNOCIE DUCI comiti Darnelie domino Tarboltoun, Methven et Aubigney &c., magno camerario Scotie,—castrum de Glasgow, ejus domos, hortos, vireta et privilegia ; necnon jus nominationis annuatim prepositi, ballivorum aliorumque officiorum magistratuumque burgi et civitatis de Glasgow, sicut archiepiscopi de Glasgow prius habuerunt ;—et constituit dictum ducem—hereditarium ballivum et justiciarium terrarum, dominiorum, baroniarum et aliorum quorumcunque ad temporalitatem dicti archiepiscopatus pertinen.

et extra integras bondas regalitatis ejusdem; cum dispositione omnium eschaetarum infra bondas dicte regalitatis per cornua, bastardias aut alio modo devenien. :—TENEND. dicto Lud. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Esmo Stewart domino Aubignie ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., regi reversura :—INSUPER, pro bono servitio dicti ducis, dict. jus et officia ad dictum castrum univit tanquam pendicula ejusdem :—SOLVEND. 20 sol., et reparando dict. castrum in necessariis; necnon exonerando sufficiens officium in utendo dict. officiis et nominatione :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 211.

1105. Apud Dumfermeling, 19 Nov.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit D. MICHAELI BALFOUR de Balgarvie militi—terras et baroniam de Burlie, viz. terras dominicales de B., cum manerie loco, fortalicio, lacu et piscationibus, terras de Tarhill, villam et terras *lie* Mylnis de Qhuorth cum molendino, ter. de Tullieryis Eister et Wester, Hiltoun, Schanwall, cum tenentibus &c., vic. Kynros; officium coronatoris vic. de Fyiff, cum feodis in antiquis infeofamentis concessis; —quas idem Mich. apud Halierudehous resignavit pro nova infeodatione concedenda sub provisionibus subsequen., viz. quod defectu heredum masc. de corpore dicti Michaelis, non liceret heredibus tallie alienare vel impignorare suprascripta neque aliquam eorum partem, nec debita contrahere quibus appreciari possent, absque consensu D. Andree Balfour de Strathort militis, Davidis Balfour de Balledmonth et Davidis Balfoure de Bandene, seu majoris eorum partis, et eorum heredum (in quo si deficerent, hec carta nullius esset roboris); et quod heredes tallie non de corpore dicti Mich. procreati solverent heredibus fem. ejus de corpore non nuptis, si una esset, 10000 lib., si plures, 20000 merc. inter eas equaliter dividend., ad earum maritagia :—TENEND. dicto Mich. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Mich. quibuscunque cognomen et arma de Balfour gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consuet.; taxando wardam et nonintroitum ad 150 mercas annuatim, relevium ad 150 mercas, maritagium ad 1000 merc.:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 49. 78. xliv. 346.

1106. Apud Halierudhous, 22 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit M. ALEXANDRO THOMESOUN de Dudingstoun, et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscunque,—terras et villas de Wester et Eister Dudingstoun, cum molendino, terris molendinariis, carbonibus, tenentibus, &c., vic. Edinburgh;—quas, olim de abbatia de Kelso tentas, idem Alex. personaliter resignavit; et quas (cum *wrak*, *waith* et *wair*) rex, pro bono servitio dicti Alex., incorporavit in liberam tenandriam de Dudingstoun, ordinando principalem habitationem de Eister D. principale messuagium fore; et easdem dicto Alex. de novo in feudifirma disposuit :—REDDEND. 74 lib. 13 sol. 4 den., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia dicte abbatie apud villam de Wester Dudingstoun, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 223.

1107. Apud Halierudhous, 24 Nov.

REX concessit D. GEORGIO ELPHINGSTOUN de Blythiswode militi, heredibus ejus et assignatis uni vel pluribus,—terras dominicales *lie* Manis et baroniam de Leyis, cum manerie, molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., in baronia de L., cum advocatione beneficiorum, ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfar; cum jure suo ad easdem;—que pertinuerunt ad quondam Davidem Gardyne de Leyis, Davidem G. tunc seniorem de L. et Davidem G. juniorem de L. ejus filium et heredem apparentem, aut ad Rob. Maxwell fratrem . . . Maxwell de Teling, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione recognitionis, ob alienationem per dictum quond. Dav. et dictum Dav. seniorem (eo tempore feodatarium de L.) de dictis terris dominicalibus

cum pertinentiis (existentibus tota dicta baronia aut saltem maxima ejus parte) factam dicto Rob., aut ob alienationem per dictum Rob. desuper factam Alexandro domino Spynie et Domine Jeanne Lyoun comitisse de Angus ejus conjugi in vitali redditu et Alexandro magistro de Spynie eorum filio in feodo, sive ob alienationem per dictos Davidem seniorem et juniorem factam dictis Alex. &c. de dictis terris dominic. cum pertinentiis, ac de terris de Litill Gardyne alias *Eister and Wester Bordouris*, cum advocatione altariatus in ecclesia de Inverkelour (que fuit integra aut saltem maxima pars dicte baronie), absque consensu regis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 208.

1108. Apud Halierudhous, 24 Nov.

REX confirmavit cartam Joannis Gordoune de Newtoun,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se cum consensu Margarete Udnye conjugis sue ab una, Jo. G. suum filium secundogenitum legit. a secunda, PATRICIUM BARCLAY apparentem de Tolly a tertia partibus, de data . . Apr. 1599,—cum consensu dictorum Marg. et Jo. junioris, vendidit dicto Pat., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione, — terras et baroniam de Cragy-Fintray, cum fortaliĉio, manerie de C., Morles, Rothestrype, Birkinhill, Myleseat, Cauldwellis, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Abirdene :—REDDEND. regi servitium architenentis in exercitibus, servitium debitum et consuet., et 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Abirdene :—cum precepto sasine Jo. Forbes in Auldmylne :—TEST. Jacobo Spens burgen. de Abirdene, Jo. Forbes in Auldmylne, Donaldo Wrquhart notario in Banff, Jac. Andirsoun notario publico (scriptore carte), M. Wil. Barclay in Abirdene :—Apud Tollie et Newtoun, 4 et 29 Apr. 1599]: —NECNON cartam Patricii Barclay de Tollie et Patricii B. apparentis de T.,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendiderunt JOANNI WRQUHART de Culbo tutori de Cromartie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras et baroniam de Craigy-Fintray, Balmalie, cum fortalicio &c. (*ut supra*) :—REDDEND. *ut supra* :—cum precepto sasine :—TEST. Georgio Barclay de Auchredie, Jo. Forbes in Auldmylne, And. Barclay armigero, M. Henrico Wrquhart famulo dicti Jo. W., Donaldo Wrquhart notario publico (scriptore carte) :—Apud Cloquhorbie, 30 Oct. 1600] : — INSUPER suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 228.

1109. Apud Palatium de Halyruidhous, 26 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO MAGISTRO DE PAISLAY, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—officium vicecomitis de Linlythgow, cum ejus feodis &c.;—quod Pat. Hammiltoun de Levingstoun, cum avisamento Joannis Cokburne de Clerkingtoun ad cujus instantiam interdictus est, et cum consensu D. Jacobi Sandielandis de Slamannan militis pro ejus interesse, necnon dictus D. Jac. tanquam hereditarius dicti officii cum avisamento dicti Pat., in favorem dicti magistri resignaverunt :—FACIEND. debitam administrationem justitie in dicto officio, necnon SOLVEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 216.

1110. Apud Halierudhous, 28 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—considerans servitium sibi per familiarem suum servitorem D. GEORGIUM ELPHINGSTOUNE de Blythiswode militem, camere sue generosum, in fideli persone sue attentione prestitum, et ejus promptum animum et habilitatem ad prestand. omne laudabile servitium,—et recordans affectionem dicti Geo. ad colendam politiam infra regnum, presertim in preservatione silve *lie* New-park de Partik a ruina cui tunc est subjecta, omni ejusdem macerie diruta et wardis eversis et arborum maxima parte a vicinis succisa, in cujus detrimenti remedium dictus Geo. non solum tulit operam ad tuendum et macerie cingendum dictam silvam sed etiam ad replend. eam sufficienti numero cervorum, damarum et homulorum (*lie deir, daa and raa*) venationi regis, necnon ad edificand. domum amplam que regi pateret post venationem,

—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit dicto Geo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —dictam silvam cum ejus terris, in baronia et regalitate de Glasgow, vic. Lanerk;—que olim ad archiepiscopatum Glasguen. pertinuit:—REDDEND. 20 solidos; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 210.

1111. Apud Halierudhous, 2 Dec.
REX,—quia Rob. Jowsie mercator burgen. de Edinburgh debuit JACOBO LUNDY fratri germano Joannis L. de eodem 3000 merc.; et quia Cristina Ruthven sponsa dicti Jac. in annuo redditu 200 merc. de terris de Culgask antea ad quondam Jo. olim com. de Gowrie pertinentibus infeodata est sub reversione 2000 mercarum,—intuitu promissi sui facti sub conditione quod dicta Cris. a curia discederet et ad eam servitio prout solebat minime reverteret,—pro completione cujus promissi parliamenti actum apud Edinburgh, . . Nov. 1600, latum est,—et pro perimpletione contractus de data presentium, — cum avisamento &c. (101.), — vendidit dicto Jac., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—sub reversione 5000 merc.,—annuum redditum 500 merc. de *lie* Eister et Wester Hauchis et molendinis olim *lie* Hauchis et molendinis de Ruthven, tunc *lie* Hauchis et molend. de Huntingtoure vocat., cum terris molendinariis, in dominio et baronia de Huntingtoure, vic. Perth:—REDDEND. unum den. albe firme:—PROVISO quod si dicta Cristina ad curiam et servitium reverteret, dictus Jac. ab omni jure ad dictum ann. red. aut principalem summam excluderetur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 212.

1112. Apud Halyrudhous, 10 Dec.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO GORDOUN de Haddach, in vitali redditu, ac GEORGIO GORDOUN ejus filio natu maximo, heredibus ejus masculis et assignatis,—terras de duobus Meithlickis et earum pertinentias vocatas Haddoch, terras de Archadlie et earum piscarias super aqua de Ithane (incipiendo in Polhowtane et ascendendo per aquam de Polhowie), superioritatem annui redditus 5 lib. domino de Forbes de dictis terris debiti, terras de Andett et Brachlay, cum molendinis, cottagiis, tenentibus &c., in liberam baroniam de Mekill Methlick incorporatas, vic. de Abirdene;—quas idem Jac. resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 169.

1113. Apud Halierudhous, 14 Dec.
REX concessit ALEXANDRO ELPHINGSTOUN filio et heredi apparenti Alexandri magistri de E., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Ardmoir, in senescallatu de Menteith, vic. Perth; duas septimas partes terrarum de Carnok in baronia de Plane, dimedietatem terrarum de Cambusbarroun cum molendino, cum advocatione capelle de Cambusbarroun alternatim, vic. Striviling;—que fuerunt quondam Alexandri Forrester de Garden et ejus predecessorum, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Alex. F. factam absque consensu regis:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 229.

1114. Apud Halyruidhous, 16 Dec.
REX, — cum consensu &c. (101.),—in feudifirma disposuit THOME SCOTT, filio legitimo Walteri S. in Quhyteschеill, —terras de Quhythauchbrais, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk:—TENEND. dicto Tho. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, seniori ejus heredi fem. absque divisione:—REDDEND. 16 libras, et 26 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 306):— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 3.

1115. Apud Halierudhous, 17 Dec.
REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit, et pro bono servitio, de novo dedit M. JOANNI MONRO ministro apud Tarbert, filio legit. Andree M. de Newmoir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras olim monasterio de Ferne spectantes et ante 26 Jan. 1576 minime in feudifirma locatas (inter bondas specifi-

catas[1]), cum 4 brasiuis et terris brasinariis dicti monast., ustrina *lie Kill* de Ferne, hortis, molendino de Ferne, cum astrictis multuris tam aridis quam aliis consuetis, portionem maneriei de Ferne vulgo Wester Drum de F. (intra bondas specificatas), infra abbatiam de Ferne, comitatum Rossen., vic. Invernes; cum superioritate, tenentibus &c.;—quas Walt. Ros de Moirinche, et D. Pat. Murray de Ganeis miles ac Geo. Ros de Ballnagoun cum consensu dicti Walt., in favorem dicti Jo. resignaverunt: — TENEND. in feudifirma:—REDDEND. pro dictis terris &c., preter Wester Drum, 59 lib. 13 sol. 4 den., cum duplicatione feudifirme in introitu heredis, et 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Ferne aut alibi; pro Wester Drum 30 bollas victualium firme, cum duplicatione &c. (*ut sup.*), ac molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Ferne:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 214.[2]

1116. Apud Halyrudehous, 20 Dec.
REX confirmavit PATRICIO SYDSERF de eodem—terras de Sydeserf et Hill alias Chappelsyde, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas idem Pat. resignavit 19 Dec., pro implemento contractus de data apud Northberuik, 17 Maii 1597:—TENEND. dicto Pat. in vitali redditu, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Willelmo S. ejus fratri, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 215.

1117. Apud Halyruidhous, 22 Dec.
REX dedit literas legitimationis JOANNI HAMMILTOUN de Lettrik militi, bastardo, filio naturali Joannis marchionis de Hammiltoun. xlii. 230.

1118. Apud Halierudhous, 22 Dec.
REX confirmavit cartam Georgii Airthe de Foxtoun, — [qua, — cum consensu Eliz. Patersoun conjugis sue, ac Georgii A. filii sui et heredis apparentis feodatarii de F., —pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Month, 27 Jan. 1597, registrari ordinati in libris concilii regis, vicecomitis de Fyiff aut commissarii S. Andree,—concessit KATHERINE LINDSAY sponse dicti Geo. junioris, filie legitime D. Davidis L. de Month militis, in vitali redditu,—ultra 24 acras arabiles prope burgum de Cowpro ex australi parte pontis ejusdem, per se dicte Kath. in vitali redditu virtute dicti contractus concessas,—umbralem dimedietatem terrarum de Foxtoun, vic. Fyiff;—reservando principalem maneriem et domus infra circuitum clausure, cum pomario et hortis:—et hoc in plenam contentationem tertie, conjuncte infeodationis &c.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Hen. Williamesoun burgen. de Cowpro:—TEST. Henrico Williamesoun burgen. de Cowpro, Davide Gardner servitore dicti Dav. L., Pat. Glasfurde clerico senescallatus de Fyiff, And. G. ejus filio (scriptore carte):—Apud Cowper, 25 Nov. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 235.

1119. Apud Halyrudhous, 23 Dec.
REX, concessit et, pro servitio sibi et suis predecessoribus prestito, quitteclamavit DAVIDI CREICHTOUN de Lugtoun, et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen et arma de Creichtoun gerentibus, et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Lugtoun cum manerie, nuncupat. Lugtoun-Creichtoun, vic. Edinburgh; necnon terras de Hiltlie, vic. Lynlythgow;—quas idem David resignavit;—necnon dimedietatem terrarum (dominicalium) de Gilmertoun, integrum molendinum de G. cum ejus terris et aqueductu, cum maneriebus, piscationibus, carbonibus, vic. Edinburgh;—quas Jo. Ramsay de Quhytehill cum consensu Helene Lyndsay sponse sue resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam tenandriam de Lugtoun-Creichtoun:—REDDEND. jura et servitia debita et

---

[1] See *Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1580-1593, No. 1185.

[2] This charter has the following names of occupiers, and adjoining owners:—Joh. M'Allane, John Reid, And. Dowglas, John Murray, David Reid, Alex. Ferne portioner of Nig.

consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 100 lib. annuatim, relevium ad 100 lib., maritagium ad 500 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 221.

1120. Apud Halyruidhous, 23 Dec.
REX confirmavit cartam Georgii marchionis de Huntlie com. Enzie dom. Gordoun et Badyenoch &c.,—[qua,—pro adimpletione contractus inter se et Dominam Henreitam Stewart merchionissam de H. sponsam suam ab una, JACOBUM GORDOUN de Knokaspak pro ipso et onus suscipientem pro Margareta Gordoun ejus sponsa ab altera partibus, de data presentium,—in excambium terrarum et baronie de Fochaberis, et pro pecuniarum summis persolutis,—ad feudifirmam dimisit dicto Jac., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Tullich, terras et villam *lie* Mure, molendinum et terras ejus, croftam brueriam, terras et villam de Ballater, cimbam, *lie cobilseat* et *scheling* earundem, cum piscaria salmonum piscium super aqua de Die (*beginnand at the intre of the burne of Glencoldstane quhair the same enters in the watter of Die, and haldand up the said burne to the inver of the burne of Auldclachrie quhair the same enters in the said burne of G., and thairfra haldand up the said burne of A. quhill it cum to the burne of Brander or heid of the Divilet, and thairfra west to the Blakhillok callit Garchorie or Binlea, and sua west as wind and wedder scheiris quhill it cum to the merche that merches with the landis of Glengardin, and siclyke beginan againe at the inver of the said burne of Glencolstane and thairfra up the watter of Die as the same rinns, as merche of propertie distinguisend the saidis landis of Tullich, Mure and Ballater fra the landis of Brachlie and Glenmucke, quhill it cum foranent the merche of the propper landis of Knok*), cum silvis, nemoribus, viridariis, et cum communitate, et communi pastura, focagio, focalibus et cespitibus in integra foresta de Morwing, et in Culblyne ad torrentem de Auldinleith (absque prejudicio erectionis novarum villarum in foresta de Morving), in parochia de Tullich, vic. de Abirdene; terras de Knok et Dalfour, cum multuris, silvis, nemoribus, et cum communitate et communi pastura, *fogage*, focalibus, cespitibus et *lie scheillingis* in locis consuetis, cum piscariis salmonum piscium in aqua de Die, in parochia de Glenmuck, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto marchioni pro Tullich, Mure et molendino 12 libras, pro Ballater 5 lib. 6 sol. 8 den., pro Knok et Dalfour 5 lib. 6 sol. 8 den., in toto 22 lib. 13 sol. 4 den.; et duplicando dict. summam in introitu heredum vel assignatorum; absque annullatione feudifirme in casu non solutionis, sed proviso quod liceret dicto marchioni distringere pro solutione; et tenentes de Knok molerent grana sua ad molendinum de Glenmuck solvendo *lie knaveschip* consuetum, et tenentes de Dalfour molerent ibidem solvendo multuras consuetas:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Gordoun de Gicht, Jo. Gordoun de Newtoun, Geo. Gordoun de Terpersie, Jo. Gordoun in Ryinie, et Alexandro Middiltoun notario publico (scriptore carte):—Apud Huntlie, 6 Jun. 1599]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 274.

1121. Apud Halierudhous, 25 Dec.
REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit ELIZABETHE WISCHART sponse GEORGII BARCLAY de Syde, in vitali redditu,—umbralem dimedietatem terrarum de Syde, cum dimed. molendini granarii de Newmylne, ejus terrarum et astrictarum multurarum consuet. (nominatim villarum et terrarum de Botteris, Ardo, Pitquhortheis Ovir et Nether, et Unthank), in baronia de Kethik, vic. Forfare;—necnon ad feudifirmam dimisit et,—pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Geo. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—quitteclamavit dicto Georgio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —integras dictas terras &c.;—que olim ad episcopatum Brechinen. pertinuerunt: —REDDEND. 10 lib. 20 den. antique feudifirme, 51 sol. 8 den. antique augmentationis, et 12 den. nove augmentationis, cum 12 caponibus et 12 pultreis; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia infra dominium Brechinense; et tenentes in exercitibus regis ballivo princi-

pali de Brechin armati servirent; necnon quilibet heres in introitu juramentum fidelitatis prestaret; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, duplicaretur; et si duo termini in tertium currerent, hec infeodatio nullius esset roboris :—INSUPER rex,—intelligens dictum Geo. et ejus predecessores feudifirmarios antiquos et nativos tenentes suprascriptorum ultra hominum memoriam fuisse,—ratificavit antiquas cartas dicto Geo., ejus patri vel aliis predecessoribus desuper concessas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 225.

1122. Apud Halyrudehous, 25 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis Mure de Cassincarie, et Jonete Mure ejus conjugis, —[qua, pro observatione contractus matrimonialis de data presentium, concesserunt (quondam) ALEXANDRO MURE filio suo seniori et heredi apparenti, et HELENE M'CLELLANE ejus affuture conjugi, filie Gulielmi M. de Balmangane,—mercatam terrarum de Kers cum piscaria ejusdem, 20 sol. de Markwilliame, mercatam Chapelmark nuncupatam, antiqui extentus, in parochia de Kirkmabrek, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. dictis Alex. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignat. dicti Alex. quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. 8 merc., cum ceteris devoriis et servitiis debitis et consuet. secundum ordinem rentalis monasterii de Dundranane; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Jac. M'Clellane in Kirkbryde :—TEST. Jo. Levenox de Calie, Tho. M'Clellane apparente de Balmangane, Wil. Dumbar de Culmalzie, Jac. M'Clellane de Myltoun, Jacobo M'Clellane in (vel de) Kirkbryde, Tho. Fullertoun in Sannik :—Apud Balmangane, 22 Jan. 1593]:—NECNON aliam cartam eorundem Jo. et Jon.,—[qua, pro observatione dicti contractus, concesserunt dicto Alex., heredibus ejus quibuscunque et assignatis,—4 mercatas terrarum antiqui extentus de Cassincarie, cum turre, manerie, mansione, piscationibus, $4\frac{1}{2}$ mercatas et 30 den. de Spittaill cum piscaria, 2 *lie stallanges* de Ferrie-de-Crie cum ordei et avenarum croftis earundem, commune molendinum baronie de Ferrie-de-Crie cum astrictis multuris integre dicte baronie, cum ejus domibus, aqueductu, *lie Mylhill* et devoriis, in dictis parochia et vic.:—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. 25 libras, cum ceteris &c. (*ut supra*):—RESERVANDO dicto Jo. M. liberum tenementum omnium, dicte Jon. liberum tenementum de Cassincarie cum turre, dict. *lie stallanges* et molendino :—cum precepto sasine, TEST. et de data *ut sup.*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 226.

1123. Apud Halierudhous, 25 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Joannis com. Cassillisse dom. Kennedy &c.,—[qua confirmavit THOME HAY de Park, et JONETE M'DOWGALL ejus sponse,—$2\frac{1}{2}$ mercat. terrarum de Kilphillane, 40 sol. de Ballinkerie, 40 sol. de Schelach, in regalitate, parochia, baronia et dominio de Glenluce, vic. Wigtoun;—necnon dicto Thome—20 sol. terrarum de Park, cum castro per dictum Tho. noviter constructo, et silvis ejusdem, 20 solidat. de Drochdull, $2\frac{1}{2}$ mercatas de Cammerrie, necnon terras dominicales de Glenluce, viz. 5 librat. de Cultistoun et Blakmark, $6\frac{1}{2}$ mercat. de Ballinglauche, cum molendino per dictum Tho. super aqua de Luce et dictis terris de Ballinglauch nuper constructo, cum molendino de Clauchane, terris molendinariis &c., cum piscatione salmonum tam in aqua salsa quum dulci, et in fluvio de Luce a capite usque ad finem, ac cum piscatione de Poltantoune, cum *lie fischeyairis* et *crowis* earundem, cum silvis, nemoribus, ariagiis, cariagiis, caponibus, pultreis, hortis et domibus extra septa loci, cum servitiis olim exhiberi solitis commendatario de Glenluce pro laboratione dict. terrarum, cum decimis garbalibus dictarum terrarum, vulgo *lie Ferme-landis*, inclusis et (in)separatis, mercatam de Balmasche et 4 mercat. de Balmurrie, in dictis regalitate &c.;—quas omnes idem Tho. de quondam Gilberto comite de Cassillis domino Kennedy patre dicti Joannis in feudifirma tenuit, et tunc resignavit :—TENEND. Kilphillane &c. dictis Tho. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos

legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Thome de corpore legit. procreatis, quibus def., Archibaldo Hay burgensi de Air fratri germano dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Willelmo H. fratri germano ejusdem Tho., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Alexandro H. filio legitimo quondam Alexandri H. de Eister Kennett clerici registri ac concilii regis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Thome H. mercatori incole de Clauchin de Glenluce, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. dicti Thome H. de Park legitimis et propinquioribus quibuscunque cognomen et arma de Hay gerentibus, necnon Park &c. dicto Tho. et heredibus suprascriptis, de dicto comite in feudifirma :—REDDEND. pro Kilphillane 60 bollas farine avenatice, pro Ballinkerrie 40 bol. farine avenatice, pro Schelach 6 merc., pro Park 10 bol. farine avenatice et 10 bol. hordei, pro Balmurrie 8 mercas, pro Balmasche 2 merc., pro Drochdull 12 bollas hordei et 12 bollas tritici, pro Cammerrie 40 bol. farine avenatice, pro terris dominicalibus de Glenluce 90 bollas farine avenatice, 80 bol. hordei, 10 bol. tritici, pro molendino de Clauchane 40 bol. farine avenatice (vel 8 merc. pro qualibet celdra dict. victualium), pro piscationibus 10 lib., cum 72 salmonibus recentibus apud locum piscationis tempore solito, viz. diebus receptionis et piscationis, si peterentur; cum servitiis debitis et consuetis, et personali servitio dicti Thome et heredum, vulgo *his band of manrent*, perpetuis temporibus futuris dicto com. contra omnes mortales, autoritate regia excepta; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; necnon 12 capones, quatuor evectiones equorum (vulgo *cariagis*) inter festa Petri ad Vincula et S. Joannis in autumno si peterentur, et duos messores tempore messis, 2 servitores ad deducendas glebas, et evectiones 16 onerum glebarum infra baroniam Vallislucis, si peterentur :—PROVISO quod hoc infeofamentum non prejudicaret officio ballivatus dicti comitis penes jurisdictionem et servitium tenentium dict. terrarum :—cum precepto sasine directo Jo. Mure in Wodland :—et dictus com. voluit quod unica sasina apud terras et castrum de Park capienda pro omnibus staret :—TEST. M. Alex. King advocato, Jo. Corrie de Keluod, Tho. Makalexander de Croceclayis, Jo. Chalmeris de Sandyfurd, Jo. Ahannay de Kirkdaill, Alexandro Home in Sanc-Leonardis :—carta scripta per Nic. Kynneir servitorem dicti M. Alex. Hay :—Apud Edinburgh, 17 Feb. 1598] : — INSUPER suprascripta dicto Tho. H. de novo dedit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 11.

1124. Apud Halyruidhous, 27 Dec. REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Joannis Maxwell de Aikinheid,—[qua,—cum consensu Adami Cunynghame filii legitimi Adami C. de Auchinhervie, ad cujus instantiam interdictus fuit, — pro perimpletione contractus inter PATRICIUM MAXWELL de Newwark ab una, et se cum consensu curatorum suorum ab altera partibus, de data apud Auchintiber, 28 Oct. 1598,—vendidit dicto Pat., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —5 mercat. terrarum de Hagtounhill antiqui extentus, cum maneriei loco, molendinis, carbonibus, in baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine : —TEST. Jo. Galbraith, Homero Maxwell, Pat. Ramsay, servis dicti Pat. M.:—carta scripta *ut in carta* 796 :—Apud Newwark, 24 Dec. 1600] :—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Pat. M. et ejus antecessores prestito, suprascripta dicto Pat. M. de novo dedit, cum eorum terris molendinariis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 218.

1125. Apud Halyruidhous, 30 Dec. REX dedit literas remissionis JOANNI ROS de Ballivat, pro ejus vita duraturas, —pro arte et parte proditorie ignis excitationis et combustionis domorum de Clune, anno 159— commisse; et pro arte et parte interfectionis . . Ros filii Davidis Ros de Lyne; et pro ceteris offensis ante diem date commissis. xliii. 36.

1126. Apud Halierudhous, 31 Dec. REX,—cum avisamento &c. (101.),—con-

firmavit cartam Andree Blair de Freirtoun, et Alex. B. ejus filii senioris et apparentis heredis, — [qua, — cum consensu Helene Snell sponse dicti And. et Cristine Cairnecroce sponse dicti Alex. pro earum interesse, necnon personarum ad quarum instantias dicti And. et Alex. interdicti sunt,—virtute contractus de data presentium, vendiderunt LAURENTIO BLAIR filio legitimo Alexandri B. de Bathyok et Egidie Merser ejus sponse, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras suas vocat. Bauch(l)andlatch alias *lie* Overtoun de Freirtoun, cum terris vocatis Waird-ley et reliquis terris et moris tam non manuratis quam manuratis adjacen. (viz. *begynnand at the eist at ane balk callit the marcheb*alk *quhilk dewyidis Freirtoun fra Bauchland, and passand south the said balk to the laitch or strype callit the Bauchlandlaitch, and assending up and west the said laitche quhill it cum foranent ane gret yird-fast gray stane on the north said of the said laitche beneth the mercat gait foranent the know callit Thomas-heid, and assending fra the said stane up and north to the said know, and thairfra northwest to the fowll steppis in ane uther mercat gaitt, and doun and northeist the said mercat gait quhill it cum to ane uther yird-fast gray stane, and doun and eist to the Waird-well, and eist the north endis of the riggis of the said Waird-ley lyand besyide the Quhyte-medow quhill it cum to the dyikis bigit at the north syid of that pairte of the samin Waird-ley, and northeist the dyike quhill it cum to the end thairof, and thairfra northirlie to the end of the thrie riggis of infeildland of the said Bauchlandlaitche, and thairfra eist to the north end of the said merchebalk*), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth; cum communi pastura in mora de Scona, et privilegio fodiendi *lie fewall, faill and dovett* :—TENEND. de superioribus dictorum And. &c. in feudifirma :—REDDEND. 5 mercas, cum 4 caponibus, 8 pultreis, duobus anseribus (tanquam tertiam partem devoriarum de Freirtoun secundum infeofamentum dicto And. per commendatarium et conventum de Scona concessum); necnon husbandis, cultoribus seu feudifirmariis de Schirestoun tertiam partem *lie daywarkis* in dicto infeofamento specificat.; necnon observando provisiones dicti infeof. quantum debitum est pro dicta tertia parte :—cum precepto sasine directo Jo. Muge in Carnebadie :—TEST. (ad subscriptiones dicti And. et ejus filii) Pat. Smyth de Braco, Pat. Halden burgen. de Perth, Wil. Blair fratre dicti Alex. B. de Bathyok, Jo. Henrie in Perth (scriptore carte), Tho. Gaw, notariis :—Apud Perth, 30 Dec. 1598 :—TEST. (ad subscriptiones dictarum Hel. et Cris.) dicto Pat. Halden, Thoma Makie, Alex. Morsoun, servitoribus dicti Alex. B. de B., Gilberto Henrie filio quondam Joannis H. burgensis de Perth, dicto Jo. Henrie et Hen. Broun notariis :—Apud Freirtoun, 31 Dec. 1598] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 13.

1127. Apud Halyrudehous, 31 Dec.[1]
REX concessit servitori suo WILLELMO WYLIE scribe, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre et veteris muri, vastam et caudam ejusdem, in boreali parte burgi de Edinburgh in Dunsyris-clois (inter terras dicti Wil., murum burgi, terras et hortum Jedionis Russall burgensis de Edinburgh, terras Jonete et Mariote Aikmannis filiarum et heredum quondam Willelmi Aikman mercatoris dicti burgi); — regi devenien. eo quod nullus certus heres vel hereditarius possessor tunc extitit :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 151.

ANNO DOMINI 1601. ANNO REGNI 34.

1128. Apud Halyrudehous, 7 Jan.
REX confirmavit cartam D. Jacobi Scott de Balwerie militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 6500 merc. persolutis,—cum consensu Willelmi S. filii sui natu maximi et heredis apparentis, vendidit ALEXANDRO MONCREIFF famulo regio, heredibus ejus et

[1] Dated A.D. 1601. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxii. fol. 48.

assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras de Pitlour-Wester et Ouchnarie, cum tenentibus &c., in baronia sua de Stramiglo, vic. de Fyiff:—Reddend. regi 2 den. albe firme:—cum precepto sasine directo And. Biccartoun de Caische:—Test. M. Jacobo Balcanquell ministro apud Stramiglo, And. Moncreiff in Casch, Jacobo Stevinsoun notario publico, Steph. Patersoun notario publico clerico senescallatus de Fyiff, Jo. Nicoll (scriptore carte) et Hectore Arnott servis dicti Stephani:—Apud Falkland, 16 Sept. 1600]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xlii. 232.

1129. Apud Halierudhous, 9 Jan.
REX,—cum avisamento &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit WILLELMO LEIRMONTH apparenti de Dairsy — binam nonam partem ville et terrarum de Drone, molendini earundem et ejus terrarum &c., in senesc. et vic. de Fyiff;—quam Tho. Wilsoun in Drone, cum consensu Grissillidis Weyms sponse sue et Davidis Wilsoun filii sui et heredis apparentis, in favorem dicti Willelmi resignavit:—Tenend. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen et arma de Leirmonth gerentibus, et assignatis quibuscunque; una cum communi pastura ad morum de Segy et Coitmure vocat. Dronesmure, et projectione *lie turvis, faillis* et cespitum accordante antiquo usui:—Reddend. 6 lib. 6 sol., 8 bollas 3 firlotas 2 peccas frumenti, 11 bol. 2 pec. ordei, 11⅓ capones; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 932):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 135.

1130. Apud Halyrudehous, 12 Jan.
REX concessit M. JACOBO DRUMMOUND servitori D. Jacobi Elphingstoun de Barnetoun militis, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem baronie de Littil Kettillistoun, vic. Linlythgow;—que de rege tenta est per servitium warde, et regi devenit ob alienationes per Pat. Broun de Colstoun aut per quondam Geo. B. de C. ejus patrem factas absque licentia regis:—cum potestate pro declaratione predicte recognitionis prosequendi:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 227.

1131. Apud Halierudhous, 12 Jan.
REX confirmavit cartam Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua, cum consensu M. Joannis Cheyne de Petfichie,—pro adimpletione contractus de data presentium,—vendidit HENRICO ANNAND filio tertiogenito Alexandri A. de Ochterellone, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione, — villam et terras de Orchardtoun et *lie* Smiddiecroft earundem, cum marresiis, tenentibus &c. (per Wil. Cheyne et Alex. Reith occupat.), in parochia de Logybuchane, baronia de Essilmont per annexationem, vic. de Abirdene;—et, in earum speciale warrantum, terras de Wollaw de Essilmont, in parochia de Ellone, vic. Abirdene:—Reddend. regi 2 den. albe firme:—cum precepto sasine:—Test. Alex. Annand apparente de Ochterellone, M. Alex. Cheyne in Auld Abirdene, Alex. Willecock tinctore burgen. de Abirdene, Gilb. Leslie filio M. Thome L. burgensis ejusdem, Geo. Barroun notario publico (scriptore carte), Davide Kempt pistore burgen. de Abirdene:—Apud Abirdoniam, 21 Oct. 1600]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xlii. 231.

1132. Apud Halyrudhous, 14 Jan.
REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam M. Jacobi Makgill senioris de Rankelour-Nethir, et Jane Weymis ejus conjugis,—[qua,—virtute contractus matrimonialis inter se et JACOBUM M'GILL filium suum natu maximum, et D. Rob. Melvile juniorem de Bruntyland militem et Davidem Wod de Craig cautionarios suos, ab una, et Geo. Clepane de Carslogie, Annam C. ejus filiam legitimam natu maximam, et Davidem Kynninmonth de eodem et Jac. Weymis de Balquharg cautionarios dicti Geo., ab altera partibus, penes matrimonium inter dictos Jac. juniorem et Annam, de data apud Monymaill, . . 1598, —concesserunt dicto Jac. filio suo, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et insignia de M'Gill gerentibus,—terras de Auld Lindoiris, 2 hortos, 3 cottagia, et brasinam *lie* Brewlandis earundem, cum

maneriebus, in dominio et vic. de Fyif :—RESERVATO libero tenemento dictis M. Jac. et Jane :—TENEND. de rege in feudifirma : —REDDEND. 40 lib., 24 bollas avenarum, 32 capones, 64 pultreas ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum, cum maritagiis cum contingerent ; necnon edificando mansionem cum politia ut congruit ; necnon solvendo multuras molendinis regis debit. et consuet.; cum prohibitione alienandi sine consensu regis :—cum precepto sasine :—TEST. M. Davide M'Gill fratre germano dicti M. Jac., Arthuro Clepane servitore dicti Jac. junioris, Alex. Trottar et Wil. Knollis servitoribus dicti M. Jac.: —carta scripta per Jac. Leslie servitorem M. Oliverii Colt advocati :—Apud Rankelour-Nethir, 12 Jan. 1601]:—INSUPER ratificavit duas priores cartas, unam per Jac. IV. regem, de data apud Edinburgum, 29 Dec. 1511, factam quondam Alexandro Kincragy ; et alteram per Jac. VI. regem de data apud Halyruidhous, 29 Jul. 1587, factam dictis M. Jac. et Jane :—INSUPER suprascripta dicto Jac. juniori de novo in feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut sup.*:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 16.

1133. Apud Halyruidhous, 16 Jan.

REX confirmavit cartam Roberti Bruce de Blairhall,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Culrois, 24 Apr. 1600, necnon pro 650 mercis persolutis,—cum consensu Margarete Hammiltoun sponse sue, vendidit JACOBO BLAW de Castelhill, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—pratum *lie* Brydis-medow (intra bondas specificatas), in dominio de Culrois, vic. Perth :—TENEND. de rege (loco monasterii de Culros) in feudifirma :—REDDEND. 8 sol., cum servitiis debitis et consuetis ; ac duplum feudifirme in introitu heredum : —cum precepto sasine directo Rob. Bennet burgensi de Culrois :—TEST. dicto Rob. Bennet, Jo. Crystie burgen. de Culrois, Jac. Prymrois et Jo. Forret (scriptore carte) notariis :—Apud Culrois, 2 Maii 1600]:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 4.

1134. Apud Halyrudehous, 16 Jan.

REX confirmavit [1] cartam Georgii Hay de Seyfeild,—[qua,—cum consensu Marjorie Keyth sponse sue, Alexandri Hay fratris sui germani, et Joannis Murray fratris et heredis quondam Alexandri M. filii quond. Roberti M. de Newraw, necnon Francisci com. Errolie dom. Hay constabularii Scotie, pro eorum interesse,—vendidit JOANNI GRHAME de Balgowne, et MARJORIE ROLLOK domine de Inchebraikie ejus sponse, absque reversione,—terras de Newraw, in dominio de Methven, vic. Perth :— TENEND. dictis Jo. G. et Mar. R. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque : —REDDEND. Joanni Murray de Tulliebardin 6 den. albe firme :—cum precepto sasine directo Duncano Murdoch in Balgown:—TEST. Petro Hay de Kirkland, Geo. Kynman, Alex. Hay, Jo. Robertsoun, servitoribus dicti comitis, Thoma Gaw et Alexandro Robertsoun notariis : — Apud Logyalmond, 26 Aug. 1586]:— [2] cartam Joannis Murray de Tullybardin militis,— [qua cartam suprascriptam confirmavit, et dict. terras quitteclamavit :—TEST. M. Wil. Murray de Ochtyrtyr, Jo. Murray de Ardbeny, Jo. Murray apparente portionario de North Kinkell, Adamo Oswald notario publico :—Apud Gask, 11 Nov. 1593]:— [3] cartam Joannis comitis Atholie dom. Invermay et Balvany &c.,—[qua,—cum consensu Domine Marie Ruthven comitisse Atholie sponse sue, pro ejus interesse,—pro impletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit Joanni Grhame de Newraw, et Marjorie Rollok domine de Inchebraky ejus sponse, absque reversione, —terras de Balgowne, in baronia de Invermay, vic. Perth, et per annexationem infra vic. de Forfar :—TENEND. *ut supra* :— REDDEND. dicto com. 16 merc.; cum presentiis in 3 curiis capitalibus dicte baronie; necnon armati in guerris regum Scotie propriis sumptibus, et alio tempore sumptibus dicti com., dicto com. servirent ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; et si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hoc infeofamentum expiraret :—cum precepto sasine directo Rob. Mathow burgensi de Perth :—TEST. Walt. Rollok de Lawtoun milite, Pat. Grhame de Inchebrakie,

Jo. Stewart in Fois, M. Jo. Grhame, Geo. Nasmyth, M. Jo. Dunlop *persone of Blair*, Jacobo Bonar in Boghall, Wil. Duncane in Parkland:—carta scripta per Tho. Gaw notarium in Perth:—Apud Auld Montrois, 24 Maii 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 129.

1135. Apud Halyruidhous, 20 Jan.

REX,—cum consensu &c. (100.),—constituit M. ARCHIBALDUM MONCREIF Verbi Dei apud Abirnethie ministrum, pro ejus vita,—ministrum, priorem et commendatarium de Elcho; concedendo ei spiritualitatem dicti monasterii, cum ejus redditibus, ecclesiis, decimis &c.;—vacan. per decessum M. Andree Moncreiff ultimi commendatarii ejusdem. xlii. 234.

1136. Apud Halyrudehous, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro compositione persoluta, de novo dedit WILLELMO FYIFF notario in Dunkeld, heredibus ejus et assignatis,—tres quarterias ville et terrarum de Ruffill (viz. unam olim per Davidem Bisset et tunc per dictum Wil., alteram per Tho. Purves seniorem et dictum Wil., tertiam per dictum Wil. et Davidem [Brae][1] occupat.), cum terris brasinariis et brasina de Ruffill, cum privilegio brasiandi, cum decimis tam rectorie quam vicarie dict. terrarum &c. que nunquam separari solebant, necnon tenementum sive mansionem in australi parte vie publice civitatis de Dunkeld, succentoris mansionem nuncupat. (inter mansionem prebendarii de Capeth[2] pertinentem ad heredes quondam Thome Tailyeour ex orientali, tenementum precentoris ex occiden., et aquam de Tay ex australi), vic. Perth;—quarum unam quarteriam cum terris brasinariis &c. Thomas Purves senior et junior, aliam quarteriam et solarem dimedietatem quarterie M. Rob. Purves burgensis de Edinburgh, domus et hortos dict. 1½ quarteriarum David Bisset portionarius de Ruffill, aliam solarem dimed. quarterie Tho. Purves junior portionarius de Ruffell, et succentoris mansionem Tho. Creichtoun portionarius de Grange de Abirbothrie et Mar[gareta][1] Stewart ejus sponsa, resignaverunt:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. pro Ruffill 11 libras 14 sol., cum 2½ duodenis pultrearum, 6 bollis avenarum equestrium, 6 oneribus equinis pabuli seu straminis, cum ceteris devoriis consuetis, ac 3 sectas ad 3 curias capitales regis, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicta mansione 20 sol.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 26.

1137. Apud Halierudhous, 2 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (105. 93.),—confirmavit [1] cartam Joannis Cuming de Ernesyid junioris,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Abirdene, 12 Maii 1597,—vendidit WILLELMO CUMING, filio suo et heredi apparenti,—⅘ partes baronie de Barmukatie (viz. ⅘ villarum et terrarum de Over et Nether Linkwodis cum molendino earundem, Boigis et Glasgrein, molendino fullonum de Nether Linkwode, ⅘ terrarum et villarum de Barmukatie, molendinum granorum earundem vocat. molendinum fullonum cum multuris &c., ⅘ terrarum de Woid, dimedietatem ville et terrarum de Schirestoun,[3] villam et terras de Ordequhische cum piscaria salmonum earundem super aqua de Spey consuet., dimed. ville et terrarum de Ellie, villam et terras de Inschwarrie cum piscaria &c. [*ut sup.*], dimed. ville et terrarum de Daginsche cum piscaria &c. [*ut sup.*], ⅘ ville et terrarum de Garbatie cum molendino et ejus multuris propriis et accidentibus, ⅕ ville et terrarum de Dundurcus et Acras [vel Aikeris], cum piscaria &c. [*ut sup.*], integras piscarias salmonum omnium suprascriptorum super Spey consuetas, dimed. ville et terrarum de Straithbukkie et Croftis, cum magnis salmonum piscariis super Spey *lie cobill-fisching*), cum tenentibus &c., vic. Elgin et Forres:—RESERVANDO vitalem redditum de Link-

[1] Supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxi. fol. 353.

[2] So in *Regist. Secreti Sigilli*, *l. c.* The Great Seal Register reads "Capellis."

[3] The lands of Schirestoun are omitted in the introductory clause, and also in the *Novodanus* clause and clause of erection *infra*.

wodis &c. (usque ad molendinum fullonum de Nether L.) Alexandro C. de Ernesyid patri dicti Jo.; vit. red. de Linkwoddis &c. (usque ad Schirestoun) dicto Jo.; et Eliz. Abirnethie sponse dicti Joannis vit. red. terrarum in quibus infeodata est:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. legitime inter eum et Jeannam Forbes ejus sponsam, filiam (legitimam) Joannis domini Forbes, procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. propinquioribus et assignatis quibuscunque cognomen et arma de Cuming gerentibus, de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—TEST. Arch. Dowglas de Pettindreich, Alex. Forbes de Auchintowll, Wil. Gibsone de Schirefmylne, M. Rob. Forbes ministro apud Forbes, Geo. Cuming, Georgio Annand (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Elgin, 20 Apr. 1599]:—[2] aliam cartam ejusdem Jo.,—[qua,—pro perimpletione dicti contractus matrimonialis,—vendidit dicto Wil. C.—terras suas et liberum fracttenementum de Ernesyid, cum fortalicio, manerie, terris dominicalibus, silvis, in comitatu Moravie, vic. Elgin et Forres:—RESERVATO vitali redditu dictis Alex. C. et Jo.:—TENEND. *ut supra*:—REDDEND. 2 denarios argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Arch. Dowglas de Pettindreich, Alex. Forbes de Auchintoull, Wil. Gibsone de Schirefmylne, M. Roberto Youngsone ministro apud Forbes, Geo. Annand, Geo. Cuming (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Elgin, 20 Apr. 1599]:—[3] aliam cartam ejusdem Jo.,—[qua,—pro perimpletione &c. (*ut sup.*),—vendidit dicto Wil. C.—terras de Ordeis, in baronia et regalitate de Kinlos, vic. de Elgin et Forres:—RESERVATO *ut supra in carta* [2]:—TENEND. *ut sup.*:—REDDEND. 40 sol., necnon alia jura et servitia in infeofamento dicto Alex. C. per quondam Walt. commendatarium de Kinlos concesso contenta:—cum precepto sasine:—TEST. et de data *ut in carta* [2] *supra*:—carta scripta per dictum Geo. Annand]:—[4] cartam Gullielmi Cuming feodatarii de Ernesyid,—[qua concessit JEANNE FORBES conjugi sue, in vitali redditu,—terras et villam de Ordequhische &c. (*ut in carta* [1] *supra*, usque ad Straithbukkie et Croftis), terras et villas de Boiggis et Glasgrene, in baronia de Barmukatie, vic. Elgin et Forres:—TENEND. de rege:—TEST. Jo. Cuming de Bruntchellis, M. Alex. Cuming advocato, Wil. Skene burgen. de Abirdene, Stephano Johnestoun in collegio de Elgin, Jo. Lyn servitore Joannis Cuming de Ernesyid patris dicti Wil.:—carta scripta per M. Jac. Wischart servitorem Henrici Bickartoun scribe signeto regio:—Apud Edinburgum, 10 Jan. 1601]:—INSUPER,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Wil. Cuming ejusque predecessores prestito,—suprascripta dicto Wil. C. de novo dedit, viz., Linkwodis et ceteras in prima carta usque ad Wode bondat. ut infra (*begynnand at the Bowbrig at the eist, and passand south up the auld rin or watergang of the Teillburne be the eist syid of ane arne or aller bus in the lin or suald of Schirestoun, and as the said burne rynnis directlie by the hill of Ardknappeis, and passand thairfra to the Buklerstane and Heidfurde at the south, and thairfra west over Johneshill and Ernesyidishill to the merche-stane at the woll of Trowis, and passand be divisioun of the teillit riggis or arrabill landis of the tounis and landis of Trowis and Hillawode to the Trochestane quhilk devydis the same landis, and thairfra be divisioun of the same teillit riggis to the cornefeild land of Clakmarres and Cludiswell and thairfra west to ane merche stane betuix the baronie of Barmukatie and the sadis landis of Clakmarres pertening to the erle of Murray, and direct west thairfra to the Sadill-stane, and thairfra to ane lang standand stane quhilk standis in direct lyne betuix the said Sadill-stane and the utter merche stane at the south end of the hill of Birnagewin at the west, pertening to the erle Murray, and thairfra passing north be the kingis gait that passis to Elgin to the hill of Tornagewin and to the spring-well quhilk is the heid of the burne Tayok at the north, and passing northeist thairfra as the said well rynnis to the Grein-qua-myre, and discending thairfra as the said burne of T. rynnis to the water of Lossie, and passing be the auld rin of the same water of L. to the cruik of Kirkhill at the northeist, and*

thairfra to the said Bowbrig), necnon Ordequhische &c. usque ad Dundurcus et Acras bondatas ut infra (*the saidis landis of Ordequhische in the eist syid of the water Spey lyand betuix the burne callit Auld-darg at the south and the burne of Ordequhische on the northe, and thairfra northwest to Brandeis-stokkis in the rin or auld wattergang of Spey foranent the burne of Inschneill at the northwest, and thairfra up the auld rin of Spey be the teillit rig or arrabill land of the landis of Baithill and Hauch of Dippill pertening to the erle of Murray, to the burne of Ellie rynnand betuix the said Hauch and the saidis landis of Ellie, and passand up the said burne to the Brakanfeildheid of the saidis landis of Hauch, and be the south end of the teillit riggis thairof to the Bowbank, and thairfra to the Wynetwnis, and directlie thairfra to the burne of Mannoch, and assending as the said burne rynnis to the middis of the month or hill of Tormellen, and direct west thairfra to the heid of the said hill of T., and sua passing south the heid of the said hill to the Cabrach-burne at the south, and sa passing doun as the said burne rynnis to the Lady-chapell, and thairfra rynning to the loche of Inchewarrie at the eist end of the said chapell, and linealie fra the southmest end of the said loche to the said water of Spey, and up the said water of S. quhill it cum to the landis of Daginsche, and west thairfra be the north syid of the Bog of Daginsche, and thairfra to Croftcroy as the said kingis gait gangis to the Preistis-briggis, and swa furthe to the Cabrache-burne, and ascending as the said burne rynnis to the heid of the hill of Tormeillen, and as wind and wedder scheiris to the Gallowhill of Garbatie, and thairfra doun be the southmest heid-riggis thairof to the landis of Friefeild, and passing doun the said land-endis of F. be the rin of the burne of Garbatie to the water of Spey, and doun the said water of S. to the northe-eist pairt of the saidis landis of Daginsche quhair the saidis last merchis began*), Straithbukkie et Croftis bondat. ut infra (*beginnand at that part foirsaid callit Brandeis-stokkis foranent the burne of Inschneill at the north, passing up the said water of Spey to the burne of Gowny foranent Akinway, and swa passing as the said burne ran of auld to the Personis-pott at the south, and thairfra circuiting about the saidis landis of Straithbukkie*); et omnia supradicta, cum *lie cobill, curroch* et *speir fischingis* super aqua de Spey infra dict. bondas, incorporavit in liberam baroniam de Ernesyid :—TENEND. cum communia super terris et mora de Reithmonth, inter Eister et Wester Ortanis et publicam viam ad superiorem cimbam de Spey:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 50.

xliii. 128.

1138. Apud Halierudhous, 2 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—pro servitio sibi per M. EDUARDUM BRUCE commendatarium de Kinlos, unum dominorum secreti concilii et senatorum collegii justitie, prestito tam in quotidiana et continua in sessione secretoque concilio animadversione erga justitie administrationem quam in diversis magnis missionibus et legationibus in extraneas regiones,—et quia dictus Eduardus provisus erat ad dictum monasterium de Kinlos ante actum annexationis, nec subscriptorum utilitas ad regem durante vita dicti Ed. pervenire potuit,—concessit dicto Eduardo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Kinlos (viz. villam de K. et terras per inhabitatores ejusdem occupatas, viz. *lie* Sellercruike, Mylnecruke, Freircruke, Wodland, Sclatterland, Ewyngiscrwke, *lie* Langaiker, Portercruke, *lie* Smythis-landis, Weitcruke, acras terrarum circa *lie* Eistwod, acras de *lie* Killand, terras dominicales *lie* Maynis de Kinlos, terras de Muretoune et earum acras, villam et terras de Coitfald, Hempriggis, Haltoun, Langcoitt Eister et Wester, Windiehill, Eist Grange, molendinum earundem, et Littill Ernesyid, Newtoun, Winderlaw, Strutheris, Kilboghauch et Nether Ruffis, Kilflatt, Burgie, Boghervie, Lowrantoun, Colleiscruikis, acras earundem, et Newlandheidis, Inchdeny, Wast Grange cum molendino, Tannacheis, Ailhoustak, *lie* Wairdis, *lie* Mylne-medow, *lie* Littill-medow, Blakstob, Newlandis earundem, et 3 ac. in Keilland,

lie Park et Parkland, villam de Findorne cum salmonum piscariis super aqua de Findorne, Ordeis, Frefeild [vel Freiland], terras de Narne, terras de Elgyn, annuos redditus de Dundurcus et de villis de Invernes et Forres), vic. Elgyn et Forres; terras de Fargie, Hauchis, Keillismound, Kilmenedeis Over et Nether, *lie* Grange, Clerksaitt, Murefauld, Boglogie, Thorntoun, Hauchis, Auchindaren, cum *lie* Newmylne, ejus multuris et *lie suckin*, terras de Overmylne, Montgrewis Over et Nether, Glengarrok, Auchinhoiffis, Cantillie, Garretwod, Brakoch, Craiglethie, Cairnyhill, *lie* Nethermylne cum toftis, croftis et *lie suckin* ejusdem, Mellegyne, terras de Nethermylne et Ailhoustak, Jonetscheill, *lie* Knok, Knokbogie, Peithnik, Fluris, Rochcunt, Ballamoun, Echeris, Windehillis, Crollettis, Crannocheis Eister et Waster, terras de Fortrie, *lie mossis*, Edingeich cum pertinentiis, Clochmacreich nuncupat. Oure-Ladyland, in baronia de Straithilay, vic. Banff; terras de Abbottishall et Candilland, terras de Lichnot, mansionem *lie mans* in villa de Allane, in baronia de Allane, vic. Abirdene; terras de Mwreailhous, Arkinduthe, mansionem *lie mans* in *lie* Channonrie, in parochia de Avach, vic. Invernes; cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., feudifirme firmis et proficuis quibuscunque; —que olim ad temporalitatem monasterii de Kinlos pertinuerunt;—necnon monasterium et abbatie locum de Kinlos, cum domibus, hortis, molendinis, columbariis et aliis infra precinctum ejusdem, una cum advocatione ecclesiarum et parochiarum de Alves et Allane, rectoriarum et vicariarum earundem, cum decimis &c.;—quas abbas et conventus dicti monast. resignaverunt; —et que omnia rex incorporavit in liberum temporale dominium, baroniam et regalitatem de Kinlos, concedendo dictis Ed. &c. titulum et honorem liberi baronis et domini parliamenti, DOMINI DE KINLOS nuncupandi, cum suffragiis in parliamentis &c., et ut dict. dominium insigniis et dominii armis honoraretur; et ordinando dict. abbatie locum principale fore messuagium; et dissolvit dictam abbatiam, renunciando jus suum ad tertias; et voluit quod dictum dominium non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominis taxaretur, et quod existimaretur et retornaretur ad 100 mercas antiqui et ad 300 mercas novi extentus: —Reddend. servitium liberi domini et baronis in parliamentis, cum 500 mercis albe firme:—Insuper rex promisit hec in proximo parliamento ratificanda:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 6.

1139. Apud Palatium de Halierudhous, 3 Feb.

REX confirmavit familiari suo M. DAVIDI M'GILL de Cranstoun-Riddell uni ordinariorum senatorum collegii justitie, heredibus dicti Dav. et assignatis,—terras et baroniam de Cranstoun-Riddell, cum advocatione beneficiorum, ecclesiarum et capellaniarum, cum terris de Nisbit eis ab antiquo unitis, cum fortaliciis, nemoribus, molendinis, carbonibus, cunicullariis, columbariis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun et vic. de Edinburgh respective; cum jure patronatus rectorie et vicarie de Cranstoun; terras de Spotscheill et superioritatem earum, in dictis constab. et vic.; terras de Raufburne et earum superioritatem, cum tenentibus &c., terras de Nisbitscheillie cum silva, vic. Beruik; terras de Balvormie, Litle Parkley et Bwynsyid, vic. Linlythgow;—quas idem Dav. apud burgum de Edinburgh personaliter resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum molendino de Nisbitscheillie et ejus terris, et pertinentiis earundem nuncupat. Quhinrig; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Cranstoun-Riddell, ut unica sasina apud turrim et principale messuagium de Cranstoun-Riddell capienda pro omnibus staret:—Reddend. unam rubeam rosam nomine albe firme:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 238.

1140. Apud Halierudhous, 4 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis Vaus de Lochislin,—[qua, cum consensu Katherine Vaus sponse sue et Joannis V. filii sui et heredis apparentis,—pro perimpletione contractus de data preseutium,—ad feudifirmam dimisit fratri suo germano ALEXANDRO VAUS mercatori burgen. de Edin-

burgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Lochislin, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Invernes :—REDDEND. dicto Jo. 30 merc. :—cum precepto sasine directo Jac. Vaus burgen. de Forres : —TEST. Jac. Boiswell servitore D. Roberti Melvill de Murdocairny militis, Adamo Lautie scriba, Davide Andersoun (scriptore carte) et Daniele Melvill ejus servitoribus : —Apud Edinburgum, 3 Jul. 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 14.

1141. Apud Halyruidhous, 5 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit OSWALDO SMYTH in Kilroy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—7 solidatas terrarum de Ferdingwoll antiqui extentus (per quondam And. Mureheid occupat.), in parochia de Dunscore, vic. Dumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 11 sol. 3 den., et 9 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 99.

1142. Apud Halyruidhous, 7 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit ALEXANDRO quondam BLAIR tunc COCHRANE nominato, filio legitimo tertio natu Joannis B. de eodem, —solarem dimedietatem terrarum de Cochrane extenden. ad 5 mercat. antiqui extentus, cum fortalicio, manerie loco, molendinis, silvis, piscationibus, columbariis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew ;—necnon dicto Alex., et ELIZABETHE COCHRANE ejus sponse, filie legitime tertie Willelmi C. de eodem,—umbralem dimed. dictarum 5 mercatarum de Cochrane, cum molendinis &c. (*ut sup.*); —quas omnes dictus Wil. in eorum favorem resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. :—TENEND. solarem dimed. dicto Alex. et heredibus masculis inter eum et dictam Eliz. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legitime procreandis, nomen et arma de Cochrane gerentibus, quibus def., Roberto Blair de Auldmure immediato seniori fratri germano dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, cognomen et insignia de Cochrane acceptantibus et nomen de Blair renuntiantibus, quibus def., Bricio B. de Lochwod eorum immediato seniori fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Hugoni B. immediato fratri juniori germano dicti Alex., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gavino B. dicti Alex. fratri germano natu minimo, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., secundo filio legitimo senioris domini de Fulwod pro tempore existen., ejusque heredibus masculis cognomen et insignia de Sempill renuntiantibus insigniaque et cognomen de Cochrane acceptantibus, quibus def., domino de Barbachlaw ejusque pro tempore heredibus masculis cognomen et insignia de Cochrane gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. C. quibuscunque, cognomen &c. (*ut sup.*) ; umbralem dimed. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, heredibusque eorum supradict. ; de principe et senescallo Scotie :—REDDEND. unam rosam nomine albe firme :—PROVISO quod si dicti Alex. aut heredes cognomen et insignia de Cochrane declinarent, jus hereditarium proximo heredi tallie eadem acceptanti accresceret ; et quod non liceret dictas terras aut annuos redditus de eis alienare in prejudicium cognominis de Cochrane (quod si facerent, dicta alienatio nullius esset roboris et terre ad propinquiores heredes tallie pertinerent),—secundum tenorem contractus matrimonialis inter dictas personas, de data apud ecclesiam de Kilbarquhan, 24 Jul. 1600 :—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 1.

1143. Apud Halierudehous, 9 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit familiari servitori suo M. GEORGIO YOUNG archidiacono S. Andree, et (de ipsius consensu et desiderio) MARGARETE MURRAY ejus conjugi,—villam et terras de Wilkestoun, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff ;—quas (olim de archidiacono S. Andree tentas) Adamus Mathesoun Ros heraldus in favorem dicti Geo. resignavit ; et quas rex, pro diuturno et acceptabili

servitio, dictis Geo. et Marg. de novo ad feudifirmam dimisit, prout per dictum Geo. ejusque tenentes occupate sunt tam in proprietate quam communitate (intra bondas specificatas), et cum libertate carbones et calcem *lie lymestane* in terris et communitate effodiendi:—TENEND. dictis Geo. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus dicti Geo. quibuscunque et assignatis :—REDDEND. 22 libras 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 26 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 10.

1144. Apud Halierudhous, 12 Feb.

REX confirmavit et,—pro servitio sibi suisque predecessoribus impenso, ac pro 501 merc. et 20 lib. compositionis persolutis, —cum consensu &c. (105. 101. 93.),—de novo dedit ALEXANDRO STRATHAUCHIN de Thornetoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Thornetoun, terras dominicales ejusdem, cum castro et manerie loco, molendinis granorum et fullonum, et pertinentiis (viz. Brigtoun, New-Thorntoun, Brandisleyis, Langhill, cum bruerio *lie* Browstersait apud molendinum granorum de T.), necnon antiquum castrum de Kincardin et *lie Castelsted thairof* cum ejus terris et privilegiis, terras de Petgarvie, Caldam, Muretoun, Goseslie, Roishill et Wyismestoun, cum *lie Parkis* de Kincardin eorumque pendiculis (viz. terris de Newbigging cum molendino granorum, terris molendinariis &c., Boighoill, Huntarsait, Crechieburne, Blairnamiddill, Arnbarro, Arclesaittis, Todhoillis et Newsaitt), cum piscationibus, silvis, tenentibus &c., necnon moras et petaria *lie muris and mossis* de Kincardin, Gallowhillok et Gallowmyres, cum focalium *lie fewall, faill* et *dovett* in communia lucratione, ac communi pastura bestialium in *lie muris and mossis* de Luther, Cammak et Strafynlochill, necnon montes sive colles, *lie mures and mossis* supra terras *the Braylandis of Thornetoun* nuncupat. usque ad summitatem montium (viz. *begynnand at the west syid of the toun and landis of Crechieburne, ascendand up to the hill or month heidis thairof as wind and wedder scheirris, and thairfra directlie northeist keipand the heicht of the hill for marche thairof to the Cairny-Month, and frathyne doun the northeist cairne gait to the Clattering-brigis, and fra that northeist to the water of Ferder, keipand the water as merche, doun that till it cum to the proper landis of Over Craignestoun, and fra that upwart and west to the saidis Alexanderis proper merche dykis of the landis of Thornetoun*), cum focalium aliorumque necessariorum in communia lucratione, ac cum communi pastura in orientali et occidentali partibus dict. bondarum, vic. Kincardin ; necnon terras de Haddow et Lawsched (olim de monasterio S. Andree tentas), in parochia de Conveth, vic. Kincardin ;—quas idem Alex. resignavit :—INSUPER rex constituit dictum Alex. hereditarium ballivum infra omnes bondas dict. communiarum ; — et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Thornetoun :—REDDEND. pro antiqua baronia de T. jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum ad 50 lib. annuatim, relevium ad 50 lib., maritagium ad 1000 mercas) ; pro antiquo castro &c. (usque ad Newsait) 8 merc. 3 sol. 8 den., pro dictis moris de Kincardin &c. 40 sol., pro communiis in moris de Luther &c. 13 sol. 4 den., pro proprietate dictorum montium &c. 13 sol. 4 den., pro dicta pastura in orien. et occiden. partibus bondarum 6 sol. 8 den., nomine feudifirme ; pro Haddow &c. 5 merc. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud monast. S. Andree, ac duplum feudifirme in introitu heredum (proviso quod si duo termini currerent in tertium insoluti in toto vel in parte, hec locatio expiraret); et 6 sol. 8 den. nove augmentationis pro omnibus suprascriptis in feudifirma tentis ; pro dicto officio unum den. albe firme, ac debitam administrationem in eodem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 12.

1145. Apud Halyruidhous, 14 Feb.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro servitio sibi impenso

et impendendo, quitteclamavit JOANNI CORSTOUN filio legitimo Joannis C. senioris incole ville de Nethir Crawmound, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre cum domibus, horreo, *lie kill* et *cobill* et parva crofta, ex parte occidentali vie regie ville de Kirk-Crawmound (inter tenementa et terras quondam Jo. Smyth tunc Rob. et Jo. Mowbrayis, terram dominicalem Ricardi Cas et Walt. Cleghorne, et aquam de Almound), cum pastura unius equi sive eque et unius vacce cum earum sequelis in communia dicte ville, et potestate lucrandi *lie fewall*, *faill*, *peittis and dovattis* ibidem;—quod olim ad episcopatum Dunkeldensem pertinuit:—REDDEND. 5 den., cum servitio burgi debito et consueto; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 7.

1146. Apud Halyruidhous, 14 Feb. REX,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI CORSTOUN juniori, filio legitimo Joannis C. senioris in Nethir Crawmond et Mariote Bartane ejus conjugis, et JOANNI BARTANE filio legitimo quondam Willelmi B. apud *lie* Schoirsyde de Almound, heredibus eorum et assignatis quibuscunque,—tenementum terre cum horto in villa de Nethir Crawmound ex occidentali parte vici regii (juxta aquam de Almound), duo tenementa ex orientali parte dicti vici, croftam ex oriente fortalicii de Crawmound (inter terras episcopi Dunkeldensis et litus maris), tenementum cum horto ex occidente dicti vici, cum crofta eidem pertinente prope *lie* Sanct-Columbiswell (inter terras communie de Crawmound et litus maris), cum tribus *lie fredomes* pasturandi 3 equos et 3 vaccas cum sequelis super communia de Kirk-Crawmound, et lucrandi glebas, cespites et focalia ibidem;—que olim ad episcopatum Dunkeldensem pertinuerunt:—REDDEND. $2\frac{1}{2}$ nummos, cum 15 sol. 7 den. antea solutis capellano S. Thome in ecclesia de Kirk-Crawmound nomine annualis redditus, et 12 den. augmentationis; cum ceteris (si que essent) in antiquo rentali contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 8.[1]

1147. Apud Halyrudehous, 14 Feb. REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI STEWART magistro de Orknay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—occidentalem quarteriam orientalis dimedietatis terrarum de Wester Tarbert, cum *ailhous* et Ailhouscroft (olim per Nic. Ros occupat.), in diocesi Rossen., vic. Invernes;—que olim ad episcopatum Rossen. pertinuit:—REDDEND. pro terris 3 lib. 4 sol., $\frac{1}{4}$ *lie custome-mart*, unum muttonem, 3 capones, 3 pultreas, 1 hedum, 20 ova, 2 firlotas *lie suggeroun-aittis*, pro *lie ailhous* &c. 26 sol. $7\frac{1}{2}$ den., $\frac{1}{4}$ muttonis, $1\frac{1}{2}$ capones, $1\frac{1}{2}$ pultreas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 24.

1148. Apud Halierudhous, 17 Feb. REX confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig,—[qua,—virtute contractus de data 5 Feb. 1596, inter se cum consensu Bernardi Lindsay incole ville de Leith ab una, et And. Logane de Coitfeild ab altera partibus, in libris dominorum concilii registrati 9 Jan. 1601, necnon alius contractus de data presentium inter dictum And. cum consensu Eliz. Hoppringill ejus sponse ab una, et ADAMUM COWPER unum clericorum collegii justitie ab altera partibus, — cum consensu dicti Andree, vendidit dicto Adamo Cowper, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras et villam de Nether Gogar, cum tenentibus &c., et feudifirmis, in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh:—REDDEND. regi servitia warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Logane portionario et ballivo de Restalrig, Patricio Logane fratre dicti And., Adamo Logane filio et herede apparente Andree L. de Grantoun, Jacobo Logane clerico regalitatis de Brochtoun,

[1] This charter has the following names of adjoining owners:—Wil. Cleghorne, John Dalzell, umquhile Tho. Cleghorne, umq. John Mowbray, Jonet Stewin, umquhile Mr John Logane, John Wilsoun, James Mowbray of Coilcairny, John Howiesoun.

Gilb. Edingtoun scriba in Edinburgo, Wil. Stark servo dicti Adami C.:—carta scripta per Jo. Castellaw servum dicti Adami C.: —Apud Edinburgum, 28 Jan. 1601]:—INSUPER dict. terras dicto Adamo C., pro ejus bono servitio, de novo dedit:—et taxavit wardam et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, relevium ad 40 lib., maritagium heredis ad 100 libras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 9.

1149. Apud Halyrudehous, 19 Feb. REX concessit ALEXANDRO ELPHINSTOUN filio magistri de Elphinstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —20 mercat. terrarum antiqui extentus de Pettynane, cum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Lanerk, et per annexationem in dominio et baronia de Carlile;—que fuerunt quondam Willelmi magistri de Carlile aut quondam Michaelis dom. de Carleill vel Eliz. C. ejus neptis;—necnon terras de Pettinane vocatas *the Maynis* et tunc Wester-Raw, cum fortalicio, manerie, molendinis &c. (*ut supra*), in dominio de Pettynane, vic. de Lanerk;—que fuerunt Jacobi Johnnestoun de Wester-Raw;—necnon 10 libratas terrarum de Duncreiff et Wyisbie, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis &c. (*ut sup.*), in senesc. Annanderdaill;—que fuerunt quond. Adami Murray de Duncreiff;—et que omnes, de rege tente per servitium warde, regi devenerunt ob alienationes per dictas personas aut earum predecessores factas absque consensu regis: —cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 40.

1150. Apud Halyruidhous, 20 Feb. REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit JOANNI HOME de Hutonhall, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Sowther Kynnadeis, cum molendino, terris molendinariis &c., in regalitate S. Andree, vic. Fyif;—que olim ad preposituram ecclesie collegiate de Kirkhill pertinuerunt:—SOLVEND. 18 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 17.

1151. Apud Halierudhous, 20 Feb. REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam M. Gullielmi Murray, rectoris ecclesie parochialis de Dysert,—[qua concessit ELIZABETHE FORBES domine Sinclare, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—tenementum in dicta rectoria (inter mansionem suam ex orientali, vulgo *nixt be east the east gavill thairof of lenth langis the northe merche eistward conforme to the breid of the said east gavill* 28 *futis of lenth*, dicti fani cymeterium ex australi, *the Kirkbank* ex occiden., viam publicam ad dict. fanum ex boreali);—quod Henricus Grott ejus feodatarius, cum consensu Joannis Grote et Margarete Dudingstoun parentum suorum et dominorum vitalis redditus, pro hac carta conficienda resignavit:—REDDEND. dicto rectori 10 sol., et 5 sol. augmentationis; necnon tres sectas ad 3 placita capitalia apud mansionem dicti rectoris:—cum precepto sasine directo Jacobo Sinclair:—TEST. Magistris Andrea Peblis lectore de Dysert, Jac. Bruce de Newburne, Georgio Gardin de Latone in Angusia, Davide Thomesone sartore burgen. de Dysert, Jac. Sinclair servitore domini Sinclare, Laurentio Sinclare filio legitimo dicti dom., Jo. Strutheris incola dicti burgi, Hen. Young communi scriba ibidem, Joanne Auld notario ibidem (scriptore carte):—Apud burgum de Dysert, 17 Feb. 1601]:—PRETEREA dictum tenementum quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 18.

1152. Apud Halyrudehous, 2 Mar. REX confirmavit cartam Walteri Murray portionarii de Drumdewan olim in Carsheid, et Helene Stewart ejus sponse,—[qua, vigore contractus de data presentium, vendiderunt GEORGIO OLIPHANT de Bauchiltoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—quarteriam suam terrarum de Drumdewan, cum quarteria molendini, terrarum molendinariarum &c. (olim per Hen. Stewart et ejus subtenentes, tunc per Jo. Weitfute et ejus cottarios occupat.), necnon annuum redditum 6 merc. de dictis terris de Drumdewan, vic. de Perth:—TENEND. de rege:—cum

clausula warrantizationis terrarum &c. contra omnes mortales, annui redditus a factis suis et D. Willelmi Ruthven senioris de Ballindane militis et Willelmi R. feodatarii de B. ejus filii :—cum precepto sasine :—TEST. (ad subscriptionem dicti Walt.) Jo. Murray de Tibbermwre, Laurentio Oliphant de Williamstoun, Laurentio Grhame tutore de Kalendar, Jo. Henrie in Perth (scriptore carte) et Thoma Gaw notariis :—Apud Perth, 26 Maii 1599 :—(ad subscriptionem dicte Helene) Antonio et Thoma Murray fratribus germanis dicti Walteri, Andrea Lambe et Jo. Hay servitoribus dicti Geo. Hay (*sic*) de Bauchiltoun :—Apud Drumdewan, 18 Oct. 1599] :—INSUPER,—pro bono servitio dicti Geo., ac pro compositione persoluta,—suprascripta dicto Geo. de novo dedit :—et taxavit wardam et nonintroitum ad 53 sol. 4 den. annuatim, et maritagium ad 100 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 43.

1153. Apud Halyrudehous, 2 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit NINIANO M'MORANE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—trigesimam binam partem ville et terrarum de Kingis-barnis, in senesc. et vic. de Fyiff;—quam Wil. Lyell portionarius de Kingis-barnis, cum consensu Cristine Myretoun sponse sue, in favorem dicti Niniani resignavit:—TENEND. in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153) :—REDDEND. 41 sol. 8 den., 4 bollas 2 firlotas frumenti, 5 bol. 2 firl. ordei, $3\frac{3}{4}$ capones, cum ariagiis, cariagiis et servitiis consuetis, et 20 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 153) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 142.

1154. Apud Halierudhous, 2 Mar.

REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit D. DAVIDI MURRAY de Gospertie militi, computorum rotulatori,—terras et baroniam de Segy, cum molendinis, tenentibus &c., vic. de Kinroscher;—quas Alex. dom. Home, D. Tho. Erskin de Gogar miles, et Georgius Ker de Fawdounsyid portionarii earundem in favorem dicti Dav. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Segy, ut unica sasina apud villam de Mekle Segy capienda pro omnibus staret :—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Andree M. de Balvaird et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque, cognomen et arma de Murray gerentibus, et eorum assignatis:—REDDEND. 3 den. sterlingorum nomine albe firme, non obstante quod partes dictorum Alex. et Geo. per servitium warde tenebantur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 145.

1155. Apud Halyrudehous, 3 Mar.

REX confirmavit cartam factam per Tho. Lyell filium et heredem quondam Patricii L. in Dinnichin ac nepotem et heredem quond. Thome L. in D. ejus avi,—[qua,—cum consensu Alexandri Lyell naucleri burgensis de Dundie curatoris sui, pro ejus interesse,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit DAVIDI CREWKSCHANK servo Joannis Carnegy de eodem, heredibus ejus et assignatis,—sub reversione continen. summam 450 merc.,—brasinam vulgo *the brewhous* de Dinnichin ejusque terras brasinarias, et acram arabilem ex parte orientali de Drumbog, cum decimis garbalibus earundem, in baronia de Dinnichin, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar :—REDDEND. dicto Tho. unum den. albe firme; necnon firmas et devorias in originali infeofamento contentas iis quibus debite sunt :—cum precepto sasine directo Ricardo Rind de Fanow :—TEST. Davide Spalding nauclero burgen. de Dundie, Davide M'Gill servo Joannis Moffat carpentarii burgensis ejusdem, Rob. Dumbar servo Petri Wedderburne burgensis ejusdem, M. Willelmo Balfour et Jo. Pattoun (scriptore carte) notariis, Jac.. Ker filio legitimo Jacobi K. naucleri burgensis ejusdem :—Apud Dundie, 5 Dec. 1596]:—NECNON instrumentum sasine sub signo et subscriptione M. Alex. Peirsoun scribe burgi de Abirbrothok,—[qua narratum est Abrahamum Creichtoun ballivum burgi de Abirbrothok, super solis

terrarum subscript. quond. Davidis Lyell in burgo de Abirbrothok, tradidisse Davidi Cruschank burgensi dicti burgi, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 40 lib. de novo tenemento (inter terras dicti Dav. et hortos elimosinarios), et horto *lie* Braidyaird ex parte orientali de Lorburne (inter terras Alex. Wode et aqueductum), et horto ex occiden. dicti vici vocato *lie* Greinyaird (inter terras Rob. Lyne et Alex. Haggus, et aquam de Brothok), et 2½ acris de Keptie cum decimis (inter terras Geo. Peirsoun et And. Dunlop, Walleis et viam ad morum);—super resignatione Thome Lyndsay burgen. de Dundie et Margarete Ker ejus sponse (per Jo. Carrell burgen. de Dundie procuratorem constitutum per literas de data apud Dundie, 23 Jun. 1599) in favorem dicti Dav. C.:—Test. Jo. Haillis, Pat. Balfour, ballivis burgi de Abirbrothok, Jo. Schakart, Jacobo Young, officiariis ejusdem:—20 Jul. 1599, hora circa 3 p.m., an. reg. 33 (*sic*)]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 130.

1156. Apud Halierudhous, 4 Mar.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit [1] cartam Joannis Mackcaw de Australi Garathie,—[qua vendidit JOANNI STEWART vicecomiti de Bute, et heredibus ejus masc. (nomen et arma de Stewart gerentibus),—25 sol. terrarum antiqui extentus occidentalis partis de Australi Garathie, in insula et vic. de Bute:—Reddend. regi tanquam principi et senescallo Scotie feudifirme firmas et devorias debitas et consuet.:—Test. Tho. Cunnebruche de Scowlokis, Angusio Bannatyne de Lowbas, Wil. Stewart filio quondam Archibaldi S. de Laegazane (Largazane?), Joanne Gorow M'Caw de Garathie, Roberto Striviling burgen. de Rothesay:—cum subscriptione dicti Jo. M. de Australi Garathie calamum tangentis:—Apud Australe Garathie, 18 Dec. 1590]:—[2] cartam Joannis Stewart de Kilquhinlick,—[qua vendidit dicto Jo. S. vicecomiti, et heredibus ejus masc. cognomen et arma de Stewart gerentibus, absque redemptione,—20 sol. terrarum aut. ext. de Langhillculquhi (per dictum vicecom. et ejus subtenentes occupat.), in dictis insula &c.:—Reddend. *ut supra*:—Test. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Rob. Glas de Middill Escogis, Waltero Stewart filio quond. Joannis S. in Neilistounsyid, Tho. Fraser in Rowttanburne, Arch. Stewart filio et herede apparente dicti Jo. S. de K., Arch. Stewart filio quond. Alexandri S. de Knaischlache:—carta scripta per Arch. Connell notarium publicum:—Apud burgum de Rothesay, 19 Sept. 1595]:—[3] cartam Roberti Glas de Middill Escogis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud burgum de Rothissay, 5 Nov. 1594,—vendidit Joanni Stewart de Ardmeleisch vicecomiti de Bute, et JEANNE BLAIR ejus sponse, absque redemptione,—20 solidat. terrarum ant. ext. de Middill Escogis ex boreali parte dicte ville (per Jo. Stewart de Escogis occupatas), in dictis insula &c.:—Tenend. dictis Jo. et Jean. in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque nomen et arma de Stewart gerentibus, de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—Reservato libero tenemento dicto Rob.:—Test. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie servo dicti vicecomitis, Jo. Stewart de Kilquhinlick, Walt. Stewart filio quond. Joannis S. in Neilistounsyid, Wil. Stewart filio quond. Alexandri S. burgensis de Rothesay, Jo. M'Ilchreist cive ejusdem:—carta scripta per dictum Arch. Connell:—Apud Escogis, 19 Sept. 1595]:—[4] aliam cartam Roberti Glas de Escogis,—[qua,—pro perimpletione &c. (*ut in carta* [3] *supra*),—vendidit Jo. Stewart de Ardmaleiche vicecomiti de Bute, et heredibus ejus masc., absque redemptione,—40 sol. terrarum ant. ext. de Mid Escogis, in dictis insula &c.:—Tenend. de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—Test. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Wil. Stewart filio quond. Alexandri S. burgen. de Rothesaye, Joanne Kelburne, Joanne M'Ilchreist, civibus dicti burgi, Dowgallo M'Kawis medico, Jo. Kar servo dicti vicecomitis:—Apud Eskoge, 19 Sept. 1595]:—[5] aliam cartam Rob. Glas de Eskoge,—[qua vendidit dicto Jo. Stewart vicecomiti, et heredibus ejus masc.,—16 sol. 8 den. terrarum ant. ext. de Cogoche,

in dictis insula &c.:—REDDEND. Henrico principi et senescallo Scotie feudifirme firmas et devorias debit. et consuet.:—TEST. Jo. Stewart de Kilquhinlick, Arch. S. ejus filio et herede apparente, Patricio Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Jac. Stewart burgen. de Rothesay, Jac. Spence burgen. ibidem:—cum subscriptione dicti Rob. calamum tangentis:—Apud Cogoche, 24 Sept. 1595]:—[6] cartam Jacobi Bannatyne filii et heredis quond. Jacobi B. scribe in Edinburgo,—[qua, virtute contractus de data presentium,—cum consensu Henrici Nisbit burgen. de Edinburgh et M. Jacobi Bannatyne scribe, curatorum suorum, pro eorum interesse,—vendidit Joanni Stewart de Ardmolice vicecomiti de Bute, absque redemptione,—5 librat. terrarum de Inschemernok, vic. Bute:—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Stewart gerentibus, de rege, loco episcopi Ergadie, in feudifirma:—REDDEND. 20 lib., et 20 sol. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jac. Stewart civi burgi de Rothesay:—TEST. Wil. Stewart clerico de Edinburgh, Joanne Stewart de Rosland, Rob. Bannatyne fratre dicti M. Jac., Jacobo Nisbit burgen. de Edinburgh, Adamo Fairley servitore dicti vicecomitis:—Apud Edinburgh, 10 Feb. 1592]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum vicecomitem ejusque predecessores prestito, dictas terras dictis personis respective de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 131.

1157. Apud Halyruidhous, 18 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit D. RICARDO COKBURNE feodatario de Clerkingtoun militi, secreti sigilli custodi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — tenementum interius in civitate Brechinensi, ex orientali parte ejusdem, cum libero introitu ad portam anterioris domus tegulis cooperte, cum acra arabili eidem tenemento ab antiquo adjacen. (inter semitam ad Caldhame et *commounden* dicte civitatis);—quod olim ad episcopatum Brechinen. pertinuit:—REDDEND. 13 solidos; necnon 3 libras 6 sol. 8 den. capellanis chori Brechinen. et eorum locum tenentibus; et faciendo servitia in dicta civitate debita et consueta, cum 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 159.[1]

1158. Apud Halyrudehous, 18 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. JACOBO BANNATYNE portionario de Balma, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de *lie* Kirktoun de Newtyld, cum *lie* Brewland et decimis garbalibus earundem, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt:—REDDEND. 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliv. 326.

1159. Apud Halyrudehous, 21 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit ANDREE DOMINO STEWART DE UCHILTRIE, et Domine MARGARETE KENNEDY ejus sponse, — terras ecclesiasticas de Uchiltrie *lie* Vicaris-holme, in dominio de U., vic. Air;—que olim ad rectoriam et vicariam de Uchiltrie pertinuerunt;—cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Uchiltrie;—quam Jac. commendatarius de Melros resignavit, et quam ecclesiam, olim pertinentem ad monast. de Melros, rex in separatam rectoriam et vicariam erexit:—TENEND. dictis And. et Marg. et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque ei in terris et dominio de Uchiltrie succedentibus:—RED-

[1] This charter has the following names of adjoining owners:—umquhile John Guthrie, Mr Wil. Meldrum chanter of Brechin, umq. David Baxter, umq. Mr Wil. Scall, umq. Wil. Richard, umq. Joh. Scott.

DEND. pro terris 10 lib., et 3 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, ac duplum feudifirme in introitu heredum; pro advocatione unam rubram rosam 1 Aug. nomine albe firme: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 19.

1160. Apud Halierudhous, 21 Mar. REX,—cum consensu &c. (105.),—confirmavit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, de novo dedit ANDREE FRASER de Stanywod—terras et baroniam de Stanywode et Muckwell, cum castellis, maneriebus, silvis, molendinis, lacubus et piscationibus, vic. Abirdene;—quas idem And. resignavit; et quas rex incorporavit in baroniam de Stanywode ut ab antiquo, ordinando fortalicium de Muckwell principale messuagium fore:—TENEND. dicto And. et legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. cognomen et insignia de Fraser gerentibus quibuscunque, quibus deficientibus, Alexandro F. de Dures et legitimis &c. (*ut sup.*):—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 90 lib. annuatim, relevium ad 90 lib., maritagium ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 20.

1161. Apud Halyrudehous, 26 Mar. REX,—cum avisamento &c. (93.)—in feudifirmam dimisit JACOBO CLEGHORNE filio Walteri C. incole ville de Kirk-Crawmond, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terre tenementum in dicta villa ex parte orientali (occidentali?) vie regie (inter terram quondam Pat. Grenlaw tunc Ricardi Cars et Jo. Corstoun, terram quondam And. Corstoun tunc Jo. Mowbray, et aquam de Almond), vic. Edinburgh;—quod olim ad episcopatum Dunkelden. pertinuit; et quod rex dicto Jac., pro ejus bono servitio, concessit cum duobus *lie friedomes* 2 equos et 2 vaccas in communia de Kirk-Crawmond pasturandi, necnon *fewall, faill* et *dovettis* lucrandi:—REDDEND. firmam burgi debitam et consuet., cum servitio debito et consueto:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 23.

1162. Apud Halyrudehous, 26 Mar. REX confirmavit ROBERTO DOMINO ELPHINGSTOUN in vitali redditu, et ALEXANDRO MAGISTRO DE ELPHINGSTOUN ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus,—terras et baroniam de Elphingstoun, cum earum castro, manerie, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., terras de *lie Hallis-of-Airth* cum piscariis, terras de Polknaif cum piscariis, tenentibus &c., superioritatem terrarum de Powfoullis, quarteriam de Airthbeg, terras de Bannokburne, cum molendinis, carbonibus, advocatione capellanie S. Niniani, bovatam terre in Monte de Airth *lie* Rosehill nuncupatam, terras de Carnok, Querrell et Plane, terras de Craiggorth cum molendino et *lie cruves*, terras de Gargunnok, vic. de Striviling;—necnon, in speciale warrantum de *Hallis-of-Airth* &c. (usque ad dictam advocationem), dimidietatem terrarum et baronie de Calder, cum fortalicio, manerie, tenentibus &c., vic. . . ;—terras de Rossie cum earum fortalicio et manerie, tertiam partem terrarum de Drumbullis, terras de Pendreich, vic. de Perth;—quas iidem Robertus et Alex. resignaverunt;—necnon dicto magistro de Elphingstoun in vitali redditu, et ALEXANDRO ELPHINGSTOUN ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus, hereditarie,—terras et baroniam de Kildrymie cum castro, terras de Invernachtie cum silvis, et advocatione rectorie de Invernochtie et capellanie de Dene, villam et burgum baronie de Kildrymmie &c. (*ut in carta* 51), vic. Abirdene; terras de *lie* Kirktoun de Kildrymmie &c. (*ut in carta* 24);—quas iidem Rob et Alex. senior et junior resignaverunt;—et quas omnes rex, pro bono servitio, eis respective de novo dedit, cum baronie de Elphingstoun carbonibus, silvis, forestis, parcis, *lie hanyngis*, pratis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium, cimbis *lie cobillis*, retis, *lie yairis*, *cruvis*, et ceteris ingeniis piscationum in omnibus

flumine de Achie et Lochek (olim ad prepositurarn collegii de Kilmwn pertinentes), terras de Fynnertmoir, Fynnertbeg, Wlting et Bla(i)rmoir et aliam quarteriam dicte piscarie (olim ad capellaniam dicti collegii pertinen.), terras de Coufflatt et Cloyne, in parochia de Kilmwn, terras de Craighawis in parochia de Lochgoylisheid, terras de Kilmolew in parochia de Kilmolew (omnes olim ad prepositurarn et capellanias dicti collegii pertinen.), terras de Kenlochgoyle in dicta par. de Kenlochgoylisheid (olim ad vicariam dicte parochie pertinen.), et terras de Barnacarrie in parochia de Kilfynnen (olim ad capellaniam de Kilmory pertinen.), vic. Argyle; cum molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus; necnon advocationem prepositure et capellaniarum dicti collegii, et vicariarum de Kenlochgoylisheid et Glenurchie, que beneficia ad terras de Kilmwn annexuit: —Reddend. pro terris &c. 20 libras, pro advocatione unum den. si peteretur, et personas qualificatas presentando, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Insuper rex voluit quod unica sasina apud dictam ecclesiam collegiatam de Kilmwn capienda pro omnibus staret:— Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 106.

1219. Apud Falkland, 22 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri Foullartoun de Dunevyn-Wester,—[qua vendidit GEORGIO FULLARTOUN filio suo primogenito, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wester Dunevyn, cum molendino granorum, tenentibus &c., in baronia de Dundie,[1] parochia de Glamis, vic. Forfar:—Tenend. de rege:—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Reservato dicto Alex. vitali redditu orientalis seu solaris dimedietatis dict. terrarum per se occupate, cum integro molendino:—cum precepto sasine directo Tho. Ogilwy de Torbreckis:—Test. Jo. Lamby de Dunkeny, Davide Fullartoun filio dicti Alex., Joanne Kyninmonth de Wester Mathie apparente, Rob. Fullartoun in Dunevyn, Tho. Ker sartore in Dundie, Abrahamo Piggott notario publico clerico regalitatis de Keremure (scriptore carte):—Apud Dundie, 11 Jul. 1601]:—Preterea, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, suprascripta dicto Geo. de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 165.

1220. Apud Palatium de Falkland, 23 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi Scott de Baluerie militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 17 Jun. 1590, in libris dominorum concilii registrati,—vendidit JOANNI QUHIPPO de Rumgawie, incole ville de Leithe, et AGNETE LOGANE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque,—dimedietatem terrarum de Inverteill;—necnon dictis Jo. et Ag. in vitali redditu, et GEORGIO QUHIPPO eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—alteram dimed. earundem, cum loco, vic. Fyiff:—Reddend. regi 10 sol. pro antiqua alba firma:—cum precepto sasine:—Test. Pat. Weyms de Rumgawie, Geo. Logane de Bonytoun, M. Alex. Auchmawtie fratre germano Joannis A. de eodem, Hen. Weyms. . . dicti Pat., Jac. Tarbert scriba signeti:—Apud Edinburgh, 24 Mar. 1595]:—Necnon cartam dictorum Jo. Quhippo et Agnete,—[qua vendiderunt dicto Georgio Quhippo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem de Inverteill in qua adhuc infeodatus non extitit, vic. Fyiff:—Reddend. regi 5 sol. albe firme:—Salva reversione dicto Jac. Scott secundum tenorem dicti contractus: —Reservato libero tenemento dicto Jo. Quhippo:—cum precepto sasine:—Test. M. Davide Aytoune advocato, Rob. Scott mercatore, And. Scott chirurgo, burgensibus de Edinburgh, et Alex. Sempill servitore Jo. Gilmour scribe signeti regii (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 9 Jul. 1601]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 164.

1221. Apud Falkland, 23 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Kirkcaldie de Grange, et Margarete Hammil-

[1] The introductory clause reads, "in baronia de Dunevyn."

toun ejus conjugis,—[qua,—cum consensu Thome Hammiltoun de Preistisfeild et M. Thome H. advocati regis, necnon Walteri Adamesoun de Littil Barnbowgall, pro eorum interesse,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro pecuniarum summis persolutis per WILLELMUM ROLLAND filium primogenitum et legitimum Andree R. in Kynnedder, et per Jo. Rolland burgen. de Kingorne,—vendiderunt dicto Wil. R., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. legitimis propinquioribus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — solarem dimedietatem de Glasmonth (per Jac. Orrok et Davidem Broun tenentes occupat.), in parochia de Kingorne et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Lyntoun advocato, M. And. Hammiltoun filio legit. dicti Tho. H. de Preistisfeild, Jac. Done famulo dicti M. Thome Hammiltoun, M. Wil. Kellie et Jo. Hammiltounis scribis in Edinburgh, Pat. Kirkcaldie filio Joannis K. de Abdene, Roberto Kellis, Jac. Gray, Willelmo Martine, famulis dicti dom. de Grange, M. And. Wilsone in Bruntiland, Alexandro Dick ibidem (scriptore carte):—Apud Edinburgh et Grange, 30 Maii et 6 Jul. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliii. 167.

1222. Apud Falkland, 26 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit et,—pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo dedit ROBERTO FAIRLIE de eodem, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Fairlie, cum molendinis, piscationibus et pertinentiis tam proprietatis quam tenandrie, 40 solidat. terrarum de Wattersyde, 40 solidatas de Blaiketlie, 10 mercat. de Fairlie-Crevoch, cum turre, et molendinis fullonum et granorum, vic. Air;—quas idem Rob. resignavit:—RESERVATO Katherine Crawfurde relicte Davidis Fairlie de eodem vitali redditu ejus conjuncte infeodationis terrarum, cum rationabili tertia:—PRETEREA rex,—quia commodus portus extitit, ubi liegii et peregrini quotidie cum navibus et cimbis *lie crearis* appellere solebant, Fairlie-raid vocatus,—de novo erexit villam de Fairlie in liberum burgum baronie cum ejus portu, BURGUM ET PORTUM DE FAIRLIE nuncupand.; cum potestate dicto Roberto ballivos, thesaurarios, decanos gilde, consules, burgenses &c. faciendi; cum libertate burgensibus emendi, vendendi, conservandi, *lie pak* et *peill* &c.; cum potestate pretorium edificandi et crucem foralem, cum mercantiis hepdomadatim diebus Lune et Veneris, cum libera nundina *lie fair* annuatim 4 Nov. pro 48 horis continuanda, cum custumis &c.; cum potestate dicto Rob. custumas portus tam per mare quam per terram levandi pro sustentatione dicti portus, necnon resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem quibuscunque personis disponendi, curias burgales tenendi bis hepdomadatim scilicet diebus Lune et Veneris &c.:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliii. 53.

1223. Apud Falkland, 26 Jul.

REX confirmavit cartam Walteri Wode de Fettircarne,—[qua,—pro adimpletione contractus de data presentium,—vendidit WALTERO WOD filio suo et apparenti heredi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Eister Strath, in dominio et vic. de Kincardin:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Roberto Stratoun in Deanis-strayth:—TEST. Wil. Forbes de Monymusk, Davide Lindsay seniore de Vayne, Davide L. ejus filio, Jo. Leslie notario publico:—carta scripta per M. Arthurum Watt notarium publicum:—Apud Fettircarne, 22 Feb. 1594]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Walt. Wod tunc de Fettircarne, de novo ei dedit dict. terras, cum *lie commountie* in mora de Luther et in *the Mos of Balmane*, cum potestate bona et catella pasturandi, *lie peittis, turvis, fewall, faill and dovattis* effodiendi, cum extractione mericarum:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliii. 57.

ANNO REGNI 35. ANNO DOMINI 1601.

1224. Apud Dalkeith, 1 Aug.[1]
REX,—cum avisamento &c. (102. 103. 92.),—in feudifirma disposuit et, pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO SANDILANDIS de Sant-Monanis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Houstoun, cum earundem mansione, manerie, columbariis, cuniculariis, molendinis, piscariis in aqua de Tyne, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—que olim ad ministerium ecclesie Crucis de Peblis pertinuerunt :—REDDEND. 33 lib. 6 sol. 8 den. pro antiquis feudifirmis, et 13 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 43.

1225. Apud Palatium de Falkland, 2 Aug.
REX,—tanquam administrator filii sui Henrici principis et senescalli Scotie ducis de Rothesay com. de Carrik dom. Insularum ac de Kyle, Cunynghame et Kilmarnok,—concessit NIGELLO MONTGOMRIE juniori de Langschaw et MARIOTE MURE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Nigelli quibuscunque,—terras de Fulwod, Gabrochhillis, Ovir et Nethir Auchintiberis, Ovir Bordland et Struther, Quhytleis, Ovir et Nether Pacokbankis, cum molendino granario ejusdem, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—necnon dicto Nigello, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—10 mercat. terrarum antiqui extentus de Balgray, 4 mercat. de Nethir Bordland, cum tenentibus &c., cum terris suprascriptis et quibusdam aliis terris ab antiquo incorporatas in unam baroniam de Balgray, extenden. in integro ad 34½ mercat. ant. ext., cum tenentibus &c., molendinis et piscationibus; —quas omnes Jo. com. de Cassillis dom. Kennedy &c. in favorem dicti Nigelli resignavit ; et quas rex,—pro bono servitio dicti Nigelli, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo in liberam baroniam de Pacokbankis incorporavit, ordinando mansionem et maneriem de P. fore principale messuagium :—REDDEND. dicto principi wardas &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 178.

1226. Apud Palatium de Falkland, 3 Aug.
REX concessit JACOBO LESLIE filio et heredi apparenti Davidis L. de Otterstoun, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque,—terras de Otterstoun, extenden. ad 40 solidat. antiqui extentus aut eocirca, cum earum fortalicio, manerie loco, columbariis, lacubus, silvis, cottagiis, pendiculis, et specialiter pendiculum vocat. Quhytehill et *lie outsett* earundem Mackeiswallis nuncupat., vic. Fyife ; —quas dictus Dav. in favorem dicti Jac. resignavit :—RESERVATO dicto Dav. vitali redditu ; et quod liceret ei in ejus vita super dict. terris 3000 merc. sumere et eas cum annuo redditu 300 merc. pro dicta summa onerare :—INSUPER rex,—pro bono servitio dictorum Jac. et Davidis et eorum predecessorum, ac pro compositione persoluta,—suprascripta dicto Jac. de novo dedit :—REDDEND. servitia debita et consueta ; taxando wardam, relevium et nonintroitum ad 8 lib. annuatim, et maritagium heredis ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 110.

1227. Apud Perth, 6 Aug.
REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit ANDREE BANERMAN civi civitatis Dunkeldensis, et MARGARETE KINCAID ejus sponse,—illam mansionem in civitate de Dunkeld (inter terras altaris S. Petri et viam ad cemiterium ex orientali, venellam a cemiterio ad mansionem cancellarii ex australi, mansionem cancellarii ex occidentali, mansionem subdecani et mansum quondam D. Walt.

[1] Dated A.D. 1600. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxii. fol. 130.

Robertsoun ex boreali), vic. Perth ;—que olim ad prebendarium de Monedy pertinuit :—TENEND. dictis And. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque :—REDDEND. 17 sol. 4 den.; necnon duplum feudifirme in introitu heredum : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 222.

1228. Apud Falkland, 10 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit quotidiano suo servitori JOANNI DRUMMOND de Halthringdene, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Athye, viz. terras dominicales de A., Ovir Grene, Nether Grene, cum manerie, fortalicio, portu, communi molendino vocato Rais-mylne, Bruntoun de Athye, Bogheid cum prato et acris vocatis Richardsonis-aikeris, Rankymno et Smythisland, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare ;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuerunt :—REDDEND. 108 libras ; cum 3 sectis curie; et 50 lib. in introitu heredum ; et si duo termini concurrerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris ; cum ceteris (si que essent) in rentali contentis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 120.

1229. Apud Falkland, 10 Aug.

REX confirmavit cartam factam per Geo. Ramsay de Banff, Jo. Baxter de Haltoun de Crewquhy et Alex. B. ejus filium et heredem apparentem,—[qua, cum consensu Issobelle Ogilvy sponse dicti Alexandri pro ejus interesse,—pro perimpletione contractus de data presentium, necnon pro 2100 lib. dicto Georgio persolutis,—vendiderunt JOANNI REID in Kirktoun de Rettray, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—villam et terras de Haltoun de Crewquhy, cum moris &c., in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth :—TENEND. de commendatario et conventu de Scona et eorum successoribus in feudifirma :—REDDEND. 5 libras 10 denarios, et 4 bollas avenarum, cum aliis servitiis &c. *ut in carta* 1243 *precedentis tomi* :—cum precepto sasine directo Pat. Gray in Mawis :—TEST. Pat. Blair de Ardblair, Gilb. et Davide Ramsayis filiis dicti Geo., Jo. Merser in Kinloch, Jac. Forrester servo Donaldi Cargill notarii publici (scriptore carte), Willelmo Rattray et Donaldo Cargill notariis :—Apud Bamff, 1 Jun. 1598] :—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta (tunc in senesc. de Huntingtour) dicto Jo. Reid de novo dedit :—REDDEND. regi *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 217.

1230. Apud Falkland, 10 Aug.

REX confirmavit cartam Patricii Hepburne, —[qua vendidit BESSETE FARIE matri sue, in vitali redditu, et PATRICIO COWPER fratri suo uterino, filie dicte Bes. et quondam Gilberti C.,—tenementum terre, domos et hortum in villa de Scona ex parte boreali ejusdem (inter terras quond. Jo. Yare et Jo. Andersoun, et croftas dicte ville), et croftam *lie* Guse-crofte (intra bondas specificatas), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth (per Margaretam Wrycht aviam dicti Patricii occupat., et inhabitat. per dictam Bessetam):—TENEND. dicte Bes. *ut sup.*, dicto Pat. C. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Georgio Blair filio ejusdem Bes. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Pat. H., heredibus suis et assignatis reversuras, de dicto Pat. H., et a dicto Pat. H. de monasterio de Scona in feudifirma :—REDDEND. dicto Pat. unum den. albe firme; necnon canonico deputato pro servitio S. Crucis in ecclesia monasteriali Scone, necnon abbati et conventui de S., feudifirmam in infeofamento dicti Pat. H. contentam :—RESERVATO libero tenemento dicte Marg. et dicte Bes. ejus filie :—cum clausula warrantizationis usque ad legit. redemptionem suprascriptorum :—et dictus Pat. H. dedit sasinam propriis manibus :—TEST. Wil. Ros uno officiariorum burgi de Perth, Pat. Moriesoun filio Gilberti Moriesoun *sone*, Roberto Marli servo dicti Pat. Hepburne, Adamo Brusoun, Jac. Flemyng, notariis publicis:—cum subscriptione notariorum ex mandato dicti Pat. H.:—Apud Sconam, 24 Maii 1584]:—PRETEREA rex suprascripta (tunc in senesc. de Huntingtoure) dictis personis

de novo dedit :—REDDEND. pro tenemento 13 sol. 4 den., pro crofta bollam hordei, et 18 den. augmentationis, cum servitio consueto ; et duplicando dict. 14 sol. 10 den. in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 220.

1231. Apud Falkland, 12 Aug.

REX concessit D. JACOBO ELPHINGSTOUN de Berntoun militi, secretario suo, et Domine MARJORIE MAXWELL ejus sponse in vitali redditu, et JACOBO ELPHINGSTOUN filio natu maximo inter eos legit. procreato in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto D. Jac. et heredibus masc. et tallie in ejus novo infeofamento terrarum de Bernetoun contentis,—*lie* Manis de Ballumbie cum fortalicio et manerie, et molendinum de Ballumbie cum terris molendinariis, vic. Forfar; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Barrie, et cum vicaragio pensionarii ejusdem ;—quas idem D. Jacobus personaliter resignavit (proviso quod quandocunque dictus D. Jac. in vita sua duntaxat persolveret dicto Jac. juniori infra eccles. parochialem burgi de Dundy, aut super premonitione 8 dierum in manibus decani gilde seu thesaurarii dicti burgi consignaret, unum aureum nummum vulgo *ane rois-nobill*, haberet regressum ad dict. terras &c.);—necnon terras de Inverpeffer, cum tenentibus &c., vic. de Forfar ;—quas Franciscus com. de Erroll dom. Hay &c. resignavit pro hac carta conficienda ;—et quas omnes rex, pro bono servitio dicti D. Jac., dictis personis de novo dedit, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Monyfuth, ac rectorie et vicarie de Ballumbie : — REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme, non obstante quod dicte terre per servitium warde antea tenebantur ; et hoc pro longo servitio dicti D. Jac., et in signum singularis affectionis erga dict. Jac. juniorem, a rege nominatum : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 38.

1232. Apud Falkland, 12 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit JOANNI INGLIS de Stratyrum in vitali redditu, et THOME INGLIS ejus filio natu maximo et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Stratyrum cum manso et pomerio, et *lie* Cuikis-croftis (olim ad archidiaconatum principalem S. Andree spectantes), in regalitate S. Andree, vic. Fyiff; necnon officium balliatus dominii et baronie dicti archidiaconatus, cum feodis &c.;—quas idem Jo. resignavit :—INSUPER rex,—intelligens dict. terras, glebam dicti archidiaconi existentes, nunquam in usu fuisse ullas decimas persolvere, et quia M. Geo. Young archidiaconus S. Andree, et commendatarius et conventus prioratus S. Andree, dictas decimas resignaverunt, — concessit dictis personis dictas terras cum decimis inclusis ; necnon suprascripta eis de novo dedit, cum usu mansi, hospitii et pomerii de Stratyrum cum hortis et horreis sive areis, dicto archidiacono per antiqua infeofamenta reservatis, et cum pecia terre nuncupata *the Archidenis-balk* inter acras prioratus S. Andree, cum decimis inclusis : —TENEND. in feudifirma :—REDDEND. pro Stratyrum et Cuikis-croftis 39 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia infra civitatem S. Andree ; pro usu mansi et Archidenis-balk 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et solvendo dicto archidiacono pro dictis decimis 10 libras ; et si census unius anni in alterum remaneret insolutus, aut si alienatio fieret unde regi in solutione feudifirmarum prejudicaretur, liceret regi desuper libere disponere :—PRETEREA rex assignavit pro usu dicti officii annuam pensionem 20 lib. et 5 lib. 6 sol. 8 den., ex dicta feudifirma retinendam :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 65.

1233. Apud Falkland, 14 Aug.

REX,—quia progenitores sui BURGUM DE ABIRDENE in burgum regalem erexerant, et eidem concesserant terras vocat. forestam de Stockett, cum silva earundem, ac molendinis, piscariis, minutis custumis, teloniis, curiis, ponderibus, mensuris, libero portu ceterisque privilegiis burgi regalis, quamvis maxima pars antiquorum infeofamentorum per incursiones et injuriam Anglorum tempore combustionis dicti burgi

et ejus castri destructa fuerat, paucis preservatis, exceptis infeofamentis subsequen., viz.—[1] infeofamento per Alexandrum regem concesso, proportante licitum non fore alicui peregrino mercatori quicquam intra vic. de Abirdene emere et vendere sed apud dict. burgum; cum aliis libertatibus; de data apud Alith, 27 Feb.;—[2] carta Davidis regis, confirmando omnes libertates dicto burgo per ejus antecessores concessas;—[3] carta Jacobi IV. regis, quod nulla coria, pelles nec victualia extra vic. de Abirdene transportarentur absque solutione magne custume; de data apud Edinburgh, 10 (17?) Aug. 1511, an. reg. 24;—[4] carta matris regis, cum consensu gubernatoris Scotie, concedendo preposito &c. dicti burgi potestatem in feudifirma assedandi specialibus personis salmonum piscarias super aquis de Dee et Done, ac terras infra libertatem et communiam dicti burgi; — [5] carta feudifirme desuper secuta; de data apud Abirdene, 12 Sept. 1553;—[6] carta Jacobi VI. regis dictis preposito &c. concessa, de annuis redditibus, firmis feudifirmariis, anniversariis, altaragiis, terris, piscariis et capellaniis, olim ad capellanos ecclesie parochialis de Abirdene pertinentibus;—IGITUR, pro servitio sibi et antecessoribus suis absque defectione prestito, ratificavit dictas cartas; et de novo erexit dictum burgum in unum liberum burgum regalem; concedendo dicto burgo, ejusdem preposito, ballivis, consulibus et communitati,—dictas terras communes sicut per eos annuatim equitari et perambulari solebant, cum aquis de Dee et Done et earum salmonum piscariis sicut per eos occupate sunt, cum communibus molendinis, viz. *lie* Over et Nether-mylnis infra burgum, et duobus *lie* Justice-mylnis extra burgum, cum multuris et sequelis de omnibus granis crescentibus infra libertatem dicti burgi et ad burgenses et inhabitantes ejus pertinentibus, cum *lie* Castelhill, *lie* Grene-medow sub urbe vocat. Fittie, portu, propugnaculo ac *lie peir* de Abirdene, ancoriis et devoriis eisdem spectantibus, et minutis custumis, *lie toll*, *custome*, et cum curiis, ponderibus, mensuris &c.; et cum potestate liberas nundinas ac dies forales *lie marcat-dayis* habendi, et emendi et vendendi &c.; et cum libertate plura molendina granorum ac ventosa *lie wind-mylnis* construendi, et terras adhuc minime locatas assedandi; cum dictis annuis redditibus &c.:—REDDEND. 213 lib. 6 sol. 8 den. pro firmis burgalibus (sicut ab antiquo ultra hominum memoriam), et 20 sol. augmentationis:—et rex promisit hanc cartam in proximo parliamento ratificare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 170.

1234. Apud Striviling, 22 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo in feudifirmam dimisit M. JOANNI HAY rectori de Renfrew, et MARGARETE HAMMILTOUN ejus sponse,—20 solidat. terrarum antiqui extentus de Burrowfeild, in baronia et regalitate de Glasgow, vic. de Lanerk;—quas M. Rob. Wilkie, minister Verbi Dei apud ecclesiam de Kilmarnok, apud Leyth resignavit in eorum favorem:—TENEND. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque; cum piscatione super aqua de Clyde quantum ad dictas terras pertinuit:—REDDEND. 20 sol., 1 bollam 3 firlotas 2 peccas farine avenatice pro arida multura molendini de Partik, cum arreagiis, carreagiis et aliis servitiis debit. et consuet., tanquam feudifirmam antiquam, et 12 den. augmentationis; necnon tres sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis infra burgum de Glasgow, et comparendo ad ceteras curias dicte regalitatis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 174.

1235. Apud Hammiltoun, 3 Sept.

REX, pro bono servitio, constituit WILLELMUM ADAIR apparentem de Kinhilt, pro ejus vita,—commendatarium monasterii de Saulsait et spiritualitatis ejusdem; concedendo ei maneriem cum omnibus infra clausuram dicti monasterii, cum loco et voto in parliamentis &c., et cum ecclesiis, decimis &c.;—vacan. per dimissionem M. Joannis Johnnestoun advocati qui ad dict. abbatiam provisus erat per dimissionem quondam Joannis Johnnestoun commenda-

tarii ejusdem, aut vacan. per dimissionem M. Joannis Kennedy apparentis de Baltersane tanquam ad dictum monast. provisi per processum cornu contra dictum quond. Jo. J. usitatum, aut vacan. per decessum dicti quond. Jo. aut alias. xliii. 39.

1236. Apud Perth, 8 Sept.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI MAXWELL de Steillistoun, heredibus ejus et assignatis,—20 solidat. terrarum de Steillistoun, 10 solidat. de Kilnes, antiqui extentus, in baronia de Halywode, vic. Drumfreis;—que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Halywode, et pertinuerunt ad dictum Jo. M.:—REDDEND. pro Steillistoun 40 sol. et 40 den., pro Kilnes 25 sol., et 5 sol. augmentationis, in toto 3 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 2 sol. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 114.

1237. Apud Falkland, 14 Sept.

REX dedit literas remissionis HUGONI KENNEDY magistro de Cassillis, Joanni Boyde ejus servo, et Hugoni Kennedy de Chepell, pro eorum vita duraturas,—pro occisione Andree M'Kewin in Achnotroche mense Aprilis 1600 perpetrata; quoniam amicis et consanguineis dicti And. satisfecerant. xliii. 179.

1238. Apud Falkland, 15 Sept.

REX dedit literas remissionis PATRICIO DOMINO DE GLAMMIS, et Fergusio Murray, Joanni Lyoun, Joanni Scrymgeoure, Joanni Edmestoun et Joanni Lyoun filio Joannis L. in Rochelhill, servitoribus dicti domini, pro eorum vita duraturas, — pro interfectione Patricii Johnestoun in Haltoun de Balhelveis, et omni arte et parte ejusdem, infra cemiterium de Balhelveis 6 Sept. 1601 commissa; necnon pro gestione et emissione machinarum infra dict. cemiterium dicto die. xliii. 175.

1239. Apud Falkland, 19 Sept.

REX,—cum consensu &c. (105.),—confirmavit cartam Jacobi Pringill de Quhytbank, et Jacobi P. ejus filii et heredis apparentis,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, WILLELMUM BURNET de Barnis a secunda, Wil. Lowis mercatorem burgen. de Peblis, Jo. et Tho. Burnett filios Joannis B. in Wodhous a tertia partibus, de data apud Edinburgh, 17 Maii . .,—vendiderunt dicto Wil. Burnet, et heredibus ejus masculis quibuscunque, irredimabiliter,—suam dimedietatem baronie de Menner, cum tenentibus &c., vic. Peblis:—REDDEND. regi unum den. argenti in festo S. Gorgonii in ecclesia de Menner, nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. Burnet seniori in Wodhous:—TEST. M. Alexandro Burnet incola burgi de Edinburgh, Alex. Pringill filio dicti Jac. senioris, Geo. Carncors filio legitimo Nicolai C. de Calfhill, Jac. Kynneir servitore Henrici Bickartoun scribe signeto regis (scriptore presentium):—Apud Edinburgum, 22 Maii 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 63.

1240. Apud Falkland, 19 Sept.

REX,—cum consensu &c. (105.),—concessit et,—pro servitio sibi et progenitoribus suis absque defectione prestito, ac pro compositione persoluta, — de novo dedit ANDREE M'ACHARNE, filio Joannis M. de Killelan et Margarete M'Allister ejus sponse,—2 mercat. terrarum de Killellan, 2 mercat. de Pennygown, 2 mercat. de Gartloskin, 2 mercat. de Ellarge (et) Armaskawfach, antiqui extentus, in dominio de South Kintyre, cum officio mari feodi terrarum et dominii de South Kintyre, vic. de Tarbert; — quas dictus Jo. in favorem dicti And. resignavit:—RESERVATIS dicto Joanni vitali redditu omnium, dicte Marg. vitali redditu mercate de Ellarge:—TENEND. dicto And. et ejus heredibus masc. de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc., cognomen et arma de M'Acharne gerentibus, et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 73.

1241. Apud Palatium de Falkland, 19 Sept.

REX concessit et,—pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de

novo dedit servitori suo ALEXANDRO MILLAR sartori suo, burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Langhirdmanstoun et Curry, cum molendino, tenentibus &c., feudifirmis aliisque devoriis, extenden. ad 50 solidat. antiqui extentus, in baronia de Curry, vic. Edinburgh;—que ad D. Hugonem Carmichaell de eodem militem et ad quondam D. Jo. C. de eodem militem ejus patrem et ad Dominam Margaretam Dowglas dominam de Carmichaell matrem dicti Hug. pertinuerunt; et quas dictus Hug. cum consensu dicte Marg. in favorem dicti Alex. resignavit irredimabiliter:—REDDEND. servitium warde &c.; taxando wardam, relevium et nonintroitum ad 10 libras annuatim, maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 112.

1242. Apud Falkland, 19 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. WALTERO ROLLOK de Lawtoun militi, et Domine JEANNE STEWART ejus sponse, irredimabiliter,—terras et baroniam de Gardin (viz. *lie* Maynis de G. cum manerie loco et fortalicio, molendinum de G. vocat. Dentounmylne cum ejus terris &c., terras de Smyddiehill de Gardin, Middiltoun, Eistertoun vocat. Legatstoun, villas et terras de Pressok Eister et Wester, terras de Freok cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., cum communitate et communi pastura in moro de Montrewmonth, et ceteris libertatibus dictarum terrarum), vic. Forfar;—que (preter Pressok) ad Franciscum Ogilvy alias Gardin filium legit. Jacobi domini O. de Airlie in feodo et ad M. Davidem Gardin de eodem et Eliz. Stewart ejus sponsam et Agnetam Gardin ejus matrem in libero tenemento pertinuerunt, et terre de Pressok ad dictum Dav. pertinuerunt; et quas dictus Franc. post etatem suam 21 annorum completam, et dicti Dav., Eliz. et Ag., et Geo. G. frater germanus dicti Dav. (pro se et tanquam heres quondam Joannis G. ejus fratris qui sub reversione in dicta baronia infeodatus extitit), cum consensu Helene Gardin filie legitime dictorum Dav. et Eliz., dicti dom. O., Domine Jeanne Forbes ejus sponse, Patricii O. fratris junioris dicti Franc., et personarum quibus dicti Franc. et Helena interdicti sunt, et personarum quibus dictus Geo. olim interdici allegabatur, pro eorum interesse, resignaverunt, pro observatione quorundam contractuum; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Gardin:—RESERVATO dictis Dav. et Eliz. libero tenemento de Middiltoun et Legatstoun:—TENEND. dicto Waltero, de Gardin vocando, et dicte Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Walteri quibuscunque:—REDDEND. unum par chirothecarum nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 215.

1243. Apud Falkland, 19 Sept.

REX confirmavit cartam Alexandri Drummond de Carnok,—[qua,—cum consensu Alexandri magistri de Elphingstoun thesaurarii regis, Jacobi commendatarii de Inchcheffray et Joannis Drummond de Hathorneden, curatorum suorum, — pro perimpletione contractus matrimonialis inter se cum dicto consensu et dictos curatores tanquam cautionarios suos ab una, D. Pat. Hepburne de Lufnes militem et Eliz. H. ejus tertiam filiam legitimam, et Jo. Touris de Inverleyth et M. Pat. Hepburne de Smetoun tanquam cautionarios dicti D. Pat., ab altera partibus, de data apud Halyrudhous, Edinburgh et Wachtoun, 26 Mar. 1601, in libris concilii registrati 31 Mar. 1601,—concessit dicte ELIZABETHE HEPBURNE sponse affuture dicti Alex. D., in vitali redditu,—terras et baroniam de Ochterbannok alias Bannokburne, cum manerie, molendinis, terris molendinariis &c. (reservatis dicto Alex. D. carbonibus, solvendo tamen hepdomadatim dicte Eliz. 10 *lie laiddis* carbonum), terras de Wodeheid de Carnok (per Tho. Downy occupat.), et molendinum et terras molendinarias de Carnok cum multuris &c. (per And. Adame occupat.), et solarem dimidietatem terrarum dominicalium de Carnok, in baronia de Carnok per annexationem, vic. Striviling:—REDDEND. regi pro Ochterbannok jura et servitia debita et consueta; pro ceteris 2 merc. albe firme, cum sectis

in curiis justiciarie Loudonie infra vic. de Striviling:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Drummond filio Henrici D. in Lynlythgw, Joanne Buchannane scriba, And. Watsoun servitore dicti magistri de Elphingstoun, Joanne Wat servitore dicti D. Patricii Hepburne, Alex. Abircrumby servitore dicti Alex. D., Jo. Hog notario burgen. de Striviling:—carta scripta *ut in carta* 914:—Apud Halyrudhous et Carnok, 22 et 23 Maii 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 226.

1244. Apud Linlythgow, 23 Sept.

REX,—cum consensu &c. (93.)—ratificavit omnes cartas M. DAVIDI PEIRSOUN de Cairny ejusque predecessoribus factas de infrascriptis; necnon in feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Dav., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras &c. subscriptas, olim per quondam M. Thomam Marjoribankis de Ratho, quond. Geo. Spalding, quond. Jac. Peirsoun seniorem burgen. de Abirbrothok, et tunc per dictum Dav. filium dicti Jac., ejus tenentes et servos occupat., in dominio et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar; viz. villam et terras de Cairny, croftam fabrice ejusdem vocat. Smiddyhill, croftam nuncupat. Lamblaw adjacentem terris *lie Warde* (ab antiquo nuncupatis *lie Abbottis or Abbay-warde*) ex occidentali ejusdem, cum lacubus, piscationibus, columbariis et maneriebus;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuerunt:—TENEND. cum communi pastura in *lie* Abbay-Firth, et potestate *fewall*, *faill* et *dovettis* ibi lucrari:—REDDEND. pro Cairny 15 libras 13 sol. 4 den., et 26 sol. 8 den. antique augmentationis, pro Smiddyhill 4 sol., et 12 den. antique augmentationis, pro Lamblaw 2 bollas farine avenatice, et 2 sol., et 2 sol. antique augmentationis, et 20 sol. nove augmentationis, in integro 18 libras 9 sol. monete; una cum annua vectura 24 onerationum curruum *lie turvis* a moro de Abirbrothok *lie* Abbay-Firth, 8 onerationum curruum feni a pratis dicti monast., 6 onerationum curruum tegularum, ac *lie ryn-carreage* semel quolibet mense versus Dundie, Brechin aut Montrois cum requisiti essent, cum ceteris vecturis, servitiis et devoriis consuet.; et sustentando domos et politias solo correspondentes; et duplicando feudifirmas in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia antedicte regalitatis apud Cairnecanone vel alibi; et perimplendo ceteras conditiones rentalis, si que essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 249.

1245. Apud Linlythgow, 29 Sept.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit M. GEDEONI MURRAY de Elibank—terras de Eliebank alias Elieburne, olim terras foreste et loci de Elieburne nuncupat., terras et locum de Glenpoyte, cum tenentibus &c., orientalem dimidietatem terrarum et loci de Ploro, cum tenentibus &c., terras de Hamlot vocatas Preistishoip, in warda de Tweda, dominio foreste de Ettrik, vic. de Selkirk;—quas terras de Eliebank idem Gedeon, ceteras Jo. Murray de Ettlestoun miles, in favorem dicti Ged. resignaverunt (sub provisione quod non liceret heredibus masc. infeodari neque firmas levare donec persolvissent heredibus fem. uni vel pluribus 2000 lib. in contentatione valoris de Elibank, et pro valore ceterarum 1666 lib. 13 sol. 4 den., pro earum educatione, sustentatione et provisione ad maritagia); et quas rex,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum Ged. et ejus predecessores impenso, ac pro compositione persoluta,—dicto Ged. de novo ad feudifirmam dimisit, cum manerie de Eliebank, et cum maritagiis vassallorum et tenentium omnium predict. terrarum quoties in manibus regis caderent; et easdem incorporavit in liberam tenandriam de Elibank:—TENEND. dicto Ged. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc., arma et cognomen de Murray gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Eliebank *ut in carta* 235[1];—pro Glenpoyte 24 libras, pro Ploro 13 libras, pro Hamlott 5 libras 10 sol.; necnon sustentando politiam solo correspondentem; cum

[1] There is no mention in this charter of the fishings or the separate *Reddendo* for them.

clausulis de duplicatione feudifirme, maritagio heredum, inventione equestrium et prohibitione de *lie oisting ut in carta* 235 :—PRETEREA rex voluit quod non solutio feudifirmarum nulla esset causa annullationis hujus carte;—et taxavit maritagia heredum ad 100 lib. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 45.

1246. Apud Dumfermeling, 4 Nov.

REX confirmavit cartam Alexandri Chalmer de Cultis,—[que concessit GILBERTO CHALMER, filio suo et heredi apparenti,—terras de Cultis, molendinum, villam et terras molendinarias, brasinam, viz., terras de Eister et Mekle Cultis, Patt, Tullehardoche, cum silvis, *lie boiggis*, tenentibus &c., in parochia de Tarlen, vic. de Abirdene :—TENEND. dicto Gilb. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus propinquioribus legitimis dicti Gilberti et assignatis quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Roberto Chalmer fratre germano dicti Alex., And. Chalmer, Rob. Chalmer vestifice, Adamo Merchell, M. Jo. Robertsone notario publico :—Apud Abirdene, 28 Sept. 1591] :—PRETEREA, pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, rex suprascripta dicto Gilberto Chalmer de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 44.

1247. Apud Dumfermling, 5 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI CAMPBELL de Eschewburne in vitali redditu, et JACOBO CAMPBELL ejus filio secundogenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—6 solidat. 8 den. terrarum de Monkaird (olim ad Jo. Wilsoun in Monkaird pertinentes), 40 den. earundem (olim per quondam Rob. Sym occupat.), antiqui extentus, in dominio et regalitate de Kylismwre, vic. Air;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 16 solidos 8 den., et 12 den. augmentationis; ac duplum &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 513); et liceret regi molares, arbores et alios lapides pro sustentatione molendinorum et loci de Mauchline, et carbones, cespites et alia focalia pro dicto loco, fodere absque extremo incommodo fundi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 182.

1248. Apud Halierudhous, 10 Nov.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Willelmi Home senioris de Aytoun,—[qua,—cum consensu Libre Hammiltoun sponse sue, et Patricii Home feodatarii de Aytoun filii et heredis apparentis dictorum Wil. et Libre,—vendidit JOANNI PEBLIS burgensi de Irwing, et JEANNE FOWLLARTOUN ejus sponse, irredimabiliter,—5 mercat. de 12 mercatis terrarum antiqui extentus de Blook, cum granorum et fullonum molendinis, in dominio de Stewartoun, vic. Air;—et hoc pro perimpletione contractus inter se et dictos Lib. et Pat. ex una, Jac. Dunlope de eodem ex secunda, dictum Jo. ex tertia partibus, penes alienationem 7 mercatarum de Blook dicto Jac., et 5 mercat. dicto Jo., continen. registrari in libris concilii, de data apud Aytoun et Edinburgh, 27 et 28 Feb. 1597 :—TENEND. dictis Jo. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jo. quibuscunque, de principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine directo Jo. Chalmer juniori de Gaitgirthe: TEST. Jo. et Rob. Humes filiis dicti Wil., M. Pat. et Geo. Humes servitoribus dicti Wil.:—carta scripta *ut in carta* 871 :—Apud Hundwode, 10 Apr. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 55.

1249. Apud Halyrudhous, 10 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.), — confirmavit cartam factam per Tho. M'Clellane de Lenkenis, filium et heredem quondam Jacobi M. in Sannik, et Jonetam alias *Jeane* Gordoun ejus conjugem,—[qua,—cum consensu Edwardi Maxwell de Hillis, Guilielmi M'Clellane de Balmangane et Thome M. ejus filii et heredis apparentis, ad quorum instantiam dictus Tho. M. de L. interdictus fuit, pro eorum interesse,—pro observatione contractus de data pre-

sentium, vendiderunt GULIELMO MAKCLELLANE de Sannik fratri suo germano, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—50 solidatas terrarum de Ovir Lenkenis antiqui extentus, in parochia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—RESERVATO dicto Tho. M. de L. libero tenemento crofte et domorum per se occupat.:—REDDEND. regi 5 lib. 10 sol. feudifirme; ac 3 sectas ad 3 curias capitales baronie de Dundranane:—cum precepto sasine directo Jac. M'Clellane in Auchinha:—TEST. Roberto Forester commissario de Kirkcudbrycht, Tho. Haw, Joanne Mekill notario (scriptore carte), Tho. Gledstanes juniore burgensi de Kirkcudbryth, Alex. Mekill notario:—Apud Kirkcudbryth, 10 Feb. 1601]:—PRETEREA dict. terras dicto Willelmo Makclellane de Sannik de novo ad feudifirmam dimisit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 113.

1250. Apud Palatium de Halierudhous, 10 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. EDUARDO MERSCHELL clerico commissariatus de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wester Bynnie, extenden. ad 12 bovatas, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., bovatam in Eister Bynnie (quondam occupatam per Robertum Hammiltoun de Brygis), vic. Lynlythgow;—que fuerunt Roberti Bruce de Bynnie vel olim Roberti B. de B. ejus patris, de rege tente per servitium warde; et que in manibus regis devenerunt ratione recognitionis ob alienationem absque licentia regis factam:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, relevium ad 40 lib., maritagium ad 300 mercas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 181.

1251. Apud Halyruidhous, 11 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo clerico M. THOME HAMMILTOUN de Drumcarne, advocato suo,—terras de Wester Bynnie, cum earum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, carbonibus, bovatam in Eister Bynnie (quond. occupatam per Robertum Hammiltoun de Briggis), cum tenentibus &c., vic. Lynlythgow;—quas Rob. Bruce de Bynning et Katherina Hammiltoun ejus sponsa, cum consensu Jacobi B. filii sui natu maximi et heredis apparentis, Roberti Hammiltoun de Eglismachen et Jacobi Hammiltoun de Kirktoun-Kylbryde, in favorem dicti M. Tho. resignaverunt:—TENEND. dicto M. Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome H. de Preistfeild ejus patri et heredibus masc. inter eum et Eliz. Murray ejus conjugem legitime procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti M. Tho. Hammiltoun de Drumcarne quibuscunque:—REDDEND. &c. *ut in carta* 1250:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 107.

1252. Apud Palatium de Halyruidhous, 11 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit familiari suo clerico M. THOME HAMMILTOUN de Drumcarne, advocato suo,—omnes terras ecclesiasticas de Eister Bynning, Wester Bynning, et Braidlaw alias Midle Bynning nuncupat. *lie* Nunlandis, cum tenentibus &c., et feudifirmis, necnon terras ecclesiasticas vicarie de Bynningis, vic. de Linlythgow;—quas (Nunlandis de priorissa et conventu B. V. M. de Elcho, terras vicarie de vicario ecclesie parochialis de Bynneis, olim tentas) Rob. Bruce de Bynning et Catherina Hammiltoun ejus conjux, cum consensu Jacobi Bruce filii sui et heredis apparentis, Roberti H. de Eglismachen et Jacobi H. de Kirktoun-Kilbryde fratrum dicte Cath., pro eorum interesse, in favorem dicti Tho. resignaverunt:—TENEND. *ut in carta* 1251:—REDDEND. pro Nunlandis 22 merc., et 22 merc. in introitu heredum, cum aliis servitiis et devoriis in antiquis evidentiis contentis; pro terris vicarie 4 mercas, et duplicando dictam summam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 108.

1253. Apud Halyrudehous, 18 Nov.

REX, — cum avisamento &c. (92.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI MYRETOUN filio legitimo

secundogenito Thome M. de Cambo, et HELENE LEIRMONTH ejus sponse,—octo acras terrarum arabilium *lie* Nunis-Paitfeild (inter terras Jo. Cunynghame de West-Barnis et alias bondas specificatas), cum earum decimis inclusis que nunquam a trunco separari solebant, jacentes prope burgum regium de Carraill, in constabularia ejusdem, vic. de Fyiff; — que olim ad monasterium de Hadingtoun pertinuerunt: —TENEND. dictis Jo. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joannis quibuscunque:—REDDEND. 4 merc. 12 den., et 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 47.

1254. Apud Halyrudehous, 18 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit [1] cartam Andree Strathauchin de Tilliquhroskie, et Alexandri S. filii dicti And.,—[qua,—cum consensu Alexandri Strathauchin de Thornetoun,—pro adimpletione contractus de data apud Abirdene, 29 Apr. 1597,—vendiderunt (quondam) JOANNI SIBBALD juniori de Keir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—villas et terras de Tilliquhroskie et Boigheidis, in schyro de Bras, vic. Abirdene:—REDDEND. (quond.) Davidi episc. Abirdonen., aut superioribus dictarum terrarum quibuscunque, 10 lib. 6 den., bollam *lie custome aittis*, et *ane laid of dry tymmer*, nomine feudifirme, cum aliis devoriis et servitiis debitis et consuet.: —cum precepto sasine directo Rob. Scot in Keir:—TEST. And. Dollace in Romahagon, Rob. Scott in Keir, Jo. Findlo in Boigheid, Arch. Aydie in Tilliefroskie, M. Rob. Davidsoun notario publico:—carta scripta per M. Willelmum Chalmer notarium publicum Abirdoneis commorantem:—Apud Tillifroskie, 4 Oct. 1597]:—[2] cartam (dicti) Jo. Sibbald de Kair,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro 6000 lib. persolutis,—vendidit JOANNI IRWING de Kynnok, heredibus ejus et assignatis quibuscunque pluribus aut uni, absque reversione,—dictas villas &c.:—REDDEND. *ut supra* (omissis aliis devoriis &c.):—cum precepto sasine And. Strathauchin nuncio regis in Balblyth, et Wil. Irwing in Canonia de Ros:—TEST. Tho. Mow burgen. de Edinburgh, Jacobo Arrocht burgen. de Montros, And. Strathauchin nuncio regis, Adamo Strathauchin fratre domini de Glenkynde, Jo. Noray notario publico in Brechin (scriptore carte):—Apud Brechin, 25 Maii 1599]:—[3] cartam dicti Jo. Irwing,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO STRATHAUCHIN de Kirktoun de Kincairdin-Oneill amico suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Tilliquhroskie et Boigheidis, in parochia de Birs, vic. Abirdene: —REDDEND. regi 10 libras 6 den., et 2 sol. 3 den. augmentationis, necnon cetera devoria et servitia in prioribus infeofamentis contenta:—cum precepto sasine:—TEST. M. Patricio Davidsoun ludimagistro scole musice Nove Abirdonen., Jo. Nicolsoun notario publico ibidem, Arch. Irwing de Quhyistane, M. Roberto Davidsoun et Alex. Middiltoun (scriptore carte) notariis publicis:—Apud Abirdene, 30 Maii 1601]: —PRETEREA rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Wil. S. ejusque predecessores prestito, dict. villas et terras ei de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut in carta* 879 *precedentis tomi*, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 10 lib. 3 sol. 10 den., cum dictis bolla et *lie laid*; necnon duplicando dict. summas in introitu heredum sive assignatorum; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud *lie* Gallowhillis de Bras; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini in tertium currerent, hec infeodatio expiraret; et si scinderent aut destruerent plura ligna de forestis de Bras et Glenawin nisi que essent necessaria pro reparatione domorum &c., persolverent regi 3 lib. toties quoties, cum recompensatione arborum abscissarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 49.

1255. Apud Halyruidhous, 24 Nov.

REX confirmavit [1] cartam Thome Cuming de Alter,—[qua,—pro perimpletione

REX confirmavit cartam Petri Oliphant de Turingis,—[qua, cum consensu (quondam) Joannis Ros de Cragy et Agnetis Hepburne ejus conjugis, vendidit M. JOANNI MONCREIF de Eister Moncreif et JANE SPENS ejus sponse in conjuncta infeodatione pro eorum vita, quibus deficientibus, JERARDO MONCREIF eorum filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—annuum redditum 140 merc. de terris de *lie* Mayns de Malar, Barclayishauch, in baronia de Cragie, vic. Perth;— sibi per dictum Jo. R. cum consensu dicte Ag. impignoratum sub reversione 1400 merc., prout in evidentiis sibi et quond. Petro O. de Turingis patri suo et Jeanne Hepburne ejus sponse confectis contentum est:—REDDEND. superioribus dicti Pet. 2 den. tanquam dupli simplicis albe firme:— cum precepto sasine directo Alex. Ramsay in Balmonth, filio quond. Roberti R. de Balmonth:—TEST. Rob. Merschell de Ovir Pitcairnis, Wil. Moncreif in Methven, M. Colino Ramsay servo dicti M. Jo., Jacobo Bower notario (scriptore carte), Jac. Logy scriba:—Apud burgum de Perth et Malar, 16 Apr. 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 262.

1323. Apud Falkland, 3 Jul.

REX, — cum consensu &c. (93.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit DAVIDI LEITCHE filio legitimo quondam Davidis L. in Pusk (heredi quond. Andree Wilsoun, et Davidis W. in Deninsche ejus filii et heredis, hereditariorum feudifirmariorum et possessorum infrascriptorum post hominum memoriam), in vitali redditu, et JACOBO LEICH civi civitatis S. Andree, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—tertiam partem terrarum de Drumharie et Bodumcraig, exceptis 2 acris olim per quond. Ric. Wilsoun occupatis (inter Crocefauld et Byriscroft ad Davidem Ramsay et Alex. Cokburne pertinentes, et alias bondas specificatas), et tertiam partem dict. terrarum jacen. ex australi parte dicti Ric. bine partis earundem, necnon 2 acras terrarum de Ledwallis (intra bondas specificatas),—reservando cottariis de Douchcarne, Bodumcraig et Skur pasturam solitam super Drumharie et Bodumcrag,—terras de Park et Pointok (intra bondas specificatas),

[1] In introductory clause styled "olim de Blantyre, tunc de Entirkin."

terras vocat. Cragingrugisfauld (jacen. intra bondas specificatas), 3 acras de Hardlandis (inter terras olim occupat. per Tho. Thomesoun, Alex. Patersoun et Hen. Boyter, et alias bondas specificatas), unam acram in *lie* Wodflat aut eocirca (intra bondas specificatas), in baronia de Balmerinoch, vic. Fyif; cum potestate pascendi 6 vaccas cum earum sequelis, et duos equos vel equas, super Cragingrugisfauld, Wodflat et Hardlandis et *lie Outfeild* de Byris et Cultrahill, ac fodiendi cespites et focalia et omnia alia necessaria pro reparatione domorum &c. dict. terrarum;—que olim ad abbatiam de Balmerinoch pertinuerunt:—REDDEND. pro tertia parte de Drumharie &c. 2 bollas 3 firlotas hordei, 2 bol. 1 firl. farine avenatice et bollam avenarum *lie hors-corne*, mensure burgi de Cowper, cum uno *lie turs* straminum, et 17 sol. 8 den., pro Park &c. 10 sol., pro Cragingrugisfald 20 sol., cum 8 pultreis, pro dictis 4 acris 20 sol. 8 den., cum 8 pultreis, cum aliis oneribus et servitiis prout alie 4 acre in dicta baronia persolverunt, necnon pro Drumharie &c. 2 peccas ordei et 2 pec. farine avenatice, et 16 den., pro Park &c. 20 sol., pro Cragingrugisfauld 7 sol., pro dictis 4 acris 4 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia in dicta baronia et infra dictum vic.; ac veniendo ad principale molendinum cum granis ibi crescentibus et liberam multuram solvendo viz. peccam pro singulis 6 firlotis cujuscunque grani (nisi dictum molendinum aqua careret); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—et rex voluit quod unica sasina pro omnibus supradictis staret:—RESERVANDO particulam de Park et Pointok vocatam *lie* Brumedene (intra bondas specificatas) pro animalibus pascendis et aquandis in modum *lie lone*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 184.

1324. Apud Civitatem S. Andree, 11 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (112.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI MAXWELL de Stanelie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decem mercatas terrarum antiqui extentus de Thornelie tunc Thornelie-Maxwell nuncupat., cum earum molendino, terris molendinariis, mossis et marresiis, in baronia et vic. de Renfrew;—quas idem Jo. resignavit;—necnon 3 sol. 4 den. aut eocirca ant. ext. terrarum de Heiddykis, in dictis baronia et vic.;—quas Jo. Knox de Mylburne, cum consensu Willelmi Stirling de Law cui interdictus est, in favorem dicti Jo. M. resignavit:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 231.

1325. Apud Falkland, 14 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (92. 94. 103.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit DAVIDI RAMSAY burgen. de Abirbrothok, et ELIZABETHE PEIRSOUN ejus sponse,—croftam nuncupatam Barbouris-croft, cum decimis garbalibus que ab invicem separari minime solebant, jacen. apud *lie* Darneyet (intra bondas specificatas), infra regalitatem de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinuerunt:—TENEND. dictis Dav. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque:—REDDEND. 28 sol.; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud *lie Almery* per elimosinarium dicti monasterii tenenda, et ad singulas curias ibidem cum premoniti essent; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 230.

1326. Apud Edinburgum, 16 Jul.

REX confirmavit cartam factam per M. Adamum Newtoun preceptorem Henrici Phrederici principis et senescalli Scotie,—[qua concessit JOANNI KER, filio maximo natu inter D. Jo. K. de Hirsell militem et Dominam Margaretam Quhytlaw ejus conjugem legitime procreato,—terras de Lassuduyne (*et cetera in carta* 1291 *contenta*):—RESERVANDO *ut in carta* 1291:—TENEND. dicto Joanni juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Gulielmo K. ejus fratri germano juniori et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Andree Ker ejusdem fratri germano minimo et heredi-

bus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto D. Jo. K., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. 99 mercas 5 sol. 4 den., 10½ duodenas pultrearum,cum cariagio consueto, et 2 merc. 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine :—TEST. Davide Murray, Alexandro Wilsoun, Willelmo Layng, domesticis servitoribus dicti principis, et Petro Newtoun famulo dicti Adami :—carta scripta per Donaldum M'Gilchreist servitorem Walteri Henrysoun scribe signeti regii :—Apud Sterlinum, 16 Maii 1602]:—PRETEREA,—pro servitio sibi per predecessores dicti Joannis junioris, presertim per dictum D. Jo. in negotiis et servitiis ei per se commissis, prestito,—suprascripta dicto Joanni juniori de novo ad feudifirmam locavit :—REDDEND. *ut in carta* 1291 ; et comparendo in itineribus justiciarie et 3 curiis capitalibus per ipsos vel sectam ; cum ceteris devoriis et servitiis debitis, si que essent ; et si in solutione per tres terminos et 40 dies deficerent, hereditatem amitterent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 240.

1327. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et,—pro bono servitio, ac pro magnis pecuniarum summis persolutis,—de novo in feudifirma dimisit Magistro PATRICIO LYNDSAY ministro apud ecclesiam S. Vigiani, et HELENE QUHYTLAW ejus sponse, irredimabiliter,—terras de Kirktoun de Aberbrothok, cum *lie Murefall* et crofta seu tofta S. Vigiani, cum particula terre de communi ex australi parte ecclesie S. Vigiani, necnon cum decimis garbalibus earundem que ab invicem separari non solebant, jacen. infra Cairnie et Lethame (per quondam Mariotam Ogilvy occupatas antequam in feudifirma locate erant, tunc per Alex. Peirsoun possessas), in dominio et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare ; —quarum (olim de monasterio de Abirbrothok tentarum) vitalem redditum M. Alex. Betoun de Hospitalfeild filius dicte Mar., et Margareta Allardes ejus sponsa, feodum David B. eorum filius et heres apparens, cum consensu Joannis com. de Montrois cancellarii et D. Jacobi Elphingstoun de Barntoun militis secretarii regis pro eorum interesse, in favorem dictorum Pat. et Helene resignaverunt :—TENEND. dictis Pat. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque :— REDDEND. 28 bollas farine avenatice, 28 bol. hordei, 7 bol. frumenti, et pro particula de communi 6 sol. 8 den. ab antiquo monacho communi monasterii de Abirbrothok pro pittantiis ejusdem solut., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Carneconnane sive alibi in pretorio infra burgum de Abirbrothok ; ac 46 sol. nomine duplicationis feudifirme in introitu heredum sive assignatorum ; et observando ceteras clausulas originalis infeofamenti dicte Mariote in vitali redditu et dicto M. Alex. hereditarie concessi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 228.

1328. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—recordans servitium sibi per quondam Helenam Littill nutricem suam prestitum in educatione et enutritione sua, necnon per servitorem suum JOANNEM GRAY filium dicte Hel.,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit dicto Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—hortos abbatis et conventus *lie Abbat and convent yairdis* monasterii de Corsragwell, cum pastura intra omnes bondas precinctorum dicti monasterii, in balliatu de Carrik, vic. Air ; et particatam *lie rude* terre Abbottis-rude nuncupatam, cum domo, mansione et horto, in parochia de Garven, vic. Air ;—que olim ad dictum monasterium pertinuerunt :—REDDEND. pro hortis 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis, pro particata 5 sol., et 2 sol. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 234.

1329. Apud Edinburgum, 17 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE ARNOTE filio heredique apparenti Andree A. de Lochrig, et heredibus inter eum et

MARGARETAM CUNYNGHAME ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Andree junioris et assignatis quibuscunque,—5 librat. terrarum de Lochrig antiqui extentus, cum manerie, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—necnon dicte Marg., in vitali redditu, —31 bollas farine avenatice annuatim de 40 solidatis terrarum dominicalium *lie* Maynis de Lochrig, et 16 acras terrarum contigue jacen. vocatas Lochfauldis cum domo et horto in Byrahill infra dict. terras de Lochrig (per dictos And. juniorem et Marg. occupatas), — et hoc in plenaria satisfactione 40 bollarum farine et 10 lib. pro dicte Marg. conjuncta infeodatione; —quas omnes dictus Andreas senior in favorem dictorum And. junioris et Marg. resignavit:—Reservando dicto And. seniori liberum tenementum omnium supradict. (exceptis eis que dicte Marg. concessa sunt); et Eliz. Crawfurde ejus sponse vitalem redditum 14 solidatarum terrarum de Lochsyid, 4 sol. de Lochfauldis et 10 sol. de Wairdheid, ant. ext., cum rationabili tertia omnium cum contingeret:—Tenend. de Henrico principe Scotie:—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 236.

1330. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX concessit et,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit familiari suo ALLANO DOMINO CATHCART, heredibus ejus et assignatis,—4 mercat. terrarum antiqui extentus de Eister Carbestoun, in Kingis-kyill, vic. Air;—quas Rob. Stewart de Gas in favorem dicti Allani resignavit:—Reddend. servitium warde &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 253.

1331. Apud Edinburgum, 17 Jul.

REX confirmavit cartam Abrahami Vaus, —[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, Alderstoun et . . . , 11 Apr. 1601, in libris dominorum concilii registrandi,—cum consensu Jonete Lauder sponse sue, et D. Joannis Vaus de Barnebarroche militis ad quem interdictus fuit, —vendidit ROBERTO HEPBURNE de Alderstoun, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras de Caponeflatt (inter *lie* Oxgait ad M. Tho. Craig advocatum pertinen., et alias bondas specificatas), *lie* Pechtdaillis continen. 2 acras aut eocirca (intra bondas specificatas), Rudlandis continen. 7 acras aut eocirca (inter dict. Oxgait et terras dicti Tho. vocatas Sanct-Laurence-housis), et Pettercragis (inter terras domini Congiltoun et alias bondas specificatas), cum tenentibus &c., in baronia de (Kincraig per annexationem), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Rob. Patersoun burgen. de Hadingtoun:—Test. Wil. Lawder ballivo in Dunbar, Pat. Broun burgensi de Hadingtoun, Pat. Johnestoun servitore dicti Roberti Hepburne:—carta scripta per Jo. Anislie notarium publicum, servitorem Roberti Gairdner scribe in Edinburgh:—Apud Alderstoun, 11 Apr. 1601]:—Necnon cartam Roberti Oliphant burgen. de Hadingtoun,—[qua, cum consensu Katherine Young sponse sue,—pro impletione cujusdam contractus in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit Roberto Hepburne in Markle fratri germano M. Patricii Hepburne de Smetoun burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— terras de Alderstoun cum tenentibus &c. (intra bondas specificatas), terras de Plewaland cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Rob. Kyle pistori:—Test. Jacobo Leirmonth nuncio, Jo. Vallance fabro lapidario, Alex. et Jo. Sympsonis notariis;—cartá scripta per M. Davidem Boyis servitorem Valteri Henriesoun scribe signeti regii:—Apud Nungait, 9 Jul. 1599]:—Preterea,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob. et ejus antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicto Rob. de novo dedit, et in liberam tenandriam de Alderstoun incorporavit, ordinando maneriem de Alderstoun principale messuagium fore:—Reddend. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 45 mercas annuatim, relevium ad 45 mercas, maritagium ad 100 lib.:—Test. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 295.

1332. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX confirmavit WILLELMO SUTHERLAND de Duffus—terras et baroniam de Duffus, cum castro, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de D. et aliarum capellaniarum ejusdem, terras de Quarrellwod et Greifschip, vic. Elgin et Forres; terras de Breychtmony et Kinstarie cum molendino nuncupat. de Aulderne, terris molendinariis, bruerio earundem et bruerio de Breychtmony, vic. Narne; omnes ab antiquo in baroniam de Duffus incorporatas; —quas idem Wil. resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum advocatione capellanie de Unthank :— PRETEREA rex erexit illam partem terrarum de Kinstary nuncupatam Aulderne — in liberum burgum baronie, BURGUM DE AULDERNE nuncupand.; cum potestate dicto Willelmo eligendi ballivos, consules, burgenses &c.; cum potestate burgensibus ad *lie pak* et *peill*, emend. et vendend. &c.; et tenendi pretorium et crucem foralem, cum foro hepdomadatim die Lune, et libero nundino semel in anno 8 Aug., pro 2 diebus, ac colligendi custumas &c.; cum potestate dicto Wil. resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem personis jus habentibus disponendi;—et omnia suprascripta de novo incorporavit in liberam baroniam de Duffus :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus ejus heredibus masculis quibuscunque arma et cognomen de Sutherland gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 200 merc., et maritagium ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 239.

1333. Apud Falkland, 22 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit cartam Joannis Hammiltoun de Blair,—[qua,—cum consensu Joannis H. filii sui et heredis apparentis, et personarum quibus interdictus est,—pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, in libris concilii registrari ordinat., —vendidit GILBERTO BLAIR in Inschyra, et MARIOTE MONORGOUND ejus sponse, irredimabiliter,—ecclesiasticas terras de Inschschyra cum earum piscaria, et decimis garbalibus inclusis que nunquam a fructibus separate erant, in diocesi et regalitate S. Andree, vic. Perth:—TENEND. dictis Gilb. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Gilb. et assignatis quibuscunque, de superioribus earundem in feudifirma :—REDDEND. 53 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando ceteras conditiones in originalibus infeofamentis contentas :— cum precepto sasine :—TEST. Pat. Striviling servo D. Jacobi Elphingstoun de Barntoun secretarii, M. Wil. Hammiltoun filio dicti Jo., Rob. Hammiltoun servo dicti Jo.:—carta scripta per Tho. Edyer servitorem Roberti Kirkwod scribe signeto regio :—Apud Edinburgh, 17 Jun. 1602]: —INSUPER,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—suprascripta dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit :— REDDEND. regi *ut supra*; et tres sectas ad 3 placita capitalia apud monasterium S. Andree; et 2 sol. nove augmentationis : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 241.

1334. Apud Falkland, 26 Jul.

REX concessit GEORGIO KNOWIS burgensi de Abirdene, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — borealem partem terrarum de Logyruiff, habentem integram *lie hard-erd* inter fontem de L. et *lie* Blakpottmyre (bondat. *ut in carta* 1282), *with passage to the burne of Orchardtoun*, in parochia de Logybuchane, vic. Abirdene;—quas Wil. Knowis frater dicti Geo. in ejus favorem resignavit :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 233.

1335. Apud Falkland, 26 Jul.

REX concessit et,—pro fideli servitio, ac pro compositione persoluta,—quitteclamavit WILLELMO CUNYNGHAME de Capringtoun, et AGNETI CAMPBELL domine Capringtoun ejus sponse, irredimabiliter,—terras et baroniam de Cumnok, cum earum castro, manerie loco, silvis,

molendinis, piscationibus, tenentibus &c., tam proprietatis quam tenandrie, cum jure patronatus ecclesie parochialis et officii clerici parochie de Cumnok, necnon 2 mercat. terrarum de Dalhannay, 2 mercat. de Nether Garreif, 6 sol. 8 den. de Garclauche, antiqui extentus, in Kyle-regis, vic. Air;—quam baroniam Alex. Dunbar de Cumnok vicecomes de Murray, et Dalhannay et seqq. (olim partes dicte baronie existentes, et ad instantiam quondam . . . Crawfurde de Lefnoreis a quond . . . Dunbar de Cumnok appreciatas) . . . Crawfurde de Lefnoreis, in favorem dictorum Wil. et Ag. resignaverunt; et quas terras de Dalhannay &c. rex de novo ad dict. baroniam univit:—TENEND. dictis Wil. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Wil. quibuscunque: — REDDEND. unum nummum argenteum nomine albe firme: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 237.

1336. Apud Falkland, 27 Jul.
REX dedit literas legitimationis ROBERTO MITCHELL bastardo, filio naturali quondam Willelmi Mitchell in Blaksyde. xliii. 252.

ANNO REGNI 36. ANNO DOMINI 1602.

1337. Apud Falkland, 31 Jul.
REX confirmavit cartam quondam Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas,—[qua confirmavit JOANNI ARBUTHNET, et ejus heredibus,—terras de Eister Breichteyne, in regalitate sua de Keremure, vic. Forfare;—que fuerunt Joannis com. Crawfurdie in tenandria, per eum tente de dicto Arch., et dicti Jo. A. in proprietate, per eum tente de dicto com. C.; et jampridem cum reliquis terris comitatus Angusie ac dominii et regalitatis de Keremure per dominos concilii adjudicate fuerunt in manibus regis fuisse per 45 annos ratione nonintroitus; et in quibus comitatu &c. rex dictum Arch. de novo infeodaverat pro compositione pecuniaria, cujus dictus Jo. A. partem sibi contingentem persolverat:—TENEND. de dicto Arch., quousque dictus com. C. aut ejus heredes in eisdem essent infeodati:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis, necnon wardam &c.:—TEST. Jo. Erskin de Dwn, Petro Carmichaell, Tho. Fotheringhame de Powrie, Rob. Erskin, Tho. Vannand, Willelmo Guthrie de Kyngenny, Jo. Fotheringhame: —Apud Edinburgh, 10 Maii 1511]:—NECNON preceptum de clare constat factum per quond. Arch. comitem Angusie dom. Dowglas et Abirnethie,—[qua,—cum consensu Jacobi comitis de Mortoun dom. de Dalkeith cancellarii Scotie, tutoris sui, —mandavit Waltero Gowrlay quatenus sasinam daret KATHERINE GORTHIE, tanquam heredi (dicti) Joannis Arbuthnet de Brichtie-Eister ejus abavi,—de dimedietate terrarum de Eister Brichtie, et dimed. tertie partis terrarum de Monyfuth, cum tenentibus &c., in dictis regalitate et vic.: —TEST. M. Arch. Dowglas, Geo. Affleck famulo ejus, Wil. Paterson notario publico: —Apud Edinburgh, 18 Jan. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 246.

1338. Apud Falkland, 2 Aug.
REX,—pro servitio non solum sibi verum etiam matri sue prestito tam infra regna Gallie et Anglie quam in regno Scotie, necnon pro custodia maneriei et loci de Glenluce,—cum consensu &c. (93.),—concessit M. LAURENTIO GORDOUN commendatario de Glenluce, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—maneriem seu locum de Glenluce monasterium de G. ab antiquo nuncupat., cum domibus, columbariis, hortis &c. tam infra interius precinctum vel sepem lapidalem quam ceteros monachorum hortos, prata et croftas infra exterius precinctum vulgo *thornedykis* et *hedgis* ejusdem;—que, ab acto annexationis excepta, idem Laur. resignavit; — necnon burgum baronie seu regalitatis et villam de Ballinglache (inter torrentem de Glenluce et Oure-Lady-burne in Glenluce), cum terris burgalibus, tenementis, censibus burgalibus, foris, nundinis et

privilegiis, cum rectoria et vicaria ecclesie de Glenluce, cum capellanariis et altaragiis capelle Marie Virginis (*Oure-Lady-Chapell*) et Christi capelle (*Christis-Chapell*), et advocatione earundem, cum decimis garbalibus aliisque decimis magnis et minutis, fructibus &c. dicte ecclesie;— quas idem Laurentius resignavit;—necnon terras &c. subsequentes que olim fuerunt pars temporalitatis dicti monast., viz. Kirk-Christis-chapell-croft ad Kilphillane adjacentem, Oure-Ladyis-chapell-croft, Monkis-croft in parochia de Kirkcum, croftam vocat. Curylong ad Quhitecruik adjacen., cum duabus piscariis super aquas de Poltantene et Corswattiris, in regalitate de Glenluce, vic. Wigtoun; cum potestate eligendi ballivos, clericos et alia curie membra dicti burgi (quod plenam jurisdictionem regalitatis et justiciarie haberet prout olim habuit), cum potestate tenendi forum in dicto burgo hepdomadatim die Sabathi vulgo *Satirday*, cum tribus publicis nundinis annuatim, viz. 24 Jul. (*Sanct-James-day*), 29 Sept. (*Sanct-Mathowis-day*), et . . (*Sanct-Androis-day*), cum ceteris ad burgum baronie et regalitatis spectantibus:—INSUPER suprascripta dicto Laur. de novo dedit, libera ab omni solutione tertiarum, monachorum portionum, primi anni fructuum et quinquennarii; et dictas terras &c. a dicto monast. dissolvit; absque prejudicio dicto Laur. penes feudifirmas de Glenluce per comitem de Cassillis solvi solitas; et erexit rectoriam et personagiam in dicta ecclesia de Glenluce, et concessit rectori de G. pro rationabili ejus sustentatione mansum et glebam ad dictam ecclesiam proprie pertinen., necnon annuum stipendium 400 merc. (quod fuit plus assumpta tertia beneficii de Glenluce) ei per dictum Laur. solvendum de annuis devoriis decimarum &c.; et omnia incorporavit in liberam temporalem tenandriam de Glenluce:— REDDEND. pro manerie, burgo, ecclesia &c., servitium equitis aurati, et unum den. albe firme; pro terris &c. feudifirme firmas consuet., viz. pro Christis-chapell-croft 13 sol. 4 den., pro Our-Lady-croft 38 sol., pro Monkis-croft 13 sol. 4 den., pro Curylong 60 duodenas parvulorum piscium vocat. *quhyttingis*, pro piscationibus 50 sol., et 20 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum et assignatorum;—et solvendo collegio justiciarie annuam contributionem usitatam, pro qua dicti Laur. et heredes privilegium olim per abbates in parliamentis, generalibus et secretis conciliis et sessionibus habitum possiderent:—INSUPER rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificari:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 245.

1339. Apud Falcolandiam, 3 Aug. REX,—cum consensu &c. (93. 112. 101.), —concessit M. THOME HAMMILTOUN de Drumcarne, advocato regio et uni senatorum collegii justitie, irredimabiliter, —terras et baroniam de Munkland, viz. ter. et prediade Auchingray, Gartscharraymanis, Crumlat et Blaklandis, terras de Caldercrukis, Arbouchillis (Arbouchling?), Peddersburne, Brownysyde, Sostrane (Foskane?), Gartlie, Ruchsullo, cum molendino, terris molendinariis &c., Ryzairdis, Coittis et Garturk, Nethir Coittis, Coittis et Overhousis, Dundovane, Haggis cum molendino *lie* Hag-mylne, ejus terris &c., terras de Ryden, Drumgray et Gartturk, cum terris brueriis *lie* Brewlandis, terras de Sutiehousis (Soutarhousis?), Kirkwode, Drumpendare, Padovane, Denbank, Gilgart, Arduinzeis, Carlingcroft, terras unius partis Gartscharie tenendrie (per Jo. Craig et Wil. Salmound occupat.), terras de Gartwerie et Garttuscane (Gartluscane?), Gartmyllane, Inschennok et Gayne, Midrois, Mywat, Gartingawak, Blairlynies Eister et Wester, Middiltoun, cum molendino de Calzeokclair, ejus terris &c., terras de Glenhuif, Glentorris, Rowchsollis, Kypbyre, Brydenhill, de Kippis et Helenehirst, cum feudifirme firmis, tenentibus &c., molendinis, silvis, forestis, *lie parkis*, pratis, carbonibus, vic. Lanerk;—quas, partes existen. temporalis dominii et baronie de Newbotle, Marcus dom. de Newbotle resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Tho. et Thome H. de Preistisfeild ejus patris, dicto M. Tho. de novo dedit, cum castellis, maneriebus, lacubus, piscationibus tam salmonum quam aliorum piscium, cum liberis forestis intra omnes bondas dicte baronie, cum advocatione ecclesiarum de Munkland et Calder;

et easdem incorporavit in liberam baroniam de Munkland, ordinando maneriem de Brwnysyde fore principale messuagium :—TENEND. *ut in carta* 501 :—REDDEND. 100 lib. albe firme, in partem solutionis albe firme in erectione dominii de Newbotle contente :—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 183.

1340. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO STEWART de Garleyis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras &c. subscriptas, olim ad Fratres Predicatores burgi de Wigtoun pertinentes, viz. terras de Corwar in parochia de Sorbie, pratum olim per Jo. Makilhauche et Jonetam M. ejus sororem occupat. (partem 8 solidatarum terrarum de Cassingilsie existen.), 1½ acras terrarum per dictam Jon. occupat. (inter *lie* Magdalanes-land ex occiden. et acram Mich. M'Clellane ex orien.), terras de *lie* Cruik vulgo Freiris-cruik nuncupat., croftas et acras circa locum dictorum Fratrum (olim per ipsos Fratres propriis bonis occupatas), salmonum piscariam in aqua de Blaidnoch extendentem a *lie butt* dicte aque ad Culmannoch super utroque latere dicte aque, vic. de Wigtoun; necnon annuos redditus subscriptos olim ad dict. Fratres pertinentes, viz. 24 bollas farine avenatice et 22 solidos monete de terris de Terden, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Mylnetoun, 7 bol. et 2 quarterias farine et 3 sol. 6 den. de 6 mercatis de Skeith, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerimanoch, 4 bol. 2 peccas farine et 2 sol. de 4 mercatis de Castelcruik, 12 bol. farine, 6 bol. farine et 6 sol. de 10 mercatis de Librak, 4 bol. 2 pec. farine et 2 sol. de 4 mercat. de Kno(k)incur, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Knokafrik, 6 bollas farine et 3 sol. de 4 mercatis de Blairmaking, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Drumgergane, 6 pec. farine et 9 den. de 16 solidatis de Slewhebert, 6 pec. farine et 9 den. de terris de Lytilhillis, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercatis de Barrinbarroch, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kildarache, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Baryarage, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercat. de Capinoch, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Barwerenoch, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercatis de Clutage, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Ardlos, 6 bol. farine et 3 sol. de terris de Culmalzeoch, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercat. de Kerebroun, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerequhirne, 12 bol. farine et 6 sol. de 10 mercatis de Barnes, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerewelcop, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Clauchrie, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Bargles, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Knoccane, vic. Wigtoun;—quas et quos Rob. Stewart olim de Cardonald, legitimus filius quondam Alexandri S. de Garleyis militis, in favorem dicti Alex. S. tunc de G. resignavit apud Edinburgh:—REDDEND. pro Corwar 7 merc., pro dicto prato 30 sol., pro 1½ acris 35 sol., pro croftis circa dict. locum 4 merc., pro dicta piscaria 40 sol., pro qualibet bolla dict. victualium 6 sol. 8 den., cum pecuniarum summis suprascriptis, extenden. in integro ad 77 lib. 8 sol. 3 den., cum 3 lib. 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—PRETEREA voluit rex quod unica sasina apud *lie* Freiris-croft capienda pro omnibus staret :—TEST *ut in aliis cartis* &c. xliii. 187.

1341. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—pro servitio sibi prestito, precipue in repressione proditoriorum attentatorum et conspirationum Francisci olim com. de Bothuile ejusque complicium,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit et de novo dedit ROBERTO DOMINO ROXBURGH, gardiano mediarum marchiarum Scotie,—terras de Halyden et Clarylaw, cum maneriis, columbariis, cunicularis, vic. Roxburgh; cum officio balliatus abbatie de Kelso et omnium ejus terrarum et possessionum;—quas, olim de dicta abbatia tentas, idem Rob. resignavit :—INSUPER rex dissolvit a dicta abbatia cellam de Lesmahagow, et ecclesias de Kelso, Sproustoun, Nanethorne, Humbie, Dudingstoun et Innerlethaine;—quas Wil. commendatarius de Kelso cum consensu Andree Ker de Romanno-grange

econimi et administratoris dicte abbatie resignavit;—et concessit dicto Rob. jus patronatus rectoriarum et vicariarum dict. ecclesiarum et celle; proviso quod dictus Rob. persolveret ministris apud dict. ecclesias stipendia secundum eorum assignationes:—INSUPER voluit quod unica sasina apud maneriem de Halyden capienda pro Clarylaw et dicto jure patronatus staret;—et, quia dictus Rob. ejusque antecessores hereditarii ballivi dicte abbatie his multis annis extiterant, ratificavit omnia infeofamenta, literas balliatus &c. eis desuper factas:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Halyden 10 lib., pro Clarylaw 48 lib., feudifirme: et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicto officio unum den. albe firme, et ministrando justitiam in eodem:—INSUPER rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento suo ratificari:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 16.

1342. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—pro servitio &c. (*ut in carta* 1341),—cum consensu &c. (93.),—concessit ROBERTO DOMINO ROXBURGH, gardiano &c. (*ut in carta* 1341),—villam et terras de Kelso, cum *lie outsettis*, cottagiis, horreis, hortis, ustrinis, cum *lie* Almery-landis earundem, *customes* et *lie vies* (vel *unis*) de Kelso, molendinis de K., salmonum piscaria inferioris cimbe *lie nether-cobill* super aqua de Tweyd, cum cimba portatoria *lie ferry-cobill* de Sproustoun, salmonum piscariam superioris cimbe super antedicta aqua, *lie ferry-cobill* ante villam de Maxwell, terras *lie* West-croft, terras de Brumbank, terras vocat. Hott, terras de Cunynghares et Brumlandis, terras vocatas Angrieflatt, terras de Bromecroft, Touncroft, Blakbalk et West-medow, Eisthauch, 20 librat. terrarum de Sproustoun, terras de Redden, Plewlandis de Halden, 4 terras husbandias de Lyntoun, terras de Wester-Softlaw, cum 2 terris husbandiis in Hietoun, terras de Plewlandis in Hoslaw, terras de Eillisheuch, villam et terras de Boldane cum molendino, villam et terras de Mydlem cum molendino, terras de Caldscheillis, villam et terras de Lyndene cum molendino earundem, terras de Greneheid, Fawdounsyid, Quhitlawhous, Quhitmurehall, Quhitmurtoun, Kippelaw, Caveris, Newhall, Haltoun prope villam de Hawik, Uniscroft et Preistoun, infra dominium de Kelso, vic. Roxburgh: terras de Dowglen, vic. Drumfreis; terras de Chapelhill, vic. Peblis; terras ecclesiasticas de Litill Newtoun, de Nanthern, de Gordoun, de Simprene et de Home, terras de Belleishill, Gyrig, Bogend ac molendinum de Fogo, vic. de Beruik; terras ecclesiasticas de Selkirk, vic. Selkirk; terras eccles. de Makarstoun, vic. Roxburgh;—que omnes olim ad abbatiam de Kelso pertinuerunt, et regi devenerunt ob forisfacturam Francisci olim com. de Bothuile feudifirmarii earundem, ant ob inhabilitatem ejus prolium per parliamentum declaratam; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Sproustoun, ut unica sasina apud maneriem de S. capienda pro omnibus staret:—TENEND. *ut in carta* 1341:—REDDEND. pro Quhytlawhous 12 lib., pro Preistoun 6 lib. 13 sol., pro terris ecclesiasticis de Selkirk 40 sol., pro terris eccl. de Makkarstoun 10 lib., pro ceteris *ut in Registro Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, *carta* 1905[1], et 13 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 819 lib. 6 sol. 6 den. feudifirme: ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—INSUPER rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento suo ratificari:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 17.

1343. Apud Perth, 6 Aug.

REX,—cum consensu &c. (100.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI AIKMAN ministro apud Twynane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—cimbam portatoriam *lie ferrie-boit* super aqua de

[1] Except that the *outsettis* &c. of Kelso are charged with 717 *daywarkis* instead of 86; Redden with 94 carriages instead of 93, and 200 capons instead of 52; Bolden with £43. 3s. instead of £43. 4s.; Mydlem with £50 4s. instead of £55 4s.; and Gyrig with 24s. instead of 48s. The Kirklands of Girnelaw are not mentioned in this charter.

Crie inter bondas 8 mercatarum terrarum de Balquhase ex uno et 10 mercatarum de Balsaldoch ex altero latere dicte aque, presertim in illa parte nuncupata *lie* Capill, cum feodis &c.; necnon 7 acras aut eocirca terrarum ecclesiasticarum de Kirkcandareis ad vicariam pensionariam ecclesie de K. pertinen. (reservatis 4 acris ministro apud dict. ecclesiam pro ejus gleba), in diocesi de Galloway, senesc. de Kirkcudbrycht :—REDDEND. pro cimba 8 mercas, pro terris 13 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 321.

1344. Apud Pertham, 6 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit et,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit GEORGIO MURRAY de Brochtoun—10 mercat. terrarum de Mekill Brochtoun et molendinum ejusdem, cum manerie, tenentibus &c., 5 mercat. antiqui extentus de Litill Brochtoun, vic. Wigtoun; 10 mercat. terrarum de Kirkcossald, 5 mercatas de Barcly, et terram *lie Tuentie-schilling-land-besyde*, ant. ext., cum tenentibus &c., in senesc. Kirkcudbrycht; 5 mercat. terrarum de Outoun-chapell ant. ext., in parochia de Quhithorne, vic. Wigtoun; ½ mercat. terrarum de Litil Balmangane, cum decimis tam rectoriis quam vicariis inclusis nunquam a solo separari usitatis, in dominio de Dundrennan, senesc. Kirkcudbrycht; —quas idem Geo. resignavit;—necnon 4 mercat. terrarum de Autoun-gallous aliter vocat. Litill Autoun (per Paulum M'Cullo occupat.), in parochia de Quhithorne, vic. Wigtoun;—quas D. Jo. Vaus de Longcastell miles in favorem dicti Geo. resignavit; — necnon dimedietatem terrarum templariarum et tenementorum infra vic. de Wigtoun tam infra burgum quam in rure jacentium, ad dominium et preceptorium de Torphichin pertinen., cum tenentibus &c., privilegiis, castris, molendinis, carbonibus, piscariis;—quam Jac. Sandelandis de Calder dom. de Torphichin in favorem dicti Geo. resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Brochtoun, ut unica sasina apud Mekill B. capienda pro omnibus staret :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. filio legitimo Caroli M. de Cokpule, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Gulielmo M. fratri germano dicti Georgii (si in Scotiam rediret et ibi remaneret), et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Malcolmo M. fratri germano ejusdem Geo., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo., cognonem et arma de Murray gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque :—REDDEND. pro Brochtoun, Kirkcossald &c. 4 den. albe firme; pro Outounchapell 10 merc., et 40 denarios augmentationis, pro Litill Balmangane 3 lib., et 12 denarios augmentationis, pro Autoungallous 8 mercas, feudifirme, et duplum feudifirme in introitu heredum; pro terris templariis 20 sol. feudifirme (in partem solutionis 500 mercarum de dominio de Torphichin debit.), absque duplicatione in introitu heredum; et observando cetera in originalibus infeofamentis contenta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 24.

1345. Apud Perth, 7 Aug.

REX concessit ADAMO CUNYNGHAME servitori Joannis Oliphant scribe, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terram sive tenementum cum pecia horti et horreo, in *lie* Soutergait burgi de Drumfreis (inter terras Alex. M'Brair et quond. Petri Dun, et viam regiam sub hortis);—que regi devenit ob decessum Ricardi Knowis coriarii burgensis de Drumfreis, bastardi :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 265.

1346. Apud Falkland, 12 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ratificavit instrumentum resignationis et sasinam in eodem contentam, per quond. Joannem Romannois in Blanislie fact. ANDREE ROMANNOIS ejus filio, heredibus ejus et assignatis,—de 2 terris husbandiis in villa de Blanislie ex boreali parte ejusdem (intra bondas specificatas), per Stephanum Hunter et Jacobum Derling occupatis, in dominio de Melros, vic. de Roxburgh;—de data 3 Sept. 1586 :—cum carta confir-

mationis desuper facta per Jac. commendatarium de Melros, de data 19 Feb. 1590 :—necnon ceteras cartas dicto Jo., quond. Joanni R. ejus patri, dicto And. eorumve predecessoribus desuper factas :—INSUPER, pro bono servitio, dictas terras dicto And. R. in Blanislie de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 44 sol. 6 den., et 5 sol. 4 den. augmentationis, cum 2 cariagiis in Lodonia, et 6½ pultreis, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et deferendo grana ad molendinum de Langschaw molenda; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—PROVISO quod non liceret dict. terras alienare sive impignorare dominis temporalibus vel spiritualibus seu quibuscunque generosis, preter incolis ville de Blanislie et similibus viris dicto And. in conditione inferioribus, etiam cum licentia regis, sub pena amissionis feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 248.

1347. Apud Falkland, 14 Aug.

REX, pro bono servitio, in feudifirma locavit PATRICIO STRIVILING, servitori D. Jacobi Elphingstoune de Barntoun militis secretarii sui,—terras de Galwalmoir, cum libera pastura et *lie scheling* infra bondas de . . ., in senesc. et dominio de Stratherne, vic. Perth;—que quondam Eduardo Sinclair de Galwalmoir per Jac. V. regem in ejus minoritate in feudifirma locate fuerant, et igitur regi devenerunt :—TENEND. dicto Pat. et heredibus ejus masc., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscunque absque divisione :—REDDEND. 10 libras 6 sol. 8 den., cum una marta, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustinendo sufficien. mansionem cum camera, horreo, *lie byre* et *stable* et columbario; et faciendo plantationem fundo correspondentem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 244.

1348. Apud Falkland, 16 Aug.

REX concessit M. JOANNI MURRAY de Hilfeild, heredibus ejus et assignatis,—villam et terras de Annatland, cum acris de Tibbermure, in baronia olim de Ruthven tunc de Huntingtour nuncupata, vic. de Perth;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. Gowrie :—REDDEND. pro Annatland 6 libras, et 3 duodenas pultrearum, pro dictis acris 6 lib., et 2 duodenas et 8 pultreas, cum aliis devoriis et servitiis debit. et consuet., nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 188. et 197.

1349. Apud Falkland, 18 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo D. DAVIDI MURRAY de Gosperdie militi, rotulorum computatori, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—dimedietatem terrarum de Ballinbla cum *lie lone* et terra *lie Swaird* ejusdem (intra bondas specificatas), in dominio et senesc. de Fyiff; cum communi pastura super *lie* Lowmonthis de Falkland infra integras bondas eorundem, et privilegio commonie in iisdem consueto; necnon tenementum terre in burgo de Falkland (juxta terras quondam Jo. Gairdnar);—quas D. Michael Balfoure de Balgarvie miles in favorem dicti Dav. resignavit;—necnon aliam dimed. de Ballinblaa &c., cum dicta communi pastura, et maneriem (*the Manerplace*) de Nwthill, in dictis dominio et senesc.;—quas Mich. Balfoure de Bandone in favorem dicti Dav. resignavit;—necnon terras de Ladynwrquhart-Eister, et presertim illam earum pendiculam nuncupat. Davylandis-fauldis, vic. Fyiff;—quas D. Arch. Striviling de Keir miles, Ric. Maxwell senior portionarius de Kincragy et Ric. M. junior ejus filius, in favorem dicti Dav. resignaverunt;—necnon jus commonie in parte *lie* Lowmonthis de Falkland nuncupata *the Blakhill*, et in moris de Falkland (viz. *begynnand at the eist at the gait or commone lone that passis fra the park of Falkland to the Kingis-stabillis, and thairfra southwest as the water of Mospy rynnis to the dameheid of the mylne of Falkland, and fra that west the said mylne-leid to the littill strype that rynnis at the west nwik of the yaird of Nwthill, and fra that passand south and up the water strype that cumis fra the dame in the heid of Mospy-den, and fra that south*

and ascendant be the said den to the Coilpot-burne, and south-west as the strype gangis to the south syid of the Madincastell, and fra the said Madincastell doun and northwest to the Arraty-den, and thairfra northeist as the arrabill landis of Kilgour gangis quhill it cum to the Denhauch of Kilgour quhair the Den-burne meittis with the saidis arrabill landis, and fra that northeist be the Den-burne as it rynnis till it cum foiranent the Bowingtrie on the Park-dyke, and fra that direct eist as the said Park-dyke gangis to the Park-yett beneth the Kingis-stabillis);—quod And. com. de Rothes dominus Leslie &c. et M. David Barclay de Cullairny portionarii de Glasly, D. Jac. Scott de Balwerie miles et Alex. Seytoun in Stramiglo portionarii de S., Tho. Burrall, Alex. Ireland, And. Burrall, Joannes Cowper, And. Ged, Jo. Burrall in *lie* Clois, Joannes Burrall *Eister*, portionarii de Freuquhy, Rob. Arnote, David Couper, Alex. Thomsoune, Hen. Malcolme, Jo. Patersoun, Jo. Duncane, Alex. Couper, portionarii de Newtoun de Falkland, Jo. Avery, David Bowmane, Geo. Patersoun de Dunmwre, Rob. Bowman, Alex. Bett, Rob. Schadow, Joannes Balfour, Hugo Menteith, Jac. Strathauchin, Hector Arnote, Jo. Cowper, Jac. Seytoun, Mich. Scott, . . Halkett, Geo. Crystie, Jac. Law, Jacobus Bickartoun, Hen. Wylie, Georgius Kilgour, And. Law et Margareta Cowper, burgenses et portionarii de Falkland, in favorem dicti D. Dav. resignaverunt:—REDDEND. pro integris terris de Ballinbla 9 libras 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; et sustentando domos ad recipiendos in hospitio 40 viros, cum stabulis pro eorum equis ac pro eorum provisione in omnibus necessariis super eorum propriis expensis; —pro dicto tenemento servitium debit. et consuet.;—pro manerie de Nuthill unum den., pro Ladinwrquhart-Eister unum den., albe firme;—et pro jure commonie in Blakhill &c. 40 sol. feudifirme; et duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 208.

1350. Apud Striveling, 21 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit AGNETI MITCHELL unice filie legitime et heredi apparenti quondam Roberti M. de Burneheid (native tenenti subscriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 denariatas dimedie mercate terrarum de Dalsangane (per dictum Rob. tempore ejus decessus occupat.), 7 solidat. de Braklare, 20 sol. de Burneheid, 4 sol. 6 den. de Eschawburne, antiqui extentus, in dominio de Kylismure, vic. Air;—que terre olim ad monasterium de Melros pertinuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam, ut unica sasina apud principalem domum de Burneheid capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Dalsangane 5 sol. 1 den., et 5 den. augmentationis, pro ceteris 45 sol. 1½ den., et 5 den. augmentationis; necnon triplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dominii de Mauchlene apud locum ejusdem; et portando grana ibi crescentia ad molendinum de Mauchlene, et multuras consuetas persolvendo; et observando ceteras conditiones et provisiones quascunque antea observari consuetas et in antiquis rentalibus et assedationibus contentas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 250.

1351. Apud Striviling, 23 Aug.

REX confirmavit familiari suo D. JACOBO ELPHINGSTOUN de Berntoun militi, secretario regio, in vitali redditu, necnon JACOBO ELPHINGSTOUN filio natu maximo inter eum et Dominam Marjoriam Maxwell ejus sponsam legitime procreato in feodo, et heredibus &c. (*ut in carta* 1231), —*lie* Maynis de Ballumbie (*et cetera in carta* 1231 *contenta*);—quarum vitalem redditum dicti D. Jac. et Mar., feodum idem Jac. junior, resignaverunt (proviso &c. *ut in carta* 1231); et quas rex, pro bono servitio dicti D. Jac., dictis personis de novo dedit, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Auchterhous, unius regis communium ecclesiarum existen.:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; et hoc pro longo servitio dicti D. Jac., et in signum singularis affectionis erga dictum Jac. juniorem, cui rex nomen suum in baptismatis lavacro in singularis

erga dictum D. Jac. dilectionis testimonium indiderat:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 251.

1352. Apud Falkland, 18 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit WILLELMO RAIT de Halgrene in libero tenemento, et DAVIDI RAIT ejus filio legitimo natu maximo et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et baroniam de Drumnagar, 2 novenas partes terrarum de Inverbervie vocat. Celiflat, cum molendinis, multuris et terris molendinariis molendini de I. dictis 2 novenis partibus spectan., cum annuis redditibus rodarum burgi de I., vic. Kincairdin; terras de Kirktoun de Abirluthnot (viz. *begynand toward the northwest at ane merchestane infixit in the waird-dyke standand beneth the place of Kirktounhill direct anent ane braid balk at the syde of the nyne rigis, quhilk balk is meithit and merchit and stanes infixit on ilk syde thairof not to be eikit nor pairit in tymes cuming bot to stand and remaine as ane perpetuall merche-balk and lone to the landis vnderwrittin, and discendand doun that balk fra the said merchestane to the burne that devydis the landis of Balmeledie fra Kirktounhill, and enterand in that burne and discendand doun the samin southwart quhill it cum to the heid of the Threap-aker, and compassand and includand the haill Threap-aker at all pairtis thairof as the merchis gangis on the south syde of the samin to the grit gray eirdfast stane, and fra thyne keipand south as the merchis lyis betuix the landis of Balmaledie and Thornetoun on the south syde to the entering in the said burne agane, and keipand the said burne on the north syde thairof quhill it cum to the eist kirk-style of Mariekirk foiranent the said burne, and passand up the said dyke fra the kirk-style quhill it cum to the commoun gait that devydis David Hamptounis fra Johne Villakis bigingis, and includand the haill toftis, housis, bigingis and yairdis afoir and behind occupyit be Tho. Patrie and the said Dav. H., reservand to George Barclay of Matheris, his airis and assignais, ane commoun gait betuix the saidis housis and kirkyaird-dyke to pas and repas to and fra the said burne, and fra thyne northwart keipand ay the said gait quhill it cum to the north syde of the fyve lang buttis lyand behind the said Tho. Patries and David Hamptones, tendand to the eist quhill it cum to the heidrig, includand alsua thrie schort buttis and the haill heidrig lyand at the eist all contigue behind the saidis yairdis and housis, and passand wp fra the north end of the said heidrig as the merchis standis at the eist teillit landis endis of Kellie quhill it cum as the merchis standis to the west syde of the fyve lang rigis of Corkymoir, and passand wp northwart as the merchis standis the west syde of the saidis fyve lang rigis quhill it cum to the north end of the samin at the proper merche of Balmanno, and frathyne eist the landheidis of Corkymoir as the merchis standis betuix Balmakellie and the nether end of Allenagown, quhill it cum to the eist end of ane auld dyke as it is meithit and merchit, and up the said auld dyke quhill it cum to the waird-dyke agane at the west, and haldand and keipand the said waird-dyke eistward quhill it cum to the first infixit merchestane; reservand alsua to the said Wil. Rait and his successouris &c., and thair tennentis and occupyaris of the foirsaidis landis, thir easmentis and commoditeis efter following, to wit, power to cast faill and dovettis, fewall, peittis and turves, in the mures and myres of Eister Kirktounhill at ony pairt thairof outwith the teillit landis of Eister Kirktoun betuix that ilk teillit landis and the Craigburne and landendis of Spittell, and commoun pasturing of guidis thairupone, frie ische and entrie thairto, as thair proper commoun, with ane sufficient lone of 24 fute of breid to pas and repas, call guidis, leid fewall, faill and dovettis with cairtis and sledis easilie without ony molestatioun throuch the landis of Eister Kirktoun fra the first merche of the said Williamis proper landis abone exprimit to the saidis mures, myres, Craigburne and Spittell-landis as it is meithit and merchit, as alsua privilege in mures, mosis and myres, leiding and casting of fewall, faill and dovettis, and pasturing of guidis bayth proper and commoun use and*

wont as the saidis landis and tennentis thairof joysit and occupyit in all tymes bygane, with power to pas and repas to the saidis commoun mures and myres the hie kairt gait in the Lady-bankis to the saidis landis use and wont; reservand alsua ane commoun gait fra Currisloch, Luthermure and myre, cumand fra and throch Balmanno to the north heid of the landis of Allenagown, and fra thyne cumand doun ane grene balk to the end thairof quhill it cum in the said Williamis proper landis, and alsua frie passages, isches and enteresis to pas and repas in the gait betuix Joh. Villakis and Dav. Hamptounis at the west heid of Kellie and eist syde of Corstell quhill it cum to the eist land endis of Corkymoir, and eist thairfra quhill it cum to the grene gait that passis to the place of Kirktounhill, and that for manuring and laboring of the said Williamis landis in all tyme cuming, and with all uther gaitis necessar and passages usit and wont and commoun for the effect foirsaid; reservand alsua to the said Geo. Barclay and his foirsaidis and tennentis ane commoun gait and lone to cathce and call guidis and for cairt and sled fra the nether-land-endis of Corkymoir up the grene gait quhill it cum by the first infixit merchestane to the said George awin proper landis of Kirktounhill usit and wont);—quas idem Wil. resignavit; et quas rex,—pro bono servitio, ac pro compositione soluta,—dictis personis de novo dedit, viz. Drumnagar cum manerie loco et intra bondas subsequen. (viz. *beginand on the north at ane gray stane benorth the water of Luther, quhilk is the merchestane devyding the Walkmylne and mylnelandis of Thornetoun fra the proper landis of Drumnagar, and fra the said gray stane passand up and southeist be ane strype and slak quhilk devydis the mure of Barnis fra the proper mure of Drumnagar, quhill it cum to the hie kirkgait leidand to the kirk of Abirluthnot, and haldand up southeist the said hie kirkgait quhill it cum to the cairne of stanes on the heid of the Drum of the proper mure of Drumnagar, quhilk cairne devydis the samin mure fra the mure of Barnis, and fra the said cairne haldand south the said hie kirkgait quhill it cum to the heid of the Coitburne as the merchestanes ar impute thairin, devyding the said proper mure of Drumnagar fra the said mure of Barnis, and fra the heid of the said Coitburne haldand south the said hie kirkgait quhill it cum to ane uther cairne of stanes upone ane uther Drumeheid be-eist the maner-place of Drumnagar as the merchestanes ar impute quhilk devydis the said proper mure of Drumnagar fra the said mure of Barnis, and fra that cairne south the said hie kirkgait quhill it cum to ane how rynner or strype devyding the proper mure and landis of Drumnagar fra the said mure of Barnis and mure of Balmakellie, and haldand southwest the samin rynner quhill it cum to the arrabill landis of Haltoun as the merchestanis ar impute, and west thairfra be ane hie kirkgait quhilk devydis the saidis proper landis of Drumnagar fra the saidis landis of Haltoun, till it cum to the cotter-yaird-dykis of Haltoun as the merchestanes ar impute, and thairfra west to the Curistanes, and thairfra northwest to the loch callit Currisloch as merchstanis ar impute, and thairfra northwest quhill it cum to the arrabill land endis of the north part of the mylne of Luther, and thairfra northeist as the merchestanis quhilk devydis the landis of Cauldhame fra the saidis landis of Drumnagar ar impute in bayth the sydis of the water of Luther, and northeist be the sam merchestanes on ather syde of the watter as thay ar impute devyding the saidis landis of Drumnagar fra the landis of Petgarvie, and sua northeist be the sam merchestanes in ather syde of the water devyding Drumnagar fra Brigtoun, quhill it cum to the foirsaid gray stane*), cum communia in mora et marresia de Luther et in mora de Currisloch, dict. partes de Inverbervie cum dicti molendini sequelis, *lie knaiveschipis, watter-corne* &c., et cum piscationibus salmonum et alborum piscium super aqua de Bervie a manerie loco de Allerdes ad mare, et in ostio dicte aque, tam in aquis salsis quam dulcibus, et piscariis salmonum aliorumque alborum piscium in mari inter ostium dicte aque (*lie water-mouth of Bervie*) et *lie burnemouth of Halgrene*, cum potestate susten-

tandi *lie cruves* in *lie mylnedame* de Inverbervie aliisque locis idoneis super dicta aqua, et tenendi *lie fisch-boitis* in dictis locis; et cum portu de Gourden in mari et litore ejusdem adjacen. dictis terris de Celiflat, cum parvis custumis, tholis, anchoragiis, *lie syisbollis*, *wrak*, *wair*, *weth* et proficuis quibuscunque dicti portus, et cum potestate edificandi dict. portum cum castris, propugnaculis &c., pro receptione et preservatione navium, cimbarum aliorumque vasorum maritimorum contra tempestates, ac tenendi granaria *lie victuall-housis* &c., cum potestate incolis emendi et vendendi cibum &c., cum piscaria in mari in conspectu et juxta dict. portum, et cum communia in communibus moris et marresiis de Bervie; et,—cum consensu &c. (94. 103.)—de novo ad feudifirmam dimisit dictis personis dict. Kirktoun:—ULTERIUS omnia supradicta de novo incorporavit in liberam baroniam de Drumnagar:—REDDEND. pro dict. Kirktoun 4 merc., ac duplum feudifirme in introitu heredis; pro ceteris unam sectam ad quamlibet trium placitorum capitalium vic. de Kincardin, necnon wardam &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 44 lib. annuatim, et maritagium ad 500 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 255.

1353. Apud Glasgow, 20 Sept.

REX concessit HENRICO STEWART de Barskymmyng, et JONETE REID ejus sponse,—6 librat. terrarum de Stairquhyte alias Barskymmeing antiqui extentus, cum fortalicio, molendinis, silvis, forestis, parcis, piscationibus, tenentibus &c., in Kyle-regis, vic. Air;—quas quatuor heredes portionarii quondam Adami Reid de Barskymming, viz. Hugo Wallace filius et heres apparens Joannis W. de Auchinweitt ac nepos senior dicti Ad., dicta Jon. (cum consensu dicti Hen.) et Margareta R. filie dicti Ad., et Jo. Spottiswode de Fowlare nepos dicti Ad., in favorem dictorum Hen. et Jonete resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio dicti Henrici, dictis Hen. et Jon. de novo dedit, cum salmonum piscationibus, et bondatas ut sequitur (viz. *begynnand at the Hammer-pule-fute, and strykand langis the water-syde of Air to Sneithstoun-burne-mouth on the . . syid, and begynnand agane uponn the south syid of the water of Lewgar at Dalgcour-furde, quhilk water of L. rynnis in the water of Air, and fra thyne furth to the Aird-wod-nuik quhilk is the merche of the Stair* nuncupat. *Stair-Montgomerie*):—TENEND. dictis Hen. et Jon. eorumque alteri diutius viventi, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Hen. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 48.

1354. Apud Edinburgh, 27 Sept.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Roberti Fairlie de eodem,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO M'KERRELL clerico vicecomitatus de Air, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—40 solidatas terrarum de Hilhous antiqui extentus in proprietate et tenandria, cum summarum gressuma in Barassie-m(u)re, in parochia de Dundonald, balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—REDDEND. Henrico principi et senescallo Scotie unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Joanni Wallace in Lons:—TEST. Quintino Crawfurde de Camlarg, Jacobo Blair burgen. de Air, Jo. Masoun scriba communi burgi de Air, Geo. M. ejus filio (scriptore carte), And. Johnestoun scriba in Air:—Apud burgum de Air, 9 Mar. 1602]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Gul., dict. terras ei de novo dedit, cum 15 *lie sowmes gers* in dicta mora de Barrassie:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 189.

1355. Apud Edinburgh, 27 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit D. DAVIDI MURRAY de Gosperdie militi, computorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Ballinbla et utramque earum dimedietatem (*et cetera in carta* 1349 *contenta*);—quas idem Dav. personaliter resignavit:—INSUPER,—quia dictus Dav. jus commonie infra integras bondas de *lie* Lowmonthis de Falkland resignaverat ad remanentiam,—in excambium dicti juris, ad feudifirmam

dimisit dicto Davidi proprietatem partis dictorum *lie* Lawmonthis nuncupate *the Blakhill*, et morarum *lie muris* de Falkland (*intra bondas in carta* 1349 *specificatas*);—et, post actum parliamenti mense Nov. 1600 tenti, ad feudifirmam dimisit eidem Dav. omnes carbones tam majores quam minores et carbonaria infra integras bondas *lie* Lawmonthis de Falkland et infra alias terras regie proprietatis ad hujusmodi adjacentes, cum potestate fundum frangendi &c.:—INSUPER omnia antedicta incorporavit in liberam baroniam de Ballinbla;—et rectoriam et vicariam ecclesie et parochie de Kilgour, per commendatarium et conventum prioratus S. Andree resignat., a dicto prioratu dissolvit, et advocationem ejusdem dicto Dav. concessit et ad dict. baroniam univit:—REDDEND. pro Blakhillis et moris de Falkland 10 merc., ac duplum feudifirme in introitu heredum; pro carbonibus (*swa lang as the saidis coilheuchis ar gangand*) decimum onus carbonum infra palatium de Falkland deponendum (vel, durante regis absentia a dicto palatio, in optione dicti Dav. 40 den. pro quolibet onere), et 13 sol. 4 den. feudifirme, necnon duplum dicte summe in introitu heredum (proviso quod si nulli carbones lucrabiles essent, nullo modo astricti essent in solutione dicte devorie); pro dicta advocatione unum den. albe firme; pro ceteris *ut in carta* 1349 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliii. 207.

1356. Apud Edinburgh, 28 Sept.
REX,—cum avisamento &c. (92.),—confirmavit cartam factam per Florentinum Levingtoun filium et heredem quondam Jacobi L., et Margaretam Mowbray ejus matrem, relictam dicti Jac. et liberetenementariam infrascriptorum, — [qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 2 Mar. 1602,—vendiderunt NINIANO M'MORANE ballivo ac burgensi de Edinburgh, et ELIZABETHE PURDIE ejus sponse, irredimabiliter,—quarteriam suam terrarum de Cammo (ab antiquo ad quond. Agnetem Baillie spectantem), cum pasturagiis, in regalitate de Dunkeld, vic. Edinburgh :—TENEND. dictis Nin. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Nin. quibuscunque, de dicto Flor.:—REDDEND. unum den. albe firme; necnon superioribus dicti Flor. 12 libras feudifirme :—cum precepto sasine :—TEST. Joanne Maissoun, Joanne Cwnynghame, Alex. Hwme, mercatoribus burgen. de Edinburgh, Jo. Rechesoun filio legitimo Jacobi R. burgensis de Edinburgh, Adamo Lawte scriba, M. Jac. L. ejus filio, Daniele Melvill (scriptore carte) et Wil. Reid servitoribus dicti Adami :—Apud Edinburgum, 20 Mar. 1602] :—PRETEREA dict. terras, olim ad abbatiam de Dunkeld pertinentes, dicto Nin., mercatori burgen. de Edinburgh, et dicte Eliz. ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi 12 libras; necnon duplum feudifirme in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 254.

1357. Apud Edinburgh, 28 Sept.
REX, pro bono servitio, confirmavit NINIANO ADAIR de Kinhilt—5 mercat. terrarum de Drummore, cum fortalicio, manerie loco, molendinis, tenentibus &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kirkmadin in *lie* Rynnis, vic. Wigtoun;—quas terras idem Nin. resignavit; et quam ecclesiam cum ejus decimis &c., prius ad abbatiam de Saulisseat pertinen., idem Nin. resignavit ut rex in ea rectoriam erigeret; et quam ecclesiam rex a dicta abbatia dissolvit et ad dict. terras univit :—TENEND. dicto Niniano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc., arma et cognomen de Adair gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 329.

1358. Apud Edinburgh, 28 Sept.
REX, pro bono servitio,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit JOANNI MACKDOWELL de Garthland, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—6 librat. terrarum de Clachannis et Auchtafie in parochia de Kirkcum, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kirkcum, vic. Wigtoun;—quas terras, olim de episcopo Candidecase tentas, idem Jo.

resignavit; et quam ecclesiam cum ejus decimis &c., antea ad abbatiam de Newabay pertinen., idem Jo. resignavit ut rex in ea rectoriam erigeret; et quam ecclesiam rex a dicta abbatia dissolvit et ad dict. terras univit:—REDDEND. 20 libras feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 330.

1359. Apud Edinburgh, 29 Sept.
REX concessit et de novo dedit M. GEORGIO ERSKYNE de Boquhane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —quarteriam ville et terrarum de Eister Cragie (per Rob. Mowbray filium quondam Jacobi M. in Crawmond occupat.), alteram quarteriam earundem (per Alex. Mowbray occupat.), et tertiam quarteriam earundem, cum 3 acris prope *lie* Cokkilburne (olim per quond. Jacobum Dawling occupat.), in baronia de Dummany, vic. Linlythgow;—quas Mariota Crichtoun, filia legitima et heres per provisionem quond. M. Roberti C. de Eliok advocati regii (inter eum et quond. Issobellam Borthuik ejus conjugem procreata), cum consensu M. Georgii Grahame decani de Dunkeld sponsi sui pro ejus interesse, apud castrum de Striviling resignavit pro hac carta concedenda:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 210.

1360. Apud Edinburgum, 29 Sept.
REX concessit et,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit ALEXANDRO AGNEW de Creoch et JONETE MAKNAUCHT ejus sponse in libero tenemento, necnon WILLELMO AGNEW eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—3½ mercatas terrarum de Creoch antiqui extentus, in parochia de Inche, vic. Wigtoun;—quas iidem Alex. et Jon. resignaverunt:—INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta eis et eorum predecessoribus desuper facta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 238.

1361. Apud Edinburgum, 29 Sept.
REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus sine defectione prestito, de novo dedit JOANNI RIDDELL, filio maximo natu et heredi apparenti Andree R. de eodem, et AGNETI MURRAY ejus conjugi, filie legitime D. Joannis M. de Ettlestoun militis, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. R., cognomen et insignia de Riddell gerentibus, et assignatis quibuscunque,—intuitu matrimonii inter dictos Jo. et Ag. solemnizati, secundum tenorem contractus matrimonialis de data 13 Maii 1600, et respectu conventionis de data 9 Jul. 1602,—4 libratas terrarum de Lintobank, terras dominicales de Buismylne cum molendino et terris molendinariis, terras de Eister Clerklandis, peciam terre apud Gretlawis (per Rob. Riddell in Clerkland occupat.), partem terrarum de Wester Lillislie *lie* Mureknow nuncupatam (per Adamum Hog occupatam),—que terre de Wester Lillisleif et Lintobank, tunc Riddell nuncupate, fuerunt partes 6 libratarum terrarum de Wester Lillisleif,—12½ terras husbandias et 2 terras cottagias in villa et territorio de Eister Lillisleiff (excepto molendino Wodismylne nuncupato, et ejus terris), vic. Roxburgh;—necnon dicto Jo. R., heredibus ejus masc., insignia et arma de Riddell gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras de Over et Nethir Quhittone, cum molendino, tenentibus &c., residuum dictarum 6 librat. de Wester Lillisleife, cum turre, manerie et molendino, vic. Roxburgh; tertiam partem terrarum de Purveshill, cum tenente, tenandrio et liberetenen. servitiis, vic. Pebillis; molendinum ville et terrarum de Eister Lillisleife cum astrictis multuris et sequelis, et cum servitiis totius baronie de Lillisleife consuetis, in dicta baronia, vic. Roxburgh; dimidietatem terrarum de Cringillis extenden. ad 50 solidat. antiqui extentus (jacen. in tribus portionibus specialiter bondatis), in dominio de Melros, vic. Roxburgh;—quas omnes (dict. partes de Eister Lillisleife de archiepisc. Glasguen., Cringillis de monasterio de Melros, olim tentas) dictus And. cum consensu dictorum Jo. R., Ag. et Jo. M. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Riddell, ordinando turrim de R. fore principale messuagium:—RESERVANDO dicto And. vitalem redditum;—et reservando ab hac carta peciam terrarum *lie* Chapeldoris nuncupat.,

extenden. ad 12 acras aut eocirca, ad dictum And. pertinen. virtute impignorationis ei per Wil. R. ejus patruum facte; ac jus proprietatis prioris dispositionis orientalis lateris terrarum de Over Quhittone *lie* Chesteris nuncupat., per dictum And. facte Jacobo R. ejus filio legitimo secundogenito, de dominis de Riddell tenend. :—PROVISO quod, si necessitas urgeret pro relevamine honorabilium et seriorum negotiorum, liceret dicto And. in ejus vita alienare quamcunque partem dict. terrarum (exceptis terris dictis Jo. R. et Ag. in conjuncta infeodatione concessis) aut annuum redditum 200 merc. non excedentem de eisdem, sub reversione 2000 merc.:—REDDEND. pro dictis partibus de Eister Lillisleife 16 lib. 18 sol. 8 den.; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Barnhill; et comparendo ad ceteras curias regalitatis Glasguen., cum servitiis quando requisiti essent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro Cringillis 51 sol. 8 den.; necnon duplicando &c. *ut sup.*;—et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 19 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta: —PROVISO quod si dictus Jo. R. aut ejus heredes masc. absque heredibus masc. de corpore suo procreatis decederent, heredes masc. ad dictas terras succedentes persolverent heredibus fem. dicti Jo. de corpore procreatis 12000 merc. exacta earum etate 14 annorum, et interea securitatem eis facerent pro dicta solutione et eas honeste in omnibus necessariis earum statui congruentibus nutrirent et educarent; defectu cujus solutionis, sufficiens esset exceptio ad impediend. servitium dicti heredis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 259.

1362. Apud Halierudhous, 6 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit COLINO CAMPBELL filio legitimo natu maximo Joannis C. de Yriska, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Campbell gerentibus,—2 mercatas terrarum antiqui extentus de Yriska et Dyrienanech, in dominio de Lorne, vic. Argyle;—quas, olim de monasterio de Ardchattane tentas, dictus Jo. in favorem dicti Col. resignavit; et quas rex dicto Col., pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum earum molendinis, silvis et piscariis :—REDDEND. 4 lib. pro pretio 14 bollarum nigre farine avenatice et 2 bollarum hordei, et 20 den. pro gressumis et augmentatione, nomine feudifirme; cum servitiis consuetis; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Ardchattane; necnon duplum feudifirme in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 201.

1363. Apud Halierudhous, 11 Nov.

REX,—cum consensu &c. (94. 103. 93.), —confirmavit [1] instrumentum sasine sub signo et subscriptione M. Hieronymi Tullocht clerici Moraviensis diocesis, notarii publici, de data 23 Oct. 1576, an. reg. 10, —[*the quhilk day Jas. Murray of Garth, forsameikill as it was aggreit betuix him and THOMAS MURRAY merchand, for fulfilling and compleitting of matrimony be the said Tho. with CLARA MURRAY dochter to the said Jas., band and obleist him be vertew of ane contract of mariage, toggidder with uther promeis als weil be word as wryt, to infeft the said Tho. and Clara and the langest levar of thame twa in conjunc infeftment, and efter thair deceis to the airis maill lawchfullie to be gottin betuix thame, quhilkis failyeand, to thair airis famell, provydand that thai be mareit on pairteis aggreabill for thair estait haveand the surname of Murray, quhilkis all failyeand, to returne to the said Jas. Murrayis airis quhatsumever and thair assignayis,*—(inter alia) *in the said Jas. outhale landis of Gartht, lyand within the parochin of Stronnes, Menland of Orknay, schirefdome and regalitie of the samyn,—and with his awin hand gave seasing of the foirsaidis landis of G. to the said Tho. and Clara* :—RESERVAND *to the said Jas. M. and to his spous Katherine Reid the lyfrent* :—TEST. Alex. Broune alias Lie, Jo. Broune, Rob. Brone, Nicholao Brok] :—[2] instrumentum sasine sub signo et subscriptione Cuthberti Hendersoune clerici S. Andree dioces., notarii publici, de data 25 Feb. 1577, an. reg. 11,—[*the quhilk day Jas. Murray* &c. (ut supra) *with his awin hand gave seasing of his heretabill few landis of Weydwik, within the Mayneland of Orknay, shriefdome and regalitie*

of the samyn, viz. *ane penny land in Innercosta, 3 pennyland callit Dyk, 4 pennyland callit Orquele, ane croft callit the Litillquoy in Quoyis, 3 pennyland called Cott in Weydwyk, 3 pennyland called Helliecloif thair, 3 pennyland callit Crega thair, 3 pennyland callit Nether Arwyk, with the mylne of Weydwyk and suckin of the same, —to the said Tho. M., and Wil. Tailyeour procuratour for the said Clara*:—*RESERVAND the franctenement to the said Jas.*:—TEST. Magno Crega, Nic. Oliversoun, Jo. Craigie, Jo. Flawis, Thoma Andrassoun, Jo. Chrystesoune, Jo. Nethertoune, Davide Setir, Olao Croce]:—[3] aliud instrumentum sasine sub signo &c. dicti Cuthberti, de data 23 Apr. 1578, an. reg. 12 (*sic*),—[*the quhilk day Jas. Murray* &c. (ut sup.) *gave seasing to the said Tho. and Clara of his tenement of land abak and affoir with the yairdis, lyand in the Laverok within the toun of Kirwall, haveand the tenement pertening to the chantorie of Orknay to the north, the tenement pertening to Thomas Cuming to the south, the commoun calsay to the eist, and the sea callit the Oysea to the west*:—*RESERVAND to the said Jas. and Kath. thair lyfrent*:—TEST. Mich. Gudaill serjando, Olivero Gorthie, And. Brok, Jac. Magnussoun, Joanne Gordoun mercatore]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta de novo in feudifirmam dimisit dicte Clare in vitali redditu, et WALTERO MURRAY filio legitimo seniori inter eam et dictum quondam Tho. procreato, heredibusque masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus fem. ejus de corpore legit. procreandis (ea lege quod maritis suo statui paribus et cognomento de Murray nupsissent), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. vel femineis dicti Thome eorumque assignatis quibuscunque:—REDDEND. (post decessum dicti Jac.) pro Innercosta &c. 20 lib. 5 sol., et 14 sol. augmentationis; pro Garth et tenemento in Kirkwall devorias consuetas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 13.

1364. Apud Halyrudehous, 12 Nov. REX,—cum avisamento &c. (93.),—in feudifirma locavit et quitteclamavit WILLELMO TWEDY de Wray, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Glenquhome, cum pasturagio 30 summarum bestiarum in communia de G., in parochia de G., vic. de Peblis;—que olim ad rectorem templi parochialis de Glenquhome pertinuerunt, et quarum dictus Wil. ejusque predecessores fuerant nativi tenentes et feudifirmarii supra hominum memoriam:—SOLVEND. 46 solidos 8 den. feudifirme antique, et 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 211.

1365. Apud Halyrudehous, 12 Nov. REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam locavit ROBERTO ROLLOK apparenti de Muretoun, heredibus ejus et assignatis,—occidentalem partem more *lie* Firthmure de Abirbrothok (intra bondas specificatas), in regalitate de Abirbrothok, vic. de Forfar;—que regi devenit defectu confirmationis cartarum feudifirmarum Wil. Wode de Balblane, Joannis Broun et quondam Duncani Archer portionariorum de Mylnetoun de Conane, et pro non solutione feudifirme per tres terminos in unum currentes:—REDDEND. 10 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 344.

1366. Apud Halierudhous, 12 Nov. REX,—cum avisamento &c. (93. 113. 103.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI HUNTER in Craigincwne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 solidatas terrarum de Killelago (per Joannem Smyth in Killelago ab antiquo occupatas), mercatam de Nether Laggane (per Adamum M'Birny in Nathir Laggane ab antiquo occupat.), antiqui extentus, in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt:—REDDEND. pro Killelago 10 sol., et 12 den. veteris augmentationis, et pro Nether Laggane 21 sol. 4 den., et 8 den. antique augmentationis, cum 12 den. nove augmentationis, in toto 34 sol.; ac triplum feudifirme in introitu heredum; et si in

solutione deficerent per tres terminos concurrentes, hoc infeofamentum annullaretur: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 9.

1367. Apud Halyrudehous, 15 Nov. REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis multis annis preteritis prestito, de novo dedit D. THOME STEWART de Grantully equiti aurato, et Domine GRISILLIDI MERSER ejus sponse,—terras de Grantully cum fortalicio et manerie, terras de Kiltully, Tulloquhrosk, Pittoquharne et Aberfauldie, cum molendinis, silvis, piscariis, lacubus, *lie scheillingis*, montibus, pasturagiis, in unam baroniam de Grantully ex antiquo incorporatas, vic. Perth;—quas idem Tho. in favorem suum et dicte Gris. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Grantully:—PROVISO quod non liceret post decessum dicti Tho. dictas terras in toto vel in parte alienare (sed liceret capere summam 6000 merc. super aliqua earundem parte), nec mutare conditiones presentis carte; cum clausulis irritante et resolutiva:—TENEND. dictis Thome et Gris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, quibuscunque aliis heredibus masc. dicti Tho. de corpore legit. procreandis, quibus def., quotidiano servitori regis Willelmo S. de Banchrie fratri dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Tho. quibuscunque cognomen et arma de Stewart gerentibus:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 100 mercas annuatim, relevium ad 100 merc., et maritagium cum contingeret ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 191.

1368. Apud Halierudhous, 23 Nov. REX confirmavit cartam Joannis domini Abirnethie de Saltoun,—[qua, post etatem suam 21 annorum completam,—pro summa pecunie in quodam contractu contenta, ac pro servitiis sibi prestitis,—cum consensu Domine Margarete Stewart domine de Saltoun matris sue, ad feudifirmam dimisit servitoribus suis PATRICIO LEVINGSTOUN, et JONETE ABIRNETHIE ejus sponse, absque reversione,—terras et villas de Dalders, in baronia de Wester Kers, vic. Striviling:—TENEND. dictis Pat. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque, de dicto Joanne:—REDDEND. 40 lib. firme antique, et 40 lib. pro gressumis *lie entres-silver* et augmentatione rentalis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon serviendo dicto Jo., dicti Jo. sumptibus, quoties requisiti essent; et si duo termini in tertium venirent insoluti, amitterent hereditatem:—cum clausula warrantizationis, excepto annuo redditu 50 lib. per quondam Alex. dom. Saltoun avum dicti Joannis concesso Willelmo Wallace mercatori burgensi de Edinburgh sub reversione 500 lib.:—cum precepto sasine directo Jo. Levingstoun in Dalders:—TEST. Alexandro Abirnethy de Lessindrum, M. Wil. Levingstoun servitore dicti domini, Antonio Quhyte scriba Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 29 Aug. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 192.

1369. Apud Halierudhous, 24 Nov. REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam locavit et quitteclamavit JACOBO IRWING de Cleuchheidis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Dornok, extendentes ad 12½ acras et ¼ rude (jacen. in diversis locis specificatis partim in *rindaill*), in parochia de Dornok, vic. Drumfreis;—que olim ad rectores ecclesie parochialis de Dornok pertinuerunt:—REDDEND. 10 sol., et 44 den. augmentationis; ac duplum feudifirme in introitu heredum et successorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 206.

1370. Apud Halierudhous, 24 Nov. REX confirmavit cartam concessam per Dionisium Dikisone feodatarium de Melvingisland, et per Adamum D. de M. ejus patrem,— [qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt ALEXANDRO LAUDER in Hethpule et KATHERINE DICKISONE ejus sponse in conjuncta infeodatione et vitali

redditu, ac JOANNI LAUDER eorum filio primogenito et heredi apparenti in feodo, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Alex. heredibusque ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—30 sol. terrarum de Melvingisland, cum parcis et pratis (exceptis 2 acris et 2 *lie darkis* prati, cum 2 metis terre *lie* Darling nuncupatis, per Carolum Hoppringill incolam burgi de Peblis occupat.), in baronia de Hundillishope per annexationem, vic. de Peblis :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jac. Dammahoy burgen. de Peblis : —TEST. Joanne Dikisone ballivo burgi de Peblis, M. Gavino Makcall ministro Verbi Dei ibidem, Jac. Tuedie, Jac. Dammahoy, comburgensibus ibid., Arch. Frank notario ibid., Joanne Tuedie notario ibid. ac scriba vicecomitatus de Peblis (scriptore carte), Thoma Vaitch nuncio regali ibid.:—Apud Peblis, 28 Apr. 1601] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 264.

1371. Apud Halyrudhous, 29 Nov.
REX confirmavit cartam factam per Alex. dom. Fyvie presidem collegii justitie prepositum, Ninianum Makmorrane, Alex. Peirsoun, Cornelium Inglis et Archibaldum Adiesoun ballivos, burgi de Edinburgh, et per consules et communitatem dicti burgi,—[qua concesserunt et de novo ad feudifirmam dimiserunt ADAMO COUPER uni clericorum collegii justitie, heredibus ejus et assignat.,—4 acras terrarum ecclesiasticarum de Gogar, viz. 2 ac. in Kirklandcroft de Gogar et 2 ac. in *lie schot lie* Noltlairis nuncupat., cum *lie* Burne-cruik ad borealem finem dicte crofte, et cum pastura consueta 3 vaccarum cum sequelis, (vic. Edinburgh) ;—quas, olim tentas de rectore et vicario ecclesie de Gogar que ad unum prebendarium collegii S. Trinitatis prope Edinburgh pertinuit, Jo. Haistie filius et heres quondam Jo. H. in Nether Gogar resignavit in favorem dicti Adami :—REDDEND. dictis preposito &c. 3 lib. 16 sol. 8 den.:—cum precepto sasine dicto Cornelio Inglis:—TEST. M. Jo. Hay clerico deputato burgi de Edinburgh, Jac. Henrysoun collectore, Wil. Stark servo dicti Adami, Jo. Bannatyne servo M. Alexandri Guthrie scribe curie dicti burgi :—cum subscriptionibus dict. prepositi et ballivorum et M. Alex. G., et sigillis communibus dicti burgi et collegii Trinitatis :—carta scripta per Jo. Castellaw servitorem dicti Adami : —Apud Edinburgum, 21 Jul. 1602] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 193.

1372. Apud Halierudhous, 1 Dec.
REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit ROBERTO ELLET de Reidheuch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Windingtoun et Windingtounhall, cum mansionibus, manerie locis, molendinis, vic. . . .;—quas Tho. Erskene de Gogar miles et idem Rob. resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio,—cum avisamento &c. (93. 113. 103.),—dicto Rob. de novo ad feudifirmam dimisit, cum molendino de Windingtounhall, ejus terris &c., terris de Parkheid, Horslie, Turne, Accorneknow, Windingtounrig, Ovir et Nether Swinsteidis, (Ovir et Nethir) Dodburnes, Birkwod et Bransydbray, que fuerunt partes et pendicule dict. terrarum, et cum silvis, piscationibus, moris, marresiis et pratis :—REDDEND. *ut in carta* 721 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 204.

1373. Apud Halierudhous, 1 Dec.
REX concessit JOANNI COLQUHOUN seniori filio legitimo et heredi apparenti Alexandri C. de Lus, et ejus propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognominis de Colquhoun, arma et insignia domus de Lus gerentibus, et eorum assignatis,—terras et baroniam de Lus cum castro de Rosdew, insulas in Lochlomond Inchelonoch, Inchconnoquhane et Inchefreichillane nuncupat., insulam de Rosdew, cum molendinis, silvis, liberis forestis, piscationibus in Lochlomond, tenentibus &c., et advocatione rectorie ecclesie parochialis de Lus ceterarumque ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras et baroniam de Colquhoun, cum manerie loco de Dunglas, molendinis, piscationibus et *lie yairis* in aqua de Clyid, lacubus, tenentibus &c., terras de Gartscube, cum manerie loco, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Dumbartane; terras de Sauchy, cum molendinis, piscationibus,

lie crwis et *eilarkis*, lacubus, tenentibus &c., terras de Colquhounis-glen, cum tenentibus &c., vic. Striviling; molendinum et terras molendinarias de Sawling, vic. Fyiff; antea in unam baroniam de Lus incorporatas; cum officio coronatoris vic. de Dumbartane, tam infra ecclesias et parochias que tunc fuerunt infra jurisdictionem vicecomitis de Striviling quam infra ceteras antiquas bondas de Dumbartane, cum feodis &c.;—quas dictus Alex. in favorem dicti Jo. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, necnon pro compositione persoluta, dicto Jo. de novo dedit, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesiarum parochialium de Lus et Cardros; et de novo incorporavit in liberam baroniam de Lus, ordinando castrum de Rosdew principale fore messuagium:—REDDEND. pro terris &c. unam sectam ad 3 curias capitales vic. de Dumbartane, cum servitio warde &c. (taxando wardam et nonintroitum ad 300 mercas annuatim, et maritagium ad 1000 merc.); pro dicto officio unum den. albe firme, et exercendo idem temporibus curiarum et itinerum justiciarie aliisque temporibus requisitis:—SALVO vitali redditu dicto Alex.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 267.

1374. Apud Halyrudhous, 2 Dec.

REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Georgii Seytoun feoditarii de Parbroth,—[qua,—pro perimpletione contractus inter PATRICIUM GRAY de Invergowrie ab una, et dictum Geo. ac Jac. magistrum de Rothes et Geo. Seytoun de Carrestoun fidejussores suos ab altera partibus, de data apud Leslie, Carrestoun et Dundie, 10 et 12 Oct. 1601, et pro ingentibus summis pecuniarum sibi et Davidi S. de Parbroth patri suo persolutis,—vendidit dicto Pat., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—terras et villas de Hayistoun et Scrogerfeild, jacen. in baronia de Parbroth per annexationem, vic. Forfar:—REDDEND. regi servitium warde &c. (viz. 20 lib. annuatim pro warda et nonintroitu, 20 lib. pro relevio, 100 lib. pro maritagio), cum 3 sectis ad 3 placita capitalia vic. de Forfar:—cum precepto sasine directo Davidi Abircromby de Gourdeis:—TEST. capitano Andrea Gray fratre germano dicti Pat., Wil. Seatoun fratre germano dicti Geo., M. Joanne Crystiesoun ministro Verbi Dei apud Lyff, Ephraimo Quhytlaw fratre germano M. Patricii Q. de Newgrange, Jo. Pattoun notario in Dundie (scriptore carte), M. Alex. Wedderburne scribe curie Deidonane, Jac. Bonar vicecomite deputato de Forfar:—Apud Dundie, 13 Oct. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 190.

1375. Apud Halierudhous, 2 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit DAVIDI CREICHTOUN de Lugtoun — terras dominii et baronie de Sanquhair antiqui extentus, cum fortaliciis, molendinis, tenentibus &c., et advocatione ecclesie parochialis de S. et capellaniarum ejusdem, 8 mercat. terrarum de Glenmuklokis, 2 mercatas de Ferding, 3 mercatas de Guffokland, 6 mercat. de Knokingeig, 3 mercat. de superiori parte de Corsnevok, ant. ext., terras et baroniam de Crawfurdetoune ant. ext., terras de Kirkpatrik de *lie* Gait in parochia de Dalgarno, terras de Houthwallis, Stannereis, Knokis, Twathwallis, mercatam in Muffatt, 5 mercat. in Wamfray, ant. ext., cum tenentibus &c., tenementum terre in burgo de Drumfreis ex occidentali parte ejusdem (inter tenementa olim per quondam Jo. Maxwell et quond. Geo. Maxwell occupata, et communem viam sub hortis *lie* Irischgait a porta Fratrum descendentem ad *lie* Mylneburne), cum horto ejusdem in dicto burgo (inter hortum olim prepositi dicti burgi, *lie* Irischgait et aquam de Neth), infra vic. de Drumfreis et senesc. de Annandaill; una cum officiis vicecomitis de Drumfreis et coronatoris ejusdem; 20 librat. terrarum de Kirkpatrik-Irnegray alias Cluden, cum advocatione ecclesiarum parochialium et capellaniarum earundem, in senesc. Kirkcudbrycht; terras de Langnuddrie, in baronia de Tranent, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Strathbrok, vic. de Linlythgow; dimedietatem terrarum de Ballaggarno et Abirnyit, cum tenentibus &c., dimed. terrarum de Drymmie, terras et baroniam de Kynnoull et acras ejusdem, et piscationem super aquam de Tay, cum tenentibus &c. et advocatione ecclesiarum ejusdem, tres

villas de Banchellis, dimed. terrarum de Rossyochell et molendina earundem, vic. Perth; terras et baroniam de Panbryde, cum tenentibus &c., villas et terras de Foirmaill et Fornochtie, vic. Forfare;—quas Rob. dom. Creichtoun de Sanquhair in favorem dicti Dav. resignavit; et quas rex incorporavit in liberum dominium de Sanquhair, ut unica sasina apud fortalicium de S. capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Roberti quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 272.

1376. Apud Halyrudhous, 7 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit M. JOANNI ARTHOUR advocato, uni commissariorum de Edinburgh, et HELENE HOME ejus conjugi,—terras de Wester Kincapill alias Newtoun-Arthour, cum principali messuagio, et earum piscaria super aqua de Aiden, in regalitate S. Andree, vic. Fyif;—quarum feodum M. Geo. Halieburtoun filius legitimus quondam Georgii H. de Balkerie, liberum tenementum Margareta Dumbrek ejus mater (cum consensu Patricii Scheves de Kembak tunc sui sponsi pro ejus interesse), in favorem dictorum Jo. et Helene resignaverunt:—TENEND. dictis Jo. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque, de rege, loco archiepiscopi S. Andree:—REDDEND. 2 mercas albe firme; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia regalitatis S. Andree sigillatim in pretorio civitatis ejusdem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 199.

1377. Apud Halierudhous, 9 Dec.

REX,—pro bono servitio, necnon pro custodia maneriei et loci de Ardchattane aliorumque sequentium, — cum consensu &c. (93.), — concessit et de novo dedit ALEXANDRO CAMPBELL commendatario de Ecolmekill et priori de Ardchattane, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,— maneriem seu locum de Ardchattane, monasterium seu prioratum de A. ab antiquo nuncupat., cum domibus et aliis tam infra interius precinctum vel sepem lapidalem quam infra exterius precinctum vulgo *thorne-dyikis* et *hedgis*, cum privilegiis et servitiis debit. et consuet. et ad dictam maneriem pro reparatione ejusdem astrictis (veluti vectura lapidum, calcis, tegularum, tignorum, glebarum, cum servitio segetes a solo separandi et in horrea ducendi, cum edificatione officiorum domuum dicti loci &c.);— que ex acto annexationis reservata fuerunt;—necnon ecclesias seu parochias de Ballebaddin in Bendraloche, Killininwar in Nether Lorne, parochias de Kilbrandin in Seill et de Kilmanavag in Lochabir, ecclesias de Kirkcapoll in Teiri et de Kilmarow in Kintyre, cum decimis garbalibus aliisque decimis magnis et minutis, fructibus et aliis ad dictas ecclesias, rectorias et vicarias earundem spectantibus, cum advocationibus earundem, cum decimis piscationibus salmonum et halecum in aquis de Lochteive et de Aw a parte vocata *the Connell to the heid of Lochtive*;— quas idem Alex. tanquam prior dicti prioratus resignavit:—INSUPER rex in feudifirmam locavit dictis Alex. &c.—piscationes salmonum vocatas *lie Steill-nett of the Priore-schottis on the water mouth of Aw* ex boreali parte, cum piscatione vocata *Staill-nett* de Keanlochtive vocat. Portverrane, vic. Argyle;—que olim ad dict. prioratum pertinuerunt:—INSUPER rex ordinavit quod dicte piscationes, decime &c. libere essent a solutione tertiarum, monachorum portionum, primi anni fructuum et quinquennarii; et dictas ecclesias a dicto prioratu dissolvit (absque prejudicio dicto Alex. durante ejus vita penes feudifirmas &c.); et erexit rectoriam in qualibet ecclesiarum antedict.; et omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Ardchattane:—REDDEND. pro dictis ecclesiis unum den. albe firme; pro dicta manerie 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; pro piscationibus 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; — et persolvendo collegio justiciarie annuam contributionem consuetam, pro qua dicti Alex. &c. privilegio in parliamentis, gene-

ralibus et secretis conciliis et sessionibus olim per priores habito gauderent :—INSUPER rex promisit hanc cartam in proximo parliamento ratificari :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 202.

1378. Apud Halyrudehous, 14 Dec. REX,— cum consensu &c. (93.),— concessit JOSIE STEWART de Wester Polquharne, heredibus ejus et assignatis,— 5 mercat. terrarum de Gas et Weltreis, in parochia de Auchinleck, balliatu de Kylestewart, vic. Air;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Willelmi Cunynghame de Tourlandis :— TENEND. de rege, loco ministri et conventus de Failfurde, in feudifirma :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 281.

1379. Apud Halyrudehous, 15 Dec. REX concessit JOANNI CORBET, filio et heredi apparenti Jacobi C. portionarii de Arkboill,— dimidietatem bine partis terrarum et molendini de Arkboill, cum alia tertia parte dicti molendini, cum multuris &c., in comitatu Rossie, vic. Invernes; —quas dictus Jac. resignavit ;—necnon tertiam partem nuncupat. *the Middil-thrid-pairt* dict. terrarum et molendini cum terris molendinariis &c. (per Jo. Vaus de Lochslin, ejus tenentes et servitores occupat.); —quam Alex. Dumbar de Tarbert resignavit in favorem dicti Jo. C. ;—et quas omnes rex, pro servitio dicti Jo. C., ac pro pecuniarum summis persolutis, dicto Jo. C. de novo dedit, cum maneriebus, et cum pendiculis, viz. Aldiquhilbar, cum maresio et moris nuncupat. Milboy eidem adjacen., cum cuniculariis *lie lynkis* de Arkboill, cum maresio et moro nuncupat. Lontennochat, maresio et moro adjacentibus ad orientalem partem terrarum de Arkboill ex australi latere earundem et ex orientali latere lacus nuncupati Lochantenny, cum maresio et moro adjacentibus ad occidentalem partem de Arkboill ex australi latere ejusdem, cum magno maresio et moro adjacen. ad occidentalem partem de Arkboill ex occidentali latere ejusdem, maresio et moro adjacen. ad *lie northwest-pairt* de Arkboill prope litus maris nuncupat. maresio de Knokangiroch, cum portubus de Polnagragak, Portnacloch, Portnavest alias portu S. Joannis, cum capella S. Joannis, et cum portu nuncupato Camray ; cum potestate exclusiva tenendi cimbas piscarias pro captione piscium tam salmonum quam halecum et *lie mussillis* et *cokillis* quam aliorum piscium infra dictos portus seu quamcunque aliam partem maris directe coram dict. terras de Arkboill, ac colligendi *lie fisch-bait* cum integro *lie wrak* et *wair* ; et dictas terras specialiter limitavit (viz. *begynnand at ane litill strype quhilk rynis in the say bewest the said port of Polnagragak, and thairfra eist lineallie be the sey syde to ane grit craigstane being inwith the fluid mark callit Craignaskarrell, and fra the said craig lineallie south to the mylne of Wester Tarbert standing on the eist syde of ane grit gray craig, and fra the said mylne lineallie south be the eist syde of ane mos and boig callit the Mylboy to the kingis commoun hie gait lyand contigue and besouth the said mos, quhilk passis west lineallie fra the arrabill landis of Wester Tarbert at the eist to ane stane callit of auld the Bischopis-stane at the west, and fra the said stane south lineallie to the eist end of ane litill mos callit Lontennychat, and fra the eist end of the said mos west lineallie on the south syde of the sam to the kingis commoun hie gait quhilk passis lineallie fra the arrabill landis of Mekil Tarrall at the south to the landis of the eist pairt of Arkboill at the north, and fra the said gait west lineallie to ane grit gray craig-stane in the south schank of ane hill callit the peithill of the eist pairt of Arkboill, and fra the said stane lineallie south-west be the south syde of the mos lyand on the south syde of the eist pairt of Arkboill to ane merche stane fixit in the loch callit Lochantenny quhilk devydis the landis of Mekil Tarrell at the south fra Arkboill at the north, and thairfra lineallie west to the kingis commoun hie gait that passis fra the landis of Mid Gany at the south to Arkboill at the north, and fra the said gait west lineallie to the ground of ane fald dyke lyand contigue eist and west on the north syde of the new arrabill landis of Mid Gany, and fra the said auld fald dyke lineallie west to the commoun hie gait*

quhilk passis lineallie west besouth and contigue the mekill mos and boig of Arkboill quhilk lyis on the south syde of the west pairt of Arkboill, and west as the said gait passis lineallie on the south syde of the said mos and boig to the arrabill landis of Pitcarie, and thairfra north lineallie be the west end of ane litill mos callit the Smwrichdow, and thairfra be the west end of ane grit mos callit the grit mos of Arkboill quhilk lyis upone the west pairt of Arkboill to the westmaist ground of ane auld dyke passing north to the kingis commoun hie gait quhilk passis fra the arrabill landis of Arkboill wnder the hill callit Ardvalie at the eist to the arrabill landis of Lochslin at the west, and fra the said hie gait lineallie north be the west end of ane mos and boig callit the mos and boig of Knokangiroch to the said strype); et easdem incorporavit in liberam tenandriam, ut unica sasina apud montem nuncupat. Ardinstinhill capienda pro omnibus staret: —RESERVATO dicto Jac. libero tenemento partis per eum resignate :—TENEND. dicto Jo. C. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. unam sectam ad placitum capitale vic. de Invernes proxime post festum S. Michaelis, cum per 40 dies preceden. requisiti essent; necnon wardam &c.;—taxando wardam et nonintroitum ad 5 merc. annuatim, et maritagium ad 100 merc. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 276.

1380. Apud Halierudhous, 18 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, de novo ad feudifirmam dimisit M. THOME WRQUHART ministro apud Ardroseir, et AGNETE ROBERTSONE ejus sponse,—tenementum terre cum clausura, horto, fonte et domibus, vocat. mansum thesaurarii, in Canonia Rossen. (bondat. *ut in carta* 545);—quod Arch. Hammiltoun burgen. de Lynlythgow frater germanus Jacobi H. apud portam occidentalem burgi de Linlythgow, ac Jo. Leslie filius Roberti L. in Canonia Rossen., in favorem dict. Tho. et Agnete resignaverunt :—TENEND. dictis Tho. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Thome heredibus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 194.

1381. Apud Striviling, 22 Dec.

REX,—pro servitio sibi per JOANNEM MURRAY de Touchadame continuo ab infantia sua prestito, ac pro servitio regi Jac. III. prestito per quondam Jo. M. de T. abavum dicti Jo. (famulum et domesticum dicti regis), et quia occasione illius turbulenti temporis dictus quond. Jo. a magna parte antique sue hereditatis exclusus fuerat quam neque ipse neque ejus successores adhuc recuperaverant, et magna pars evidentiarum terrarum subspecificat., in alba firma tentarum, abstracta et alia pars perdita fuerat, qua de causa heredes dicti quondam Jo. coacti erant magnam earum partem tanquam per servitium warde tentam retornare,—cum consensu &c. (112.), —concessit et de novo dedit dicto Jo. et JEANNE COKBURNE ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Jo., cognomen et arma de Murray gerentibus, et eorum assignatis,—terras et baroniam de Boquhadrok (viz. villam et terras de B., *lie* Wester Threttieaikeris vocatas Pardovane, Benneis-croft, Busbies-orcheard), cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., vic. Striviling; cum terris de Schiphauch que fuerunt partes baronie de Touchadame;—necnon dicto Joanni, et heredibus &c. supradictis,—terras et baroniam de Touchadame, viz. villam et terras de T., terras de Kipmadie, duas dimedietates de Polmais-Weylandis, cum piscaria unius cimbe super aquam de Forth ad easdem spectante, terras vocatas Newpark, terras de Schiphauch (absque prejudicio vitalis redditus dicte Jeanne), terras de Wickitschaw, terras de Touchmellare, cum fortaliciis &c. (*ut supra*), vic. Striviling; duas quintas partes terrarum de Polmais-

Cunynghame olim nuncupatarum Polmais-Marschell, $\frac{2}{5}$ de Polmais-Sinclair, $\frac{2}{5}$ quarterie de Levylandis, $\frac{2}{5}$ de Arthebeg, $\frac{2}{5}$ de $5\frac{1}{2}$ bovatis de Arthemellare cum brueriis, $\frac{2}{5}$ de 3 bovatis de Baffoullis, $\frac{2}{5}$ de 10 mercatis terre de Slammannane, cum advocatione ecclesie parochialis de S. cum contingeret, $\frac{2}{5}$ piscarie duarum cimbarum super aquam de Forth, $\frac{2}{5}$ tertie partis de Escheillis et Spittelfeild, $\frac{2}{5}$ de Bahaldy, $\frac{2}{5}$ sexte partis de Ardargy, $\frac{2}{5}$ bine partis de Over Auchinlosky, $\frac{2}{5}$ sexte partis de Pitconnoquhy, cum advocatione capellanie altaris SS. Petri et Pauli apostolorum in ecclesia parochiali de Striviling cum contingeret, dimidietatem de Bissetlandis (olim per quond. Alex. Craig occupatam), terras de Eister Threttie-aikeris vocat. Bisset-aikeris, terras vocatas Wawan-landis, terras de Huddisfeild, alteram dimid. de Bissetlandis (olim per Jac. Layng occupat.), quartam partem de Levielandis (olim per Wil. Gichen occupat.), terras de Tarbrekis, cum fortaliciis &c. (*ut sup.*), in baronia de Polmais-Cunynghame, vic. Striviling;—quas omnes idem Jo. resignavit:—INSUPER rex de novo incorporavit dict. baroniam de Boquhadrok, ut unica sasina apud maneriem de Corspatrik capienda pro omnibus staret; et cetera in baroniam de Touchadame, ordinando turrim et maneriem de Polmais principale fore messuagium:—REDDEND. pro baronia de Touchadame unum den. argenti nomine albe firme; pro baronia de Boquhadrok servitium warde &c. (taxando wardam et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, relevium ad 40 lib., maritagium ad 500 merc.):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 32.

1382. Apud Halyrudhous, 31 Dec.
REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit M. WILLELMO SCOTT de Elie, cancellarie directori, et heredibus masc. inter eum et Jeannam Skene tunc ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti M. Wil., arma et cog nomen de Scott gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Elie, cum burgo baronie et libero portu de E., cum earum castris, maneriebus, columbariis, molendinis, piscariis, tenentibus &c.,—necnon, in speciale warrantum earundem, *lie* Manis et alias terras de Ardros,—vic. Fyiff;—necnon dicte JEANNE SKENE, in vitali redditu,—terras de Carmurie, cum manerie et columbariis (intra bondas specificatas), que fuerunt partes dicte baronie, necnon molendinum de Elie;—quas omnes idem M. Wil. resignavit:—REDDEND. pro dicta baronia unum den., pro Ardros unum den., pro Carmurie &c. unum den., nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 300.

ANNO DOMINI 1603. ANNO REGNI 36.

1383. Apud Halierudhous, 1 Jan.
REX,—intelligens terras de Monkbihirst, partem terrarum debettabilium, jacen. in senesc. de Annandaill, vic. de Drumfreis, habere fundamentum fortalicii desuper fundat., et quod fuit specialis pars limitum regni que frequentius rebelles et innormes recepit et defendit, et precipue nominis Armestrang; quod fortalicium si a civili quodam inhabitaretur, magna pars gentis eocirca placabilis fieret; et quod dicte terre inculte jacuerant plurimis annis elapsis, et nemo notus titulum ad eas habere seu regem pro eis agnoscere in solutione annui census seu servitii,—pro servitio sibi multis annis elapsis prestito,—cum consensu &c. (112.),—concessit et quitteclamavit servitori suo WALTERO SCOTT de Tuschelaw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — dictas terras, cum fortalicio, manerie locis, molendinis, silvis, piscariis (intra bondas specificat.):—REDDEND. unam virgam agrifolii (*ane grene holene wand*) nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 203.

1384. Apud Halyrudehous, 1 Jan.
REX, — cum avisamento &c. (112. 92.), —concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO LYCHTOUN, filio legitimo natu maximo Roberti L. senioris burgen. de Montrois ac feodatarii de Wllis-

hevin,—terras et baroniam de Wllishevin, cum villa, fortalicio, manerie, molendino, portubus, piscariis et villa piscaria, terras de Campseyis, Kynnairdy et Brigend, vic. Forfar; terras de Dulydyis, Straith et molendinum earundem, vic. de Kincardin; omnes ab antiquo in unam baroniam incorporatas, cum castris, forestis, tenentibus &c.; necnon terras de Capo, cum piscatione in aqua de Northesk (ab antiquo de episcopis Brechinensibus tentas), in baronia de Kethik, vic. Forfar; ac terras de Heichame, cum cimbis piscariis et piscatione salmonum (in aqua de Southesk) vocata *lie* Holl (ab antiquo de archiepiscopis Sancti Andree tentas), in baronia de Reskoby, regalitate S. Andree, vic. Forfar;—quas dictus Rob. senior in favorem dicti Rob. junioris resignavit;—et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Wllishevin: —RESERVATIS libero tenemento terrarum de Wllishevin, Dulydyis et Straith cum pertinentiis, Joanni Lychtoun de Wllishevin; vitali redditu de Dulydyis cum molendino et piscariis, et rationabili tertia terrarum &c. de Wllishevin et Straith, Katherine Wode sponse dicti Jo.; libero tenemento de Capo et Heichame dicto Rob. seniori:—TENEND. dicto Rob. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus tallie et provisionis in infeofamento per regem dicto Rob. seniori de terris et baronia de Wllishevin facto specificatis:—REDDEND. pro antiqua baronia de Wllishevin jura et servitia debit. et consuet. (taxando wardam et nonintroitum ad 50 lib. annuatim, et maritagium ad 300 merc.); pro Capo 4 mercas, cum 6 caponibus et 6 pultreis, nomine feudifirme, cum astrictis multuris molendino de Mylndene consuetis, ac servitio tenentium et inhabitantium in guerris regiis more solito, cum aliis servitiis consuetis, necnon duplum dict. 4 merc. in introitu heredum; pro Heichame 8 libras, cum servitiis ad 3 placita capitalia baronie de Reskobie, nomine feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 209.

1385. Apud Halyrudehous, 3 Jan. REX,—cum consensu &c. (93. 94. 103.),—confirmavit cartam Alexandri Greinscheillis in Murehous,—[qua, cum consensu Jeanne Nisbit sponse sue,—pro perimpletione contractus de data apud Hammiltoun, 16 et 21 Maii 1599,—vendidit M. THOME MUREHEID ministro apud Cambusnethane, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas vicarie de Cambusnethane (cum pastura 12 summarum bestiarum super communi moro et communitate de C.), in baronia de C., vic. Lanerk:—RESERVANDO vicario de C. et ejus successoribus glebam, mansionem et hortum, cum acra dict. terrarum dictis hortis adjacente ex australi, inter terras Joannis Somervell de Cambusnethane, cum libero introitu ad dictum morum; ac dicto Tho. tanquam ministro antedict. glebam 4 acrarum cum mansione et hortis per eum occupatis:—REDDEND. regi 40 sol. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Hammiltoun de Torrence, Rob. Nisbet de Dalzell, Jo. Hammiltoun de Udstoun, Jacobo Dalzell in Knowhobill:—carta scripta per Rob. Lambie scribam:—Apud Hammiltoune, 24 Jan. 1601]:—INSUPER rex,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicto Tho. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. 40 sol., ac 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 1.

1386. Apud Halierudhous, 3 Jan. REX,—cum consensu &c. (93. 102. 103.), —ad feudifirmam dimisit et, pro servitio sibi ac progenitoribus suis prestito, quitteclamavit JACOBO BAILLIE filio legitimo Alexandri B. de Auldstoune, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas et glebam vicarie ecclesie et parochie de Dunsyre, in baronia de D., vic. Lanark;—que olim ad vicariam de D. pertinuerunt, et regi devenerunt ob non solutionem feudifirme firmarum per 2 annos: —REDDEND. 13 mercas 10 sol. 10 den. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 172.

1387. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit HUGONI COMITI DE EGLINTOUN domino Montgomerie &c., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Kiluynning, viz. maneriem de K. ab antiquo monasterium sive abbatiam de K. nuncupat., cum domibus &c. infra ejus precinctum, necnon terras et baroniam de Kiluynning, terras de Auchintiber Over, Middle et Nidder, Gleinnbaithe (vel Cleinnbaith), 7 acras, Guislone *lie thrid part*, Guislone *lie tua part*, Monkryddin, Hullirhill, Glelcraigis (vel Gelcraigis), Gaitmureland, Banoch, Ardoch Ovir et Nethir, Moniscoulheuch, Portertoun-Reid cum *lie* Treich-croft, et *lie* Brigend de Kilwynning, Corshill, Smythistoun Ovir alias Garvane, Smythistoun Middill, Smythistoun Nather alias Montgomery, Monkcastell Ovir et Nethir, Hobbiehill, Auchinsawie, Dagarvene, Birklandis, Auchinkist Ovir et Nethir, Aschinhirst, Quhythirst Ovir et Nether, Dollievray-Dotgeoun, Meirsyde, Dubbis, Todhollis, Dalgaw, Walkerstoun, quatuor acras, Cultura-Maribelle-Montgomerie, Cassillan nuncupat., Darnebog, Boig, Cultura-Richie, Langfurde, Blaklandis, Robertland, Fauldis, Manis Ovir et Nethir, Gartholme, Walkmylne, *lie* Outtirmure, Auchinmaid, Byirhill, molendinum de Kiluynning, *lie* Craigmylne et 7 acras molendini, Brumboit, Butmedow, terras et baroniam de Bait, terras de Threipwode cum *lie* Wttermure, Barcraigis, Broinemure cum molendino, *lie* Manis-Undir-the-kirk, Brigholme, Rochebank, Grangehill, Boigsyde, Boighall et Halcroft, Huddeisyaird, Crummok, Wodsyde Ovir, Turneland, Manismure et Marchelhill, Cultura-Neill, Moinishill (vel Manishill) cum Balliescasey, Kirkhous, Mercheland, Morishill cum *lie* Peddirland, Craufeild, Nather et Ovir Hill de Baith, capellam de Sanct-Bryde cum *lie aiker* de Southsyde, *lie* Willisyairdis, Braikinhillis, *lie* Kirkland de Dalry, *lie* Strandis, Braidley, Monkdaillis, Boigsyde prope Irwing cum culturis, terris et molendino de Garholme, terras de Prestik, Kirkland de Dreghorne, Southheuk et Lambrochtoun, *lie Croft* de Eglingtoun, Hempland-Stevinstoun, Skillirland (vel Skirrilland), Tempilland, *lie* Kirkland de Kilmarnoke, Grang, Monkland, *lie* Kirkland de Stewartoun, *lie* Kirkland de Kilbryde, *lie* Lyandcroce, Skirrumlandis, Auchincroft (vel Auchincrost), cum ceteris terris et annuis redditibus qui ad dictum monast. prius pertinuerunt, feudifirme firmis, silvis, parcis, forestis, pratis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., ubicunque infra regnum jacen.; cum libera regalitate, capella et cancellaria infra integras bondas suprascriptorum; una cum advocatione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum et parochiarum de Kiluynning, Kilmarnok, Irwing, Stewartoun, Baith, Ardrossen, Stevinstoun, Dreghorne, Peiristoun, Kilbryde, Dunlope, Kilburnye, Dalry, Dumbartane, Lowdoun et Kilmacharnill; omnes prius in unam liberam baroniam de Kiluynning erectas;—quas M. Willelmus Melving commendatarius de Tungland, cum consensu Agnetis Lindsay sponse sue, in favorem dicti Hug. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Hug. ejusque predecessores prestito,—dicto Hug. de novo dedit, cum villa de Kilwynning, et cum jure superioritatis omnium suprascriptorum; et dictam abbatiam dissolvit; et suprascripta incorporavit in liberum temporale dominium, baroniam et regalitatem de Kilwynning, cum privilegio libere regalitatis et justiciarie, ordinando abbatie locum de Kilwynning principale fore messuagium:—REDDEND. 10 mercas albe firme:—et rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificari:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78 xliii. 266.

1388. Apud Palatium de Halyrudehous, 5 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO BARROUN mercatori burgensi de Edinburgh, et ELIZABETH LOWRIE ejus sponse,—tenementum terre tunc dirute et vaste in villa de Leyth ex parte australi aque ejusdem (inter tenementum olim Jac. Halkerstoun tunc Rob. Gillespie, tenementum quondam Wil. Clerk deinde Jac. Loch

tunc Nicolai Wdwart, terram quond. Rob. Barker tunc dicti Nic., et Corntounis-clos), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh ;—quod, olim de commendatario de Melros tentum, Wil. Murray mercator burgen. de Edinburgh in eorum favorem personaliter resignavit:—TENEND. dictis Jac. Barroun et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 30 sol.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 274.

1389. Apud Halyrudehous, 6 Jan.

REX,—cum consensu &c. (100.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit quotidiano servitori suo WILLELMO STEWART de Banchrie generoso cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem terrarum de Hilheid de Fongorth, cum decimis tam predialibus quam personalibus et mixtis tam rectorie quam vicarie (per Matheum Abircrombie occupat.), mansionem et mansionis locum cum fronte, cauda et horto, nuncupat. mansionem de Ruffle, in civitate de Dunkeld (inter mansionem prebendarii de Forgondeny et terram quondam Tho. Grymman alias Greg ex orientali, mansionem thesaurarii de Dunkeld ex occiden., et Scottis-raw ex boreali) ;—que fuerunt Joannis Merschell civis de Dunkeld in feudifirma et Jacobi Merschell burgensis de Perth in feodo, et que mansio fuit Thome Merschell civis de Dunkeld in feudifirma et dicti Jacobi Merschell in feodo, et quas iidem in favorem dicti Wil. resignaverunt;—ac dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, D. Thome S. de Grantully equiti aurato et heredibus ejus masc. quibuscunque,—mansionem prebendarii de Fongorth cum horto, in dicta civitate (inter mansionem et hortum thesaurarii ex orientali, mansionem et hortum prebendarii de Cragy ex occidentali, et Scottis-raw ex boreali), in dominio de Dunkeld, vic. Perth;—quam dictus D. Tho. (cum consensu M. Davidis M'Gill filii legitimi quondam M. Jacobi M. de Rankelour-Nethir clerici registri, prebendarii de Fongorth, pro ejus jure), in favorem dicti Wil. S. resignavit : — REDDEND. pro Hilheid 42 sol., pro mansione de Ruffle 41 sol., pro mansione de Fongorth 40 sol., in toto 6 lib. 3 sol. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 273.

1390. Apud Halyrudhous, 14 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit M. MARTINO CORSTORPHING de Cassindonat, in feudifirma, — terras de Eister Balrymonth, cum decimis garbalibus inclusis que hactenus separatim nunquam locari solebant, in dominio prioratus S. Andree, vic. Fyif ;—quarum liberum tenementum Thomas Myretoun de Cambo, feodum Wil. M. apparens de Cambo ejus filius et heres apparens, cum consensu Margarete Murray sponse dicti Wil. resignaverunt ;—necnon quarteriam ville et terrarum de Byirhillis (occupat. per Martinum Corstorphing portionarium de Byirhillis et Margaretam Bell ejus sponsam, patrem et matrem dicti M. Mart.), decimamsextam partem earundem (que fuit quondam Jacobi Horsburgh), octavam partem earundem (que fuit quond. Thome Kinzeo), in dominio et regalitate archiepiscopi S. Andree, vic. Fyif ; terras de Cassindonate, in dominio prioratus Sancti Andree, dictis regalitate et vic.;—quas dictus Mart. senior, cum consensu Jacobi C. de Bacalthie filii sui legitimi secundogeniti, resignavit :— RESERVATIS dicto Martino seniori libero tenemento de Eister Balrymonth et quarta et decimasexta partibus de Byirhillis ; et dicte Marg. libero tenemento dimidietatis dicte quarte partis et integre dicte decimesexte partis :—INSUPER rex, pro servitio sibi prestito ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto M. Martino de novo ad feudifirmam dimisit, cum potestate colligendi *lie wraik* et *wair fra the full sey to the low watter* infra bondas terrarum de Byrehillis (viz. *begynnand at the Eistburne-mouth thairof and passand ovir the samyn burne to the south syde of the samyn burne, and thairfra to the Westburne-mouth and north part thairof*), necnon piscandi infra mare et *lie sey-flude* infra dict. bondas, et tenendi *lie fischer-boittis* super portubus et *lie heavin* et *herbareis* dict. terrarum et aquis earum, cum privilegio duorum communium passa-

giorum pro bonis et catellis in communem moram ad terras de Byrehillis et Polduff pertinentem, et cum privilegio pasturandi et *lie fewale*, *faill* et *dovett* lucrandi; et omnia incorporavit in unam tenandriam de Eister Balrymonth, ordinando maneriem de Eister B. principale fore messuagium :—TENEND. Eister Balrymonth dicto M. Mart. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jacobo C. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus quibuscunque inter dictum M. Mart. et Susannam Leirmonth ejus sponsam procreatis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus et assignatis dicti M. Mart. quibuscunque; cetera dicto M. Mart., heredibus ejus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. pro Eister Balrymonth 10 lib. 6 sol. 8 den., et 6 capones, cum tribus sectis ad 3 placita capitalia infra monasterium S. Andree, cum aliis servitiis, areagiis et careagiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et plantando arbores solo congruentes; essentque regi fideles et in nullo adversarii nisi jus postularet; et habentes areas sive hortos cum horreis patentes pro decimis garbalibus congerendis; et servando limites immunes, vel regi fideliter intimando; cum prohibitione alienandi in toto vel in parte sine licentia regis; et si in aliquo premissorum deficerent, precipue in solutione feudifirme duobus terminis in tertium concurrentibus, hec carta nullius esset roboris (salvo quod areagiis et careagiis per negligentiam non solutis sufficeret solvere duplum aut triplum eorum valoris ad arbitrium regis);—pro quarteria de Byrehillis 16 bollas frumenti, 26⅔ bol. ordei, 26⅔ bol. avenarum, cum 4 caponibus, 8 pultreis, 8 oneribus equorum straminum (*aucht kimpillis of stray*), et 4 sol. augmentationis, cum areagiis, careagiis et ceteris oneribus et servitiis debitis et consuetis; necnon 3 sectas ad tria placita capitalia apud civitatem S. Andree, et ad ceteras curias cum premoniti essent; necnon duplicando dict. summam pecunie in introitu heredum; et si unus terminus in alterum curreret in toto vel in parte insolutus, liceret regi de dictis terris libere disponere; cum prohibitione impignorandi aut quovis modo alienandi sine licentia regis; necnon equitando cum rege et regis camerario in omni exercitu cum premoniti essent; et prestando juramentum fidelitatis ceteraque secundum rentale;—pro decimasexta parte de Byrehillis 4 bol. frumenti, 6 bol. 2⅔ firlotas ordei, 6 bol. 2⅔ firl. avenarum, 1 caponem, 2 pultreas, *tua kimpillis of strea*, et 12 den. monete, cum areagiis &c. (*ut supra pro quarteria de B.*);—pro octava parte earundem 8 bol. frumenti, 13⅓ bol. ordei, 13⅓ bol. avenarum, cum 2 caponibus, 4 pultreis, *four kimpillis of stray*, cum 2 sol. augmentationis, cum areagiis &c. (*ut supra pro dicta quarteria*);—pro *lie wraik* et *wair* et ceteris privilegiis predictis 6 sol. 8 den.;—pro Cassindonat 7 libras 13 sol. 4 den., 6 capones, cum 3 sectis &c. (*ut pro Eister Balrymonth, omissis clausulis de areis patentibus et de pena pro areagiis*); necnon servando marresium sive petarium dict. terrarum more solito :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 297.

1391. Apud Halierudehous, 18 Jan. REX ad feudifirmam dimisit ROBERTO GREIR filio et heredi quondam Henrici G. in Over Laggane, heredibus ejus et assignatis,—mercatam terrarum antiqui extentus de Over Laggane, ac dietam feni *lie daywark haye* in *lie* Braid-medow in Nethir Laggane (ad dictum Rob. per dispositionem dicti Hen. pertinentes), 7 sol. 6 den. ville et terrarum de Newtoun alias Little Dempstertoun ant. ext. (ad dictum Rob. per dispositionem Thome M'Fagzeane pertinen.), 7 sol. 6 den. ant. ext. de Barschynvallo (ad dictum Rob. per dispositionem Cudberti Greir in Barschynvallo pertinen.), in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 48 solidos 8 den. feudifirme antique, cum servitio consueto, ac 16 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 5.

1392. Apud Halyrudhous, 20 Jan. REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Gulielmi Naper de Wrychtishousis,—[qua, cum consensu (quond.) Joannis Haitlie de Mellerstanes,

—pro impletione contractus inter dictum Jo. et And. Edmestoun de eodem ejus cautionarium et dictum Gul. ab una, et ROBERTUM LUMISDENE de Ardrie ab altera partibus, de data presentium,—ad feudifirmam dimisit dicto Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras, villam et terras dominicales *lie* Manis de Mellerstanes, molendinum earundem, dimidietatem orientalem terrarum et ville de Fawnis, cum fortaliciis, maneriebus, columbariis, cunicularíis, vic. Beruik:—REDDEND. dicto Gul. 45 libras 13 sol. 4 den.:—cum precepto sasine directo Marco Haitlie in Fawnis :—TEST. M. Jac. Donaldsoun advocato coram dominis concilii, M. Jo. Robertsoun ejus servitore (scriptore carte), M. Gul. Naper filio dicti Gul., Arch. Kennedy servitore Clementis Cor mercatoris burgensis de Edinburgh :—Apud Edinburgh, 24 Nov. 1602]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque predecessoribus prestito, suprascripta dicto Roberto de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 270.

1393. Apud Halierudhous, 20 Jan.
REX,—cum consensu &c. (93.),—ratificavit [1] cartam feudifirme per Jo. dom. de Hammiltoun commendatarium de Abirbrothok et ejusdem conventum factam quondam Willelmo Auchterlonie, et Barbare Rait ejus sponse,—de occidentali dimedietate terrarum de Seytoun, cum decimis garbalibus que nunquam separari solebant, in baronia et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare ; — TENEND. dictis Wil. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de dicto monast.;—de data apud Kynnoull et Abirbrothok, 1 et 30 Apr. 1586:—[2] cartam per Jo. marchionem de Hammiltoun commendatarium de Abirbrothok et ejusdem conventum fact. JACOBO AUCHTERLONIE filio et heredi dicti Wil., et ISSOBELLE PEIRSOUN ejus sponse,—de dictis terris &c., cum *lie wrak* et *wair* de *lie Houp* ejusdem ;—TENEND. de dicto monast.;—de data apud Hammiltoun, 26 Dec. 1601 :—INSUPER,—pro bono servitio dictorum Wil. et Jacobi, necnon pro compositione persoluta,—suprascripta dictis Jac. et Is. de novo in feudifirmam dimisit :—TENEND. dictis Jacobo et Issobelle in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque:—REDDEND. 20 bollas frumenti, 26 bol. farine avenatice, 26 bol. ordei (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), 20 sol. antique et 6 sol. 8 den. nove augmentationis ; et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Carnconan vel alibi ; et 10 lib. in introitu heredum sive assignatorum ; ac perimplendo cetera contenta in antiquis infeofamentis et rentalibus, si que essent : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 271.

1394. Apud Halyrudehous, 26 Jan.
REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO BOSWELL servitori D. Roberti Melvill de Murdocairny militis, et ISOBELLE BALMANNO ejus sponse,—acram terre *lie* Reud-aiker (per Jo. Rowand burgen. de Kinghorne occupat.), in parochia de Kinghorne-Eister, vic. Fyiff ; cum pecia terrarum de Vicaris-grange nuncupat. *lie* Expoithoill, per Rob. Crystie alias Myllar burgen. dicti burgi occupat. (intra bondas specificatas);—et, in speciale warrantum dicte Reud-aiker, partem terrarum de Vicaris-grange (intra bondas specificatas) per Hen. Moultray apparentem de Seyfield occupat. ; — quas dictus Hen. in eorum favorem resignavit ;—necnon dimidietatem pecie terre *lie* Ruid-aiker prope burgum de Kinghorne, ex occidentali terrarum ecclesiasticarum ejusdem ;—quam dictus Jac. resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, in feudifirma : — REDDEND. pro dicta dimid. de Ruid-aiker 5 sol., pro ceteris 20 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 293.

1395. Apud Halierudhous, 26 Jan.
REX confirmavit cartam Joannis Erskin de Balhagartie, — [qua, — pro adimpletione contractus matrimonialis inter se ab una,

Jo. Gordoun de Cluny et Tho. G. ejus filium et apparentem heredem ab altera partibus,—vendidit JOANNI ERSKIN, filio suo,—baroniam de Balhagartie, cum fortalicio, molendinis, forestis, advocationibus beneficiorum et capellaniarum eidem annexat., tenentibus &c., continen. villas et terras de Balhagartie, Conglas, Petscurrie, Petathorie cum ejus fortalicio, Fairboigis, Drumdurnoch, Durlethein, croftas de Chapeltoun de Gariochte, molendinum de Inverramsay, terras molendinarias, multuras et sequelas dict. terrarum et baronie, et terrarum et villarum de Inverramsay, Petbie et Newlandis, in parochiis de Logydurnoch, Oyne et Inverurie, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Jo. E. juniori et heredibus masc. inter eum et Marjoriam Gordoun filiam dicti Jo. G. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. E. junioris quibuscunque, de rege:—REDDEND. servitium warde &c.:—RESERVANDO dicto Jo. E. seniori et Margarete Dowglas conjugi sue liberum tenementum terrarum &c. de Petathorie, Petscurrie, Durletheine, Fairboigis, et umbralis dimedietatis de Drumdurnoch, cum jurisdictione balliatus earundem:—cum precepto sasine directo Wil. Erskin:—proviso quod una sasina data apud principale messuagium de Petathorie pro omnibus staret:—TEST. And. Stewart, Wil. Erskyn, Duncano Thomesoun, famulis dicti Jo. E. senioris, Jo. Donaldsone incola burgi de Abirdene:—Apud Abirdene, 3 Jul. 1587]:—PRETEREA, pro bono servitio, dict. baroniam dicto Jo. E. juniori de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 354.

1396. Apud Halyrudhous, 28 Jan.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit JOANNI DOMINO LYNDESAY DE BYRIS, heredibus ejus (masc.) et assignatis quibuscunque, — terras de Dudingstoun, Newtoun, Duntarvie, marresium vocatum Duntarvie-myre (intra bondas specificatas), terras de Sanct-Serfis-lawis, viridarium *lie* Lawgrene (intra bondas specificatas), terras de Philpstoun, Gallouscruik, Duntarviecraig, Dogland, Bynnis, Manerstoun cum turre, Eister et Wester Scotistoun, Mirreleyis, morum appellatum Scotistoun-mwre alias Myrreleyis-mure (intra bondas specificatas), terras de Fluderis, Medop cum fortalicio, morum baronie de Abircorne (intra bondas specificatas), cum potestate carbones effodiendi infra dict. morum, cum castris, maneriebus, parcis, pratis, molendinis, silvis, forestis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., in baronia de Abircorne, vic. Linlythgow; cum advocatione rectorie ecclesie et parochie de Abircorne cum ejus terris, decimis, fructibus &c.;—quas terras &c. idem Jo., et quam rectoriam M. Petrus Rollok episc. Dunkelden. cum avisamento decani et capituli Dunkelden., resignaverunt:—INSUPER rex dict. rectoriam a dicto episcopatu dissolvit et in separatam parochiam erexit, rectoriam de Abircorne nuncupand., ad quam univit decimas, mansa, glebas, terras ecclesiasticas &c. dicte rectorie;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Abircorne, ut unica sasina apud maneriem seu fortalicium de Newtoun de Abircorne suscipienda pro omnibus staret:—REDDEND. tres sectas in 3 placitis capitalibus vic. de Linlythgow, cum servitio warde &c. (taxando wardam et nonintroitum ad 153 libras annuatim, relevium ad 153 lib., maritagium ad 1000 merc.); pro dicta advocatione unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 323.

1397. Apud Halierudhous, 1 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam quondam Davidis episcopi Abirdonen.,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit (quond.) ALEXANDRO HOWESOUN seniori burgensi de Abirdene, in vitali redditu, et MARTINO HOUESOUN ejus filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Scottistoun, Quhytestrypis, Thakhedderhill et Dubfurd, terras de Glastermure, jacen. infra schyras Abirdonen. et Murthill, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto episc. pro Scottistoun &c. 7 libras, 20 sol. pro marta, 10 sol. pro 2 muttonibus, 8 sol. pro qualibet 5 bollarum ordei cum batis, 4 sol. pro qualibet 4 bollarum avenarum, 6 den. pro qualibet 12 pultrearum, pro gressuma 26 sol. 4 den., pro servitiis debitis et consuetis 3 sol. 4

den., pro 4000 onerum glebarum 10 lib. (conversione facta quia dictus episc. pro iis lucrandis 5 lib. annuatim persolvere tentus est, et eadem onera fuerunt vix 10 glebas ex communi consuetudine gestantia, et loci in quibus glebe projecte fuere in perpetuas paludes abierant, ita ut vix invenirentur glebe nisi integri dict. villularum campi destruerentur qui jam fere erant consumpti, et ex solidis terris paludes conficerentur, in quibus evidens periculum fuit quod pecora colonorum submergerentur et perpetua pascua amitterentur, unde vaste jacerent dicte villule que propter sterilitatem vix avenas easque tenuissimas producebant); pro Glastirmure 50 solidos, pro 2 muttonibus 10 sol., pro quolibet 12 caponum 8 den., pro qualibet 6 pultrearum 6 den., pro bondagiis et servitiis consuetis 3 sol. 4 den.; cum 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando dict. pecunie summas in introitu heredum sive assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia in palatio Abirdonen.; necnon prestando juramentum fidelitatis in quolibet novo introitu; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini in tertium currerent, hec infeodatio nullius esset roboris: —cum precepto sasine directo Willelmo Chalmer:—TEST. Arthuro Milner, Thoma Maueris, famulis dicti episc., Edw. Still incola Veteris Abirdonen., et M. Waltero Gordoun de Westhall:—Apud civitatem Abirdonensem, 20 Dec. 1583]:—NECNON cartam Martini Howesoun burgensis de Abirdene,—[qua,—cum consensu Agnetis Forbes sponse sue,—pro adimpletione contractus de data presentium,—vendidit ANDREE HERVIE de Denstoun, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—villam et terras de Scottistoun, Quhytestrypis, Thakhedderhill, Dubfurd, Silverburne et Calseycroft, cum tenentibus &c., in schyra et vic. de Abirdene:—RESERVATO Margarete Rolland, sponse Jacobi Seytoun burgensis de Abirdene, vitali redditu tertie partis dict. terrarum:—REDDEND. regi *ut supra* (omissis firmis &c. de Glastirmure, et clausula de juramento):—cum precepto sasine:—TEST. Jac. et And. Hervie filiis dicti And., Wil. Lormer, Gilb. Gray, Tho. Forbes burgen. de Abirdene:—carta scripta per Geo. Barroun notarium publicum:—Apud Abirdoniam, 5 Nov. 1600]:—INSUPER dict. terras *in carta* [2] *contentas* dicto And. de novo dedit (viz. *begynnand at the Dubfurd of Luchland, and syne strikand up till ane blind furd beneth the Silverfurd, and syne south till ane litill hill in the hie mercat gait, and syne evin furth till ane rod behind the Camhill, and sua furth till the carne of the mure, and syne doun the brow till ane mekill pott lyk to be cassin with mennis handis, and syne doun till ane uther pott and to the thrid pott doun in the den*):—REDDEND. *ut supra*, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando et faciendo sectas *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 282.

1398. Apud Halierudhous, 1 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—ratificavit cartam per M. Jo. Winrahame de Craigtoun concessam JOANNI WEYMES de Cuthilhill, irredimabiliter,—de terris de Craigtoun et Lumbo, prato de Craigtoun, cum maneriebus, in dominio prioratus S. Andree, vic. Fyiff;—TENEND. de rege, loco commendatarii et conventus S. Andree;—de data apud Sanctandrois, 26 Apr. 1602:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Joanni Weymes, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit;—et ordinavit quod unica sasina apud villam de Craigtoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. *ut in carta* 2073 *precedentis tomi*, in toto 28 lib. 16 den. pecunie (omissa clausula de limitibus servandis):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 291.

1399. Apud Halyrudehous, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam M. Joannis Scharp de Houstoun, in supremo senatu advocati,—[qua concessit M. JOANNI SCHARPE juniori, filio suo,—terras et villam de Houstoun, terras dominicales earundem, molendinum de H. cum ejus terris &c., mansionibus, fortalicio edificari incepto et Deo juvante quamprimum perficiendo, et carbonibus, in dominio et vic. de Lynlyth-

gow :—TENEND. dicto Jo. jun. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, M. Alexandro Scharp filio legitimo ejusdem Jo. senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo S. fratri dicti Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Andree S. etiam fratri germano dicti Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. senioris et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma : —REDDEND. *ut in carta* 131 :—RESERVANDO liberum tenementum dicto M. Jo. seniori ; et Margarete Collace sponse sue vitalem redditum 20 bovatarum de Houstoun que terre dominicales appellari solebant (per Geo. Johnstoun et Rob. Hodge occupat.) :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Littill mercatore burgensi de Edinburgh, Tho. Marjoribankis de Ratho, M. Jo. Schrogie scriba et Jo. Knowis notario publico servitoribus dicti Jo. S. senioris :—carta scripta per dictum Jo. S. juniorem : —Apud Edinburgh, 17 Mar. 1600] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 280.

1400. Apud Halyrudehous, 2 Feb.

REX concessit THOME FOTHRINGHAME de Powrie — terras de Wester Powrie, cum earum superioritate, proprietate et tenandria, in baronia de Ogilvy, vic. Forfar ;—quas M. Jo. Ogilvy de eodem in ejus favorem resignavit ; et quas rex, pro bono servitio, dicto Tho. de novo dedit, cum earum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., et in liberam baroniam de Wester Powrie incorporavit :—TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. inter eum et Barbaram Scot ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, ceteris heredibus &c. *in carta* 764 *contentis* : —REDDEND. jura et servitia debita et consueta (taxando wardam *ut in carta* 764) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 283.

1401. Apud Halierudhous, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam factam per Katherinam Lyndsay filiam legitimam et prolem solum superstitem itaque heredem saltem apparentem quondam Roberti L. de Balhall, cum consensu Duncani Robertsoun de Dulkabane ejus mariti pro ejus interesse,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis inter D. DAVIDEM LYNDSAY de Edzell equitem auratum unum senatorum collegii justitie (pro ipso et onus suscipientem pro dicta Kath. quoad solutionem dotis sue) et dictam Katherinam ab una, et dictum Dunc. ab altera partibus, de data apud Edzell et Jordanstoun, 20 et 23 Sept. 1599, in libris dominorum concilii registrat. 30 Dec. 1600,—et pro impletione obligationis per dictos Dunc. et Kath. facte dicto Dav. de data presentium,—vendidit dicto Dav., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,—solarem dimed.terrarum de Balhall, cum manerie, fortalicio, molendinis, integra crofta et brasina vocat. Liches-croft, in baronia de Balhall, vic. Forfar :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo capitano And. Stewart servitori dicti Davidis : —TEST. Davide Lyndsay feodatario de Edzell, M. Jac. Donaldsone advocato, M. Jo. Robertsone ejus servitore (scriptore carte), Jo. Lyndsay, Tho. Abircromby apparente de Skeyth, servitoribus dicti D. Dav.:—Apud Edzell, 9 et 16 Oct. 1601] :—INSUPER,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum D. Davidem ejusque predecessores prestito,—suprascripta dicto D. Davidi de novo dedit ; et,—cum consensu &c. (93.), —concessit ei advocationem ecclesie parochialis de Menmure (infra cujus parochiam dicte terre jacuerunt), rectorie et vicarie ejusdem ; et antedictas rectoriam &c., cum decimis garbalibus, minutis decimis vicarie, mansione, gleba, terris ecclesiasticis, fructibus &c., erexit in unam rectoriam de Menmure, et univit ad dict. solarem dimed. de Balhall :—REDDEND. unum den. albe firme, non obstante quod per servitium warde prius tenebantur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 288.

1402. Apud Halyrudhous, 3 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—intelligens ROBERTUM COLVILL de Cleische ab antiquo infeodari in terris de Crommeyis, cum earum anchoragiis mucilorum et concharum (*the anchorage of mussillis and cokillis*), in dominio de Culros, vic. Fyiff, olim de monasterio de Culros, tunc de rege

in feudifirma tentis; et quod dictus Rob. ejusque predecessores magnis sumptibus fortalicium super fundum dict. terrarum edificaverant, ubi dictus Rob. continuam residentiam suam habuit; et quod magnas monete summas imponendo animo esset pro portus ibidem constructione,—igitur concessit dicto Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—carbonem tam majorem quam minorem infra fluxum marinum inter terras ac torrentem de Torryburne ex occidentali et *lie* Futheyis-mylne-burne ex orientali, cum terris infra fluxum maris infra dict. bondas, et cum *lie wrak* et *wair*, mucilinis et conchis infra dict. bondas, et cum potestate effodiendi *lie coil-pottis*, et tramites pro carbonum transportatione, necnon salinas patellas ac *lie pan-rowmes*, ollas *lie bukkit-pottis* et cetera pro eisdem asiamenta, cum *lie bulwarkis*, *portis and havinnis* infra fluxum maris infra dictas bondas, edificandi, et alios eadem facere volentes impediendi, et cum potestate *lie cruves* et *yairis* pro piscium inescatione habendi, ac parvas custumas, anchoragia et *lie hevinsilver* et alias devorias navium, cimbarum &c., levandi ac pro sustentatione dict. propugnaculorum et portuum applicandi:—et concessit quod unica sasina apud portum *lie* Quailheavin suscipienda pro omnibus staret:—REDDEND. 15 merc. feudifirme; proviso quod, si nulli carbones infra dict. bondas essent lucrabiles, 3 merc. solum persolverent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 287.

1403. Apud Halyrudhous, 4 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (112.),—concessit ROBERTO BOYD de Baddinhaith, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras vocatas Medros, Myvoit, Blairlynneis Ester et Wester, et Gartingawaikis, cum pasturatione 30 summarum animalium sive catellorum in communi mora de Ridding secundum veterem consuetudinem, et cum molendino granorum de Calzolair, astrictis multuris et *lie suckin*, viz. astrictis multuris terrarum de Gartmillane ad decimum tertium granum, cum firlota de *lie ring-schilling*, de Glenhuif ad decimum tertium granum, cum firlota de *lie thirlebeir* et firlota de *ring-schilling*, de Glentor-Wester ad decimum tertium granum et firlotam de *ring-schilling* (intra bondas specificatas), in baronia de Monkland, vic. de Lanerk, et per annexationem in baronia et dominio de Newbotle;—necnon JOANNI CLELAND de Foscane et JEANNE CREYCHTOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Jo. legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Foscane, cum molendino, manerie loco, mansione, extenden. ad 8 librat. terrarum (intra bondas specificatas), jacen. in dictis dominio de Newbotle, baronia de Monkland, vic. de Lanerk;—necnon GEORGIO CLELAND de Glenhuiff, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—46 solidat. 8 den. terrarum antiqui extentus de Glenhuif, cum mansione, tenentibus &c., feudifirmis et devoriis, in baronia de Monkland, vic. Lanerk;—quas omnes M. Tho. Hammiltoun de Monkland, advocatus regius, in favorem dictorum Rob., Jo. et Geo. respective resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictas personas eorumque predecessores prestito,—eis de novo dedit, cum libertate dicto Rob. inveniendi et transportandi molares lapides in *lie* Mylnestane-craig in dicta mora de Ridding ad dictum molend.; et cum silvis, piscationibus, tenentibus &c.:—TENEND. cum privilegio libere foreste:—REDDEND. dictus Rob. 14 lib. 6 sol. 8 den., dicti Jo. et Jean. 5 lib. 14 sol., dictus Geo. 33 sol. 3 den., albe firme, in relevamen dicti Tho. de 100 lib. albe firme de baronia de Monkland debitis; ac dictus Georgius grana ibi crescentia ad molendinum de Calzolair molendo et multuras solitas solvendo:—et rex voluit quod unica sasina pro omnibus dicto Rob. concessis staret:—INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta dictis Rob., Jo. et Geo. eorumque predecessoribus et autoribus desuper facta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 296.

1404. Apud Halyrudehous, 5 Feb.

REX confirmavit cartam Roberti Ogilvy de Foffartie,—[qua,—pro perimpletione sue partis contractus de data apud burgum de

Dundie, 10 die Aug. 1600, — vendidit JACOBO ABIRCRUMBIE naute burgensi de Dundie, et ELIZABETHE FYFFE ejus conjugi, sub reversione,— croftas sive acras terrarum arabilium apud orientalem finem burgi de Forfar jacentes tam *lie outfield* quam *infeild*, in prioratu de Restennoth, abbatia de Jedburgh, vic. Forfar;—que fuerunt dicti Jac. per alienationem quondam Gilberti Ogilvy de eodem et quond. M. Gilberti O., patris et fratris dicti Rob.; et quas idem Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jacobi et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. 10 mercas:—cum precepto sasine directo Jac. Craike in Forfar:—TEST. Waltero Lyndsay nuncio, Gavino Porter, Joanne Dickiesoun, Alex. Woddell seniore et juniore, burgensibus de Forfar, Jacobo Strathauchin notario Deidonano:—carta scripta per Jac. Strathauchin filium dicti Jac. S.:—Apud burgum de Forfar, 11 Aug. 1600]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jacobi A., ac pro compositione persoluta, dictas croftas quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 350.

1405. Apud Halierudhous, 5 Feb.

REX concessit DAVIDI LYNDSAY de Balcarres, filio legitimo natu maximo tunc superstiti et heredi quondam familiaris sui M. Joannis L. de Balcarres secretarii sui et senatoris collegii justitie, ac fratri et heredi quond. Joannis L. de B. qui fuit filius legit. natu maximus dicti M. Jo., ac legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque arma et cognomen de Lyndsay gerentibus,—terras de Balneill, cum carbonibus, maneriebus, fortaliciis, molendinis, cunicularis, columbariis, cum communi pastura et libertate lucrandi *lie fewall*, *turvis*, *faill* et *dovettis* in mora nuncupata Firthmure, in parochia de Kilconquhar, vic. Fyiffe; superioritatem ville et terrarum de Eister Pitcorthy, in baronia de Kelly, vic. Fyiff; terras de Wester Pitcorthy, cum mansione, manerie, columbario, carbonibus, tenentibus &c., infra dominium de Kilconquhar, regalitatem S. Andree, vic. Fyiff; terras de Inverdovett alias *lie* Lichtonis-landis (olim per Davidem Hagy earundem proprietarium, postea per quond. Jo. Ramsay in Freirtoun et alios tenentes occupatas), cum piscariis, vic. de Fyfe; terras et molendinum de Balcarres, cum manerie, fortalicio, carbonibus, molendinis, cum communi pastura &c. (*ut sup.*) in mora nuncupata Schyremure, in parochia de Kilconquhar, senesc. et vic. de Fyiffe; terras de Balmakyne, cum carbonibus, in parochia de Carnibie, vic. de Fyiffe; cum ceteris maneriebus, fortaliciis, molendinis, cunicularis et columbariis de Balcarres et Balmakene; partem terrarum olim spectantium capellanie B. Marie Rires tunc vocatam Nether Cummerlandis (olim occupat. per Archibaldum Bedysone), cum carbonibus, tenentibus, tenandriis (bondat. ut in infeofamento per quond. D. Jo. Weymes de Rires militem fundatorem dicte capellanie concesso), vic. de Fyiff;—quas terras de Wester Pitcorthy Jac. Bellenden de Kilconquhar cum consensu Jacobi Spens de Wolmerstoun tutoris sui testamentarii in favorem dicti Davidis resignavit; Nether Cummerlandis Arch. Blyith capellanus B. Marie Rires, cum consensu Arthuri Forbes de Rires patroni dicte capellanie, in favorem dicti M. Jo. Lindsay in vitali redditu et dicti Joannis L. in feodo resignavit apud palatium de Linlythgow; et ceteras idem David cum avisamento curatorum suorum resignavit;—et quas omnes rex,—servitium sibi per dictum M. Jo. multis annis in fideli functione officii unius senatorum collegii justitie et alias ad memoriam revocans,—cum consensu &c. (101. 93. 112. 27.),—dicto Davidi de novo dedit, consolidando superioritatem cum proprietate de Eister Pitcorthy, et cum libertate dict. terras de Nether Cwmmerlandis in omnibus locis ubi jacebant includendi, necnon cum 42 pedibus terrarum circumcirca unamquamque dict. invirationum:—PRETEREA dissolvit rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Kilconquhar, cum decimis, mansionibus, glebis, redditibus &c., a monasterio de Northberuik, et erexit rectoriam et personatum in dicta ecclesia, cujus advocationem dicto Dav. concessit et ad baroniam infradictam univit;—quam ecclesiam Domina Mar-

REX confirmavit ALEXANDRO BUCHANE de Auchmacoy, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Auchmacoy (viz. ter. de Oykorne, cum mansione, manerie loco, columbariis, et presertim *lie outsett* nuncupat. *lie* Northsaitt, cum molendino de O., ejus terris &c., cum ceteris molendinis granariis et fullonariis ibidem, terras de Meikill Auchmacoy, cum mansione et manerie loco, et presertim *lie outsettis* nuncupat. Dorbishill et Cowkarne, cum molendino granorum de Meikill A., ejus terris &c., 2 merc. annui redditus de bina parte terrarum de Saytlye, cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, terras de Littill Auchmacoy et integras 4 quarterias earundem, cum mansionibus, maneriebus locis, fortaliciis, cunicularis, columbariis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., et signanter piscatione salmonum aliorumque piscium in parte aque de Ythane adjacente terris de Littill A., ac cum potestate tenendi cimbas *lie ferrie-boittis* super aqua de Ythane, cum portubus *lie landing-places* ex utraque parte ejusdem), vic. Abirdene;—quas idem Alex. personaliter resignavit;—necnon rex concessit dicto Alex. et AGNETE FRASER ejus sponse in conjuncta infeodatione (in plenam satisfactionem pro conjuncta ejus infeodatione terrarum de Oykorne et Northsaitt in parochia de Deir, et pro ejus tertia de terris et baronia de Auchmacoy in parochia de Logybuchane, seu de aliis terris dicti Alex.), ac legit. et propinquiori-

bus heredibus masculis et assignatis dicti Alex. quibuscunque,—villam et terras de Littill Artrochie, cum molendino, moris, marresiis, pratis, commoniis, pasturagiis, in baronia de Slaynis, vic. Abirdene ;—quas Franciscus com. de Erroll dom. Hay &c., cum consensu Domine Eliz. Dowglas sponse sue, in favorem dicti Alex. resignavit :—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Alex., omnia suprascripta dictis personis respective de novo dedit, cum potestate exclusiva tenendi *lie ferry-boittis*, presertim super illam partem aque de Ithane a vado supra *lie lyne* domini Sinclair nuncupato *lie* Cruike-watter-furde directe juxta *lie* Snab de Towartye ascendendo ad vadum supra *lie* Abbottishall nuncupat. *lie Furde* de *Ailhous;* et easdem incorporavit in liberam baroniam de Auchmacoy ; ad quam univit advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Logybuchane, unius ecclesiarum communium de Abirdene ab antiquo existentis, cujus dictum Alex. hereditarium patronum constituit; et voluit quod unica sasina apud principale messuagium de Littill Awchmacoy capienda pro omnibus staret :—REDDEND. pro dicta antiqua baronia jura et servitia debita et consueta, cum secta et presentia ad placitum capitale vic. de Abirdene ad festum S. Michaelis (taxando wardam et nonintroitum ad 24 lib. annuatim, et maritagium ad 300 merc.); pro Littill Artrochie unum den. albe firme: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 2.

1424. Apud Halyruidhous, 12 Mar.

REX,— cum consensu &c. (93.),— ratificavit [1] cartam per Rob. Ker portionarium de Dudingstoun, cum consensu Jonete Dowglas ejus conjugis, factam Andree Ker de Lintoun, heredibus ejus et assignatis,— de terris ecclesiasticis vicarie de Dudingstoun (descriptis *ut in carta* 360);—TENEND. de rege in feudifirma;—de data apud burgum de Edinburgh, 8 et 11 Jul. 1598 :—[2] cartam per dictum And., et Wil. K. ejus filium et heredem apparentem, factam JOANNI KER burgensi de Edinburgh et ELIZABETHE WEIR ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, irredimabiliter,—de eisdem terris ;—TENEND. *ut supra;*—de data apud burgum de Edinburgh, 3 et 8 Jul. 1602 :—[3] cartam per Jo. Fentoun clericum rotulorum computatoris, cum consensu Thome Fentoun possessoris pecie terre infrascript. per dispositionem dicti Jo. F., factam dictis Jo. Ker et Eliz. et heredibus &c. (*ut supra*, omissis assignatis), irredimabiliter,—de pecia terre nuncupata *the Orchard*, in territorio de Dudingstoun ex australi latere lacus ejusdem (inter terras ecclesiasticas et hortum per Gilb. Blak et Jo. Hill occupat., *lie buttis* ad quondam Robertum Lawsoun de Humbie pertinen. et per Ric. Cairnes et Jo. Lambert occupat.), vic. Edinburgh ; cum communi pastura cum ceteris tenentibus de Dudingstoun ;—TENEND. de dicto Jo. F. pro uno den. si peteretur, cum firmis feudifirmariis domino superiori solvi solitis; —de data apud burgum de Edinburgh, 25 Jan. 1603:—INSUPER rex ad feudifirmam dimisit dictis Jo. K. et Eliz., heredibus et assignatis antedictis,—terras ecclesiasticas vicarie de Maxwelheuch, vic. Roxburgh;— que olim ad dict. vicariam pertinuerunt ;— necnon tenementum terre in villa de Kelso ex occidente anterioris vie (inter terras Gilb. Mow et Jo. Wauch, vicum molendinarium et *lie flesche-stokis*), per Davidem Robiesoun ejusque subtenentes occupat.;— quod olim ad abbatiam de Kelso pertinuit : —PRETEREA,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. K. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—suprascripta dictis Jo. K. et Eliz. de novo ad feudifirmam dimisit :— REDDEND. pro terris vicarie de Dudingstoun 16 merc., et 12 den. augmentationis, pro terris vicarie de Maxwelheuch 5 sol., et 20 den. augmentationis, et pro tenemento in Kelso unum den. albe firme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 298.

1425. Apud Halyrudhous, 15 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit ARCHIBALDO CARMICHELL de Eddrem, et JONETE

HOME ejus sponse,—terras de Eddrem, cum manerie, columbariis, silvis, piscariis, cimbis, carbonibus, pasturagiis, tenentibus &c., necnon molendinum de Eddrem cum ejus terris &c., in baronia de Coldinghame, vic. de Beruik; ac terras et cottagias per quondam Geo. Home de Eddreme patrem dicte Jon. possessas in villa et territorio de Coldinghame, viz. terras *lie* Halbank ex parte septentrionali ville de C. (intra bondas specificatas), cum horreo et torrili in dicta villa ex australi torrentis communis ejusdem (intra bondas specificatas), cottagium terre in dicta villa (inter cottagia Jo. Esur, Laurentii Gray et Jo. Blyth, et torrentem), cujus cottagii terra sive acra jacuit in parte occidentali de *lie* Beynecroft (inter terras M. Pat. Home et alias bondas specificat.), vic. de Beruik;—que olim ad monasterium de Coldinghame pertinuerunt: —TENEND. dictis Arch. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Arch. quibuscunque:—REDDEND. pro Eddrem 16 libras, cum aliis devoriis et debitis servitiis consuetis; pro Halbank 8 sol.; pro cottagio 13 sol. 4 den., 12 *lie daywarkis* et unam gallinam, cum servitio in curiis consueto; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 302.

1426. Apud Halierudhous, 15 Mar. REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI STEWART de Rosland, uni admissionalium cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de *lie* Quhyte-inche-medow, tam arabiles quam inarabiles (intra bondas specificatas), per dictum Jo. et tenentes ejus occupat., in baronia et regalitate de Glasgow, vic. Renfrew;—quas idem Jo. personaliter resignavit:—REDDEND. regi (loco archiepiscopi Glasguen.) 4 lib., cum 60 *lie thravis* straminum et 100 petris feni quando rex habitaret infra castrum et civitatem Glasguen. per 40 dies et dict. stramen et fenum cum propriis equis ederet (et si pro breviore spatio permaneret, pro quolibet die $1\frac{1}{2}$ *lie thravis* straminum et 4 petras casei), sub premonitione 40 dierum; aliter solvendo tantum 12 den. pro quolibet *lie thrave* et 6 den. pro qualibet petra; necnon duplicando feudifirmam (extenden. ad 10 libras) in introitu heredum; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia in civitate Glasguen., et comparendo in ceteris curiis dicte regalitatis quando premoniti essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 8.

1427. Apud Halyrudehous, 15 Mar. REX,—considerans insignem CIVITATIS EDINBURGENE antiquitatem, quam majores regis in regie urbis dignitatem erexerant, tum quia civium in exteras regiones navigantium industria regii patrimonii census adauctus esset regnumque locupletatum et subditi eorum exemplo ad humaniorem cultum traducti, eaque urbs in publicis oneribus subeundis maximum pre ceteris urbibus onus sustentaret, que non illa tempestate modo sed et multis retro seculis primaria et ad patrie dignitatem illustrandam aptissima extitisset, utpote commodissimus publicis comitiis celebrandis locus, adde quod supremus senatus ab institutionis primordiis et capitalium causarum summus judex stationem delegerant; ad hec memoria repetens strenuam operam a dicta urbe ejusque civibus prestitam tam pacis quam belli temporibus, non tantum contra hostes externos verum corporum objectu et facultatum dispendio jura majestatemque regiam contra rebellium insultus protegendo, cum vite civium jactura, urbe sepius incendio absumpta, majora damna equo animo ferendo quam cetere pene universi regni urbes sustinere potuerunt; cognoscens preterea hujus urbis magistratus et cives extensionem pire et portus sui Lethensis, constructionem fori et idonee aree ingentibus trabibus undequaque septe ad venundanda ligna, refectionem platearum, structuram plurium sacrarum edium et cum conveniente pastorum numero plantationem, datis ex publico stipendiis non levibus, erectionem academiarum, hospitalium et ptochodochiorum, aliaque magna opera promovisse et majora quotidie moliri, in quibus publici urbis census expensi et civium patrimonia attenuata

sunt,—cum consensu &c. (112. 101. 93.),—ratificavit omnes cartas per se suosque predecessores dicto burgo, prepositis, aldermanis, ballivis, decanis gilde, thesaurariis, consulibus, burgensibus et communitatibus ejusdem, et ecclesiis, collegiis, ministris et hospitalibus dicti burgi concessas; et presertim [1] cartam feudifirme per regem Rob. de Bruce concessam,—de dicto burgo, cum portu de Leith, molendinis &c.;—de data apud Cardros, 28 Maii an. reg. 24 (A.D. 1329):—[2] cartam regis Jac. II., de data apud Striviling, A.D. 1451, an. reg. 15,—erga absolutionem a solutione custume salis et pellium (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, No. 507):—[3] cartam ejusdem Jac. II., de data apud Edinburgh, 4 Nov. 1454, an. reg. 18,—erga annuam tentionem infra dict. burgum parliamenti curie quatuor burgorum principalium, viz. Edinburgh, Streviling, Linlythgow et Lanerk:—[4] cartam ejusdem Jac. II., de eadem data,—de portu pecuniariis et custumis de navibus, batellis et bonis apud radam et portum de Leyth intrantibus:—[5] cartam ejusdem Jac. II., de data 13 Aug. 1456, an. reg. 20,—de valle et terra bassa inter ripam vocatam Craigingalt et viam regiam versus villam de Leyth:—[6] cartam regis Jacobi (III.), de data apud Streviling, 30 Apr. an. reg. 13 (A.D. 1473),—concedendo licentiam dictum burgum muniendi:—[7] cartam regis Jac. IV., de data 6 Oct. 1508, an. reg. 21,—concedendo licentiam ad assedand. *lie* Burrowmure et *lie* Commoun-myre in feodifirma (*vide* Reg. Mag. Sig., A.D. 1424–1513, No. 3265):—[8] cartam ejusdem Jac. IV., de data apud Streviling, 9 Mar. 1510, an. reg. 23,—de portu novo *lie* Newhevin (*vide* Reg. Mag. Sig. *ut sup.*, No. 3551):—[9] cartam regis Jac. III., de data apud Edinburgh, 16 Nov. 1482, anno regni 23,—de officio vicecomitis infra dict. burgum (*vide* Reg. Mag. Sig. *ut sup.*, No. 1526):—[10] cartam ejusdem Jac. III., de eadem data,—de custumis portus de Leyth, ac de rada et portu ejusdem, et de dicto burgo de Edinburgh (*vide* Reg. Mag. Sig. *ut sup.*, No. 1525):—[11] cartam quondam Roberti Logane militis dom. de Restalrig,—de viis infra terras de Restalrig, et de potestate onerandi et exonerandi de navibus infra ejus bondas ac super aquam de Leyth, cum potestate terram fodiendi, ac de renunciatione libertatis tabernationis vini &c.;—de data apud Edinburgh, 31 Maii 1398:—[12] cartam regis Jac. IV.,—antedictas tres cartas ratificando;—de data apud Striviling, 9 Mar. 1510, an. reg. 23 (*Vide ut sup.*, No. 3550):—[13] cartam regis Jac. II.,—de nundinis fori S. Trinitatis;—de data apud Edinburgh, 24 Nov. 1447, anno regni 11:—[14] literam Jac. IV. regis sub secreto sigillo, de data apud Edinburgh, 2 Nov. 1507, an. reg. 20,—de nundinis S. Trinitatis et Omnium Sanctorum, et earum custumis et temporibus:—[15] decretum dominorum concilii adversum Rob. Bartane incolam Lethensem et computatorem rotulorum Jac. V. regis,—decernendo dictum Rob. ac ceteros extra dict. burgum habitantes desistere ab usu privilegiorum dict. burgum et ejus libertatem cencernentium;—de data apud Edinburgh, 16 Nov. 1518:—[16] decretum dominorum concilii in favorem dicti burgi adversum inhabitantes Lethenses;—de data apud Edinburgh, 24 Jan. 1522:—[17] cartam Marie regine, de data apud Edinburgh, 8 Oct. 1550, an. reg. 8,—ratificando decretum dominorum concilii et sessionis, de data apud Edinburgh, 17 Feb. 1540, adversum inhabitantes borealis lateris aque de Leyth,—inveniendo prepositum et ballivos dicti burgi judices competentes esse dictis inhabitantibus erga solutionem parvarum custumarum de Leyth ad dict. burgum spectantium:—[18] cartam Marie regine, de data antedicta,—ratificando decretum dominorum concilii, inveniendo ar restationem per dictos prepositum et ballivos factam super navem et bona Thome Rechesoun incole Lethe pro eorum parvis custumis non solutam fore:—[19] cartam regis Jac. VI., de data apud Edinburgh, 15 Feb. 1576, anno regni 10,—ratificando decretum de data apud Halierudehous, 22 Dec. 1576, in favorem dicti burgi adversum ballivos, consules et inhabitantes Vici-canonicorum,—erga eorum brasine ad forum burgi de Edinburgh presentationem antequam presumerent eam inhabitantibus de Edinburgh vendere:—[20] decretum regis Jac. VI. et dominorum secreti concilii

in favorem dicti burgi adversum constabularii deputatos ejusque ministros,— eos ordinando ab omni constabularii feodorum quorumcunque bonorum ad forum venientium gratia vendendi tempore sessionis, generalis concilii et parliamenti collectione desistere quousque ejus jura in parliamento seu generali concilio producerentur et eorum decretum desuper promulgaretur; —de data apud Halyrudhous, 28 Oct. 1581 :—[21] cartam patris et matris regis, de data apud Edinburgh, 4 Oct. 1565, an. reg. 1 et 23,—de superioritate ville de Leyth et aliis :—[22] literam regis Jac. VI. sub secreto sigillo, de data 24 Mar. 1598, an. reg. 32,—pro receptione cujusdam taxationis *lie toust and taxatioun* durante quodam tempore pro supportatione et edificatione propugnaculi, pere et portus de Leyth;—cum ceteris donationibus et licentiis per regem suosque predecessores pro levatione taxationum ad dict. effectum concessis :—[23] cartam Marie regine, de data 13 Mar. 1566, an. reg. 25,—de terris, tenementis, ecclesiis, capellis, annuis redditibus, decimis, fructibus, *lie almos, dail-silver*, *obeittis* et anniversariis que prius pertinuerunt ad quascunque capellanias, altaragia seu prebendarias infra quascunque ecclesias, capellas seu collegia infra libertatem dicti burgi fundat., ac de terris olim ad Fratres Predicatores et Carmelitanos spectantibus :—[24] decretum dominorum concilii et sessionis, de data 9 Mar. 1583,— declarando ecclesias de Dumberny, Poty et Moncreiff spectare ad dictum burgum, secundum tenorem carte suprascripte, et unionis decimarum garbalium et emolumentorum rectorie ecclesie de D. (cujus ecclesie de P. et M. fuerunt pendicula) ad ecclesiam collegiatam S. Egidii de Edinburgh :—[25] cartam regis Jacobi VI.,—confirmando cartam antedictam;—de data 24 Apr. 1582, an. reg. 15 :—[26] cartam regis Jac. VI., de data 23 Jun. 1585, an. reg. 18,—de beneficio prepositure ecclesie S. Trinitatis collegii, cum ecclesiis de Sowtray et Lempetlaw ad dict. preposituram annexis : —[27] cartam regis Jac. VI.,—confirmando dict. cartam, cum nova donatione de dicta prepositura, cum fructibus ad prebendarios et capellanos dicti collegii spectanibus;— de data 26 Maii 1587, an. reg. 20 (*vide* Reg. Mag. Sig. A.D. 1580—1593, No. 1262) :—[28] cartam Jac. VI. regis, de data 12 Nov. 1567,—de Trinitatis collegio, cum *the hospitall of the Trinitie college* (*vide* Reg. Mag. Sig. A.D. 1546—1580, No. 1802) :—[29] cartam regis Jac. VI., de data 4 Apr. 1584, an. reg. 17,—rectoriam et vicariam de Curry, ab antiquo nuncupat. *the archidenerie of Lowthiane*, ad collegium in dicto burgo fundatum annexando (*vide* Reg. Mag. Sig. A.D. 1580 — 1593, No. 688) :— [30] cartam regis Jac. VI.,—de quibusdam decimis novo collegio concessis (*vide* No. 100 *supra*) :—cum ceteris cartis concernentibus erectionem dicti burgi in liberum burgum regale, ac de ejus terris, annuis redditibus, molendinis &c., ac de portubus de Leyth et Newhevin et stationibus et radis eorundem, anchoragiis, custumis parvis et magnis dicti burgi, jurisdictionibus, nundinis et foris, cum mortificationibus, patronatuum juribus, dispositionibus de terris, decimis &c., per regem et predecessores suos seu per alios concessis dicto burgo aut ejus ministris aut hospitali :— Insuper, pro servitio sibi suisque progenitoribus per prepositum, ballivos, consiliarios et communitatem dicti burgi prestito, de novo ad feudifirmam dimisit dictis preposito &c.—integrum dict. burgum, cum ejus muris, fossis, portis, viis, terris, territorio et communitate, molendinis &c., idem in liberum burgum regale erigendo, cum omnibus jurisdictionibus et privilegiis unius burgi regalis, in quantum vicecomitatus principalis de Edinburgh extentus est tam regalitate quam regale extendi posset, et specialiter a ripa nuncupata Edgebuklingbray ex orientali ad Almond-watter ex occiden., et in quantum dictus vic. extentus est versus austrum, et ad medium aque (*to the myd watter of Forth*) ad boream; cum libertate exercendi *the tred and traffique of merchandrice*, et emendi et vendendi *lie blok, by, cop and sell* omnis generis mercimonia, et habendi mercatoriam gildriam (*ane merchand gildrie*) cum curiis gilde, ac cum omnibus libertatibus que de legibus regni Scotie seu regionum Gallie et Flandrie ad mercimonii exercitium, mercatorum et gilde

curias et bursas *lie bursis* spectaverunt, necnon tenendi hepdomadatim die Lune, die Mercurii et die Veneris, aut ullis aliis tribus diebus (prout prepositus, ballivi et consules dicti burgi statuerent), tres forales dies publicas, cum liberis nundinis bis in anno, viz. Omnium Sanctorum et Festi Trinitatis, ac cum vicecomitum feodis et *lie schireff-gluiffis*, theloniis &c.:—PRETEREA rex concessit dictis preposito, ballivis et consulibus, potestatem statuta pro communi bono et proficuo dicti burgi faciendi, pro eorum executione ipsos creando vicecomites et judices in hac parte infra bondas predict.:—INSUPER ad feudifirmam dimisit dictis preposito &c.—terras communes dicti burgi nuncupat. *the Commowne-mure* Eister et Wester, et communem marresiam *lie Commowne-myre*, tam aratas quam non aratas, cum australi lacu *lie Burrowloch* et marresiis ejusdem, et alio lacu dicti burgi nuncupato *the North-loch* et ejus marresiis, ripas *lie bankis* et *brayis* australes et boreales situatas prope castrum de Edinburgh ex utrisque lateribus dicti castri (a publica via et illa parte dicti burgi nuncupata *Under-the-Castell-wall* per boream, ad caput ripe, et abhinc per boream et sic descendendo ad lacum borealem), necnon duodecim communia molendina dicti burgi situata super utraque latera aque de Leyth, cum omnibus aliis molendinis, terris molendinariis &c., cum potestate plura molendina et pontes super dict. aquam edificandi; necnon dict. vallem et terram bassam cum ripis, pratis et marresiis inter Cragingalt et viam versus villam de Leyth, cum terris nuncupat. ab antiquo *the Grenesyde*, ac cum domo leprosa et hortis desuper situat., et terris arabilibus aliisque terris, ripis et marresiis prout per lepros dicte domus et per dictos prepositum &c. et eorum tenentes et feudifirmarios possesse et occupate sunt, jacen. ex latere boreali dicte terre basse; necnon parvas custumas (viz. *the pittie custumes underwrittin to be payit be unfriemen of all guiddis cumand or gangand furth at the poirtis of the said burgh and cumand to the merkettis of the samyn and to the Hous of the Mwre, togidder with the dewteis and custumes of weyage and mettage and of the hallis of the said burgh contenit in the tabill or inventar following, that is to say,* in primis *of ilk laid of merchandrice sick as skyn, hyde, clayth, wow, lynt, hemp, pick, tar, iryn, as, and sicklyke with all uther soirt of merchandrice, 8 penneis, and the burding thairof 4 penneis;* item *of ilk hors laid of fische, flesche, cornis and all sortis of viveris, 4 penneis, and the burding thairof 2 penneis;* item *ilk laid of aill 8 penneis, and the burding thairof 4 penneis;* item *of ilk laid of plewche graith, cairtis, waines, sleddis, harrowis, barrowis and sicklyke geir, and of ilk laid of layme pottis and pitcheris cumand in 4 penneis, and gangand furth 4 penneis, and ilk burding thairof 2 penneis;* item *of ilk hors, meir or staig 8 penneis;* item *of ilk ox or kow 6 penneis;* item *of ilk slauchter scheip 2 penneis, and of ilk lamb ane penny;* item *of ilk scoir of geis 12 penneis;* item *of ilk swyne 4 penneis;* item *of all sortis of merchandrice cumand in or gangand furth at the poirtis of Leyth or Newhevin quhilk aucht to be weyit in Edinburgh, the fremen of uther burrowis brekand bowk to pay of ilk stane ane penny, and unfriemen quhidder thay brek bowk or nocht 2 penneis;* item *ilk stane of woll, butter, cheis, tallown and Scottis lynt weyit or sauld in Edinburgh, of fremen thairof ane penny, and of all utheris fre or unfre 2 penneis;* item *off ilk laid of victuall cumand within the hallis and merkett-place of the said burgh to pay for standand rowme, housmaill and uphalding of the saidis hallis and commowne merkett-place 12 penneis ilk merket day, togidder with the escheit of all the said victuallis cumand within the said burgh to be sauld being in regrateris or foirstalleris handis or yit housit and nocht presentand the merket foirsaid;* item *for mettage of all sort of victuall sauld or mett within the said burgh, ilk laid 12 penneis; and forder the saidis provest, bailleis, counsall and communitie and thair successouris for ever to bruik, joys, use and possess all and sindrie uther custumes of the said burgh within and without the poirtis thairof, and uponn the streittis and within the mercat places of the samyn now*

apoyntit or to be apoyntit be thame or thair successouris heirefter, and at the said mercat place callit the Hous of the Mwre, with weyage and mettinge in the said burgh, standmaillis baith of the land mercat, meill merket and clayth merket, with all uther custumes, schireff feis, dewteis and exactiones in and about the said burgh as the saidis provest &c. and thair predecessouris be thame selffis, thair servandis and fermoraris presentlie ar or hes bene in use and possessioun to uplift and ressave at ony tyme heirtofoir within or without the said burgh and at the places foirsaidis, and the generalitie heirof but prejudice alwayis of the speciall and the specialitie lykewys but prejudice of the generall in ony respect); necnon portum estuarium et receptaculum (*the poirt, hevin and harbrie*) de Leyth et fundum ejusdem, radum et stationem de L., cum propugnaculis (*the peiris, schoiris and bulwarkis*) ejusdem, cum viis a dicta villa ex utrisque lateribus portus et aque de Leyth quousque advenirent ad muros domorum super utraque latera dicti portus edificat., cum privilegiis &c. (*and in speciall all and haill the previlegeis, custumes, hevin-sylver, anchoragis, dok-sylver, goldinpenneis, schoir-sylver, exactionis, rentis, dewteis and casualiteis of the said poirt and hevin of Leyth, raid thairof, and town of Leyth, and of the Newhevin, according to the tabill heir following, to be publissit to all that nane pretend ignorance;* in primis *that the provest &c. of oure said burgh be fre for evermair of all custumes paying of salt and schoirlingis, skaddyngis, futfaillis, lentroun-wair, lambskynnis, todskynis, calfskynis, cunyngskynis and fowmartskynis, and that it salbe lesum to thame to sell and permwte the salt and skynis abonewrittin to alienaris and strangeris or ony utheris that thay mak merchandrice with, custume frie, exceptand the pittie custumes of the toun of Leyth to the ressaveris thairof usit of befoir tyme;* item *the hevin-silver of Leith of all maner of personis fremen or unfremen and strangeris bringand or havand ony guidis in or out at the poirt and hevin of Leyth;* in primis *of all polkis, pakkis and barrellis of guidis, ilk twn of fremen of Edinburgh 4 penneis, fremen of uther burrowis 8 penneis, strangeris and unfremen 2 schillingis; ilk last hydis, fremen of Edinburgh 10 penneis, fremen of uther burrowis 20 penneis, unfremen and strangeris 5 schillingis; corne, meill, malt, salt, growand and maid within this oure realme, ilk chalder Edinburgh 4 penneis, fremen of uther burrowis 8 penneis, unfremen and strangeris 2 schillingis; ill twn of victuall, salt and girnell guidis cumand fra uther cuntreis, Edinburgh 4 penneis, fremen of burrowis 8 penneis, unfremen and strangeris 2 schillingis; coillis and lyme inward, ilk chalder Edinburgh 2 penneis, freburrowis 4 penneis, unfremen 12 penneis; outward, Edinburgh 4 penneis, freburrowis 8 penneis, unfremen and strangeris 2 schillingis; buirdis, daillis, single ruiff spar, bowstingis, ilk hundreth Edinburgh 8 penneis, freburrowis 16 penneis, unfremen and strangeris 4 schillingis; dowbill ruiff spar, ilk hundreth Edinburgh 16 penneis, freburrowis 32 penneis, unfremen 8 schillingis; ilk geist, corball and waynescott, Edinburgh ane penny, freburrowis 2 penneis, unfremen 6 penneis; ilk hundreth Danskene knappoll, Edinburgh 4 penneis, freburrowis* 8 *penneis, unfremen and strangeris 2 schillingis; and the Noroway knappald, Edinburgh 2 penneis, freburrowis 4 penneis, strangeris and unfremen 12 penneis; and the dowbill knappald to pay the dowbill of Danskene knappald; ilk hundreth wykker sparris, Edinburgh 2 penneis, freburrowis 4 penneis, unfremen 12 penneis; ilk hundreth girthstingis and skowis, Edinburgh ane penny, freburrowis 2 penneis, unfremen 6 penneis; ilk faddome of burnewod siclyke; ilk dregboitt and small handbugboit 4 penneis; ilk ferrieboitt inwaird 4 penneis and outwaird 4 penneis; mair for keiping of gude ordour in thair rowmes 12 penneis; ilk greit lyne boitt and ilk crear wantand ane toip mast to pay for hevyn-sylver and dok sylver 40 penneis; ilk bark or crear with ane toip mast, for hevyn-silver and dok-sylver 6 schillingis 8 penneis; ilk schip abone 40 twn to pay for hevyn-sylver and dok-silver 13 schillingis 4 penneis;—and attour uponn land in Leith or inwith the watter thir custumes efter specifeit to be payit to said burgh by the hevyn-sylver be*

fremen of uther burrowis and unfremen; in primis *ilk barrell of tar, pyk, as or ony barrellit guidis sauld thair 2 pennyis; ilk laid of unyeonnis, apillis, corne, victuall, butter, cheis or ony uther guidis met or sauld in Leyth to be had away 2 penneis; ilk laid of quhyte-fische or hering cumand to Leyth or gangand furth 2 penneis; ilk hundreth greit fische sick as keilling, stok-fische, lingis, salmond &c., not barrellit, 12 penneis; ilk pack of clayth that cumis to the schoir of unfremenis 8 penneis; ilk laid of salt met in Leyth 2 penneis; buirdis, daillis, singill ruif spar, bowstingis, sauld in Leyth, to pay ilk hundreth 5 schillingis; dowbill ruif spar ilk hundreth 10 schillingis; ilk jeist, corbell or waynescott twa penneis; ilk hundreth knappald twa schillingis; ilk hundreth wicker sparris 12 penneis; ilk hundreth girthstingis and skowis 4 penneis; ilk faddome of burnewod 2 penneis; ilk hundreth wyddie of Oismond iryn of unfremen cumand to Leith 8 penneis; ilk daiker of hydis cumand on l(and) to Leyth of unfremenis quhatsumever 8 penneis; ilk hundreth skynis wollin, calffis, gaitskynis, cwnyngskynis or ony uther not payand custome in Edinburgh, 8 penneis;* item *all the twme voydouris of guidis ventit or twme in the raid, hevin or toun of Leyth or to fillingis to be dewteis to the toun of Edinburgh;—and attoure the thesaurer custumes following that the toun of Edinburgh ressavis and takis of strangeris and unfremen of schippis and guidis cumand in at the poirt of Leith and enterit in the townis buikis, togidder with the escheit of the samyn quhair it beis fund unenterit ony fremen of uther burrowis and unfremen quhatsumever;* in primis *ilk last of barrellit guidis sick as pick, tar, meill, as &c., 2 schillingis; ilk twn of wyne 2 schillingis; ilk boitt of Malvasie 18 penneis; of Rence wyne becaus of the greit steikis, of ilk Scottis pound worth 4 penneis; of all soirtis of canves and of all dry mersarie wairis and uther coistly wairis, ilk Scottis pundis worth or valour to pay 40 penneis; ilk barrell of saip, oyle, butter, flesche, talloun, salmound, twelff penneis; ilk barrell of unyeonis or apillis 6 penneis; ilk last of lynt 20 schillingis; ilk last of hemp 10 schillingis; ilk last of iryn 13 schillingis 4 penneis; buirdis, daillis, singill ruif spar, bowstingis, ilk hundreth 6 schillingis 8 penneis; dowbill ruif spar, ilk hundreth 13 schillingis 4 penneis; ilk jeist, corbell, waynescott, 6 penneis; Danskene knappald ilk hundreth 2 schillingis; Norroway knappald twelf penneis; dowbill knappald 4 schillingis; wickker sparris ilk hundreth 12 penneis; girthstingis and skowis ilk hundreth 6 penneis; ilk faddome of burnewode 6 penneis; ilk poik of wad 2 schillingis; ilk schip in gyrnell guidis 2 bollis, ane behynd the mast and ane uther befoir the mast, to the kirkwark;* item *the anchorage of ilk schip abone 40 twn 13 schillingis 4 penneis; ilk schip under 40 twn 10 schillingis; ilk crear 6 schillingis 8 penneis; the quhilk strangeris and unfremen sall pay to the said toun for thair customes of thair guiddis outwart fra Leyth, ilk chalder of salt 2 schillingis, ilk chalder of smyddie coillis 32 penneis, ilk last of hydis 10 schillingis, ilk seck of woll and skynis 20 schillingis, ane pak of clayth 6 schillingis 8 penneis, ilk pak of cwningskynis, lamb-skynis, otteris, toddis, fowmartis and siclyk 10 schillingis;—attoure the saidis provest &c. to tak and haif for ever the schoirsilver, exactionis, dewteis and customes underwritten, quhairof thay presentlie ar in possessioun, of all merchandrice pertening to friemen, unfremen or strangeris, and of the schippis, crearis, barkis or boittis arryvand at thair poirt of Leyth, to be imployit uponn the bigging, inlargeing, uphalding and strenthning of the samyn boundis and lemeittis thairof, thay ar to say, off ilk twn of guidis lossit or ladyn at the said poirt 2 schillingis, and of the schip, bark or veschell for ilk twn thairof 12 penneis; off ilk hundreth tymber cumand in at the said poirt, to tak and haif ane peice thairof, and gangand furth ane uther peice beand sauld; off ilk chalder victuall cumand in or gangand furth at the said poirt 16 penneis, and of the schip, crear or boitt 8 penneis; and siclyke of all uther guidis quhilk ar usit to be disponit be the chalder, and of the schip, bark or boitt quhairin the samyn is according as said is;—mairour that nu*

maner of stapill guidis of strangeris or of fremen of uther burrowis remane or be howsit langar in Leyth efter it be dischargeit or loissit than it may be carrit and brocht to oure said burgh, under the pane of escheit, and that thai mak na market in Leyth under the samyn pane, to be takin and usit be the saidis provest &c. to the tounis use; and in lyk maner that the saidis provest &c. bruik, joys and use all uther custumes and preveleges within oure said burgh, Leyth and watter according to the commoun law, with thair watter courtis, atteachmentis, unlawis and dewteis siclyke as thai and thair predecessouris hes had of befoir with use and wont); necnon fundum et terras olim nuncupat. *the Commoun-closettis* et nuper *the Burs*, cum clausura lignea pro lignorum preservatione et pro communibus locis foralibus, prope villam de Leyth ex boreali parte ejusdem jacen. contigue *the Kingis-wark* et ex orientali dicti portus et orientalis ejus propugnaculi, necnon terram vastam et arenosa loca estuariumque ex orien. et ex borea dicte Burse et clausure, in quantum arida terra ab ipsis conquiri posset extra et infra recessum et accessum maris (que integre bonde jacuerunt inter commune passagium ad litus de Leyth et *the Kingis-wark* ex australi, mare in quantum deverticulum fluminis se extendit ex boreali, loca arenosa et terras nuncupatas Littill Londoun tunc ad dict. burgum spectan., cum hortis et terris Tho. Fischer et quond. Thome Aikinheid et aliorum ex orientali, portum et aquam de Leyth et mare ex occidentali), necnon fundum et terras ubi occidentale propugnaculum dicti portus situatum est, ex occidentali lateri aque de Leyth, cum fundo vasto et mari et locis arenosis circumcirca, in quantum mare ad alluviem (*ane hie streme*) enudatur,—que omnia annexuit ad dictum portum et ad burgum de Edinburgh, cum plena libertate dicti burgi infra eadem, cum licentia meniis, aggeribus et fossis lucrandi et includendi dicta loca vasta, necnon edificandi propugnacula, *lie hallis* et loca foralia, *lie holffis* lignorum et aliorum bonorum, cum granariis et aliis domibus, ac cum potestate inhibendi *all housing, girnalling and keiping* extraneorum mercimoniorum in villa de Leyth preterquam infra bondas predictas sub pena forisfacture, et cum potestate recipiendi devoriam super mercandisiis ibi retentis; necnon duas pecias terre contiguas per eos possessas, quarum una prius ad . . Cokburne spectabat (continens in latitudine 51, in longitudine 63 ulnas), cum promontorio *lie Forth* et monticulo ejusdem et domibus, nuncupat. Lyttill Londoun (intra bondas specificat.), altera (continens *ut sup.*), olim ad quond. Jo. Creich spectabat, in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh; necnon spatium terre ad dict. burgum dispositum per quond. Rob. Logane de Restalrig mense Feb. 1413, in dicta villa de Leyth (inter partem Jo. de Pettindreich et murum in ripa aque de Leyth), remanens vacuum pro bonis reponendis et cariandis ad mare et a mari; necnon spatium terre in dicta villa (continens 12 pedum latitudinem ad minimum et extendens a communi via ante tenementum quond. Mauricii Tailyeour ad dict. aquam, inter tenementum regis et terras quond. Davidis Dwn et Jo. Davidsoun), ut communis venella ibi fieret; necnon omnes vias per terras et baroniam de Restalrig et villam de Leyth ad dictum portum, cum potestate alias vias faciendi ubi placeret, et bona per dict. terras &c. cariandi et decariandi (*kairt and dekairt*), et pontes super aquam de Leyth faciendi, et terras dicte baronie, et arenam et *lie chyngill* et lapides super ripas dicte aque pro portus et pontium constructione fodiendi, et anchoras et rudentes figendi extra dict. portum super terras de Restalrig et Leyth; necnon novum portum (*the hevin and harbrie of Newhevin*) ac stationem et radam ejusdem, cum terris, cunicularis *lie lynkis*, domibus &c., jacen. super litus maris a capella S. Nicholaii ex boreali ville de Leyth ad terras nuncupatas Weirdybrow, cum *lie hevin-sylver, schoir-silver*, anchoragiis et *lie dok-silver, goldyn-penneis*, custumis &c., portui de Leyth annexandis, cum libero passagio ad dict. portum *on fute and hors* et cum curribus, cum libertate amplificandi *the peir and bulwark*, et bona onerandi et exonerandi, anchorasque et rudentes usque ad frontem domorum de *lie* Southraw de

Newhevin figendi; declarando dictos prepositum et ballivos judices competentes ad omnes actiones tam criminales quam civiles infra dict. portus &c.; necnon hereditaria officia vicecomitis et coronatoris infra dict. burgum et alias bondas supradictas (creando prepositum vicecomitem et coronatorem principalem, et ballivos ejus deputatos), cum eschaetis &c.:—PRETEREA omnia suprascripta incorporavit in liberum burgum regale, tenementum et tenandriam, ut unica sasina apud crucem foralem dicti burgi capienda pro omnibus staret sine ulla renovatione imposterum:—REDDEND. 52 merc. sterlingas nomine feudifirme, necnon administrationem justitie in dictis officiis; et pro superioritate de Leyth unum den. albe firme; et pro terris ecclesiasticis, beneficiis &c., faciendo quotidie preces Deo pro preservatione regis et regis successorum:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliv. 363.

1428. Apud Halyrudehous, 19 Mar. REX,—cum consensu &c. (114.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit JOANNI DUDGEOUN in Pincartoun, in vitali redditu, ac GEORGIO DUDGEOUN ejus seniori filio et apparenti heredi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie, — $1\frac{1}{8}$ terras husbandias terrarum de Pincartoun (per dictum Jo. et quondam Jonetam Wode ejus matrem occupatas), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; —quas idem Jo. personaliter resignavit:—REDDEND. unum rubeam rosam nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 25.

1429. Apud Halierudhous, 20 Mar. REX,—cum avisamento &c. (101.),—confirmavit cartam per quondam Pat. episc. Moravie commendatarium de Scona factam quond. Gulielmo Charteris—de terris de Dargo, cum privilegio brasiandi, in dominio et regalitate de Scona (tunc senescallatu de Huntingtoure nuncupato), vic. Perth; —TENEND. dicto Gul. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni C. de Kynfawnes et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque insignia et cognomen de Charteris gerentibus, de dicto monast. in feudifirma:—cum regia carta confirmationis inde sequente, de data 16 Apr. 1586:—necnon preceptum sasine per quondam Jo. olim com. de Gowrie superiorem dict. terrarum desuper factum, de data 21 Jun. 1593, Joanni C. filio et heredi dicti Gul.:—cum instrumento sasine inde sequentis:—necnon cartam per dictum Jo. C. de Dargo, cum consensu Cristine Frislo ejus sponse, desuper factam Joanni Smyth in Balgay in vitali redditu, et Alexandro S. ejus fratri germano, heredibus ejus et assignatis, hereditarie:—necnon cartam per dictos Jo. et Alex. Smythis, cum consensu Margarete Chalmer sponse dicti Alex., desuper factam quond. Andree Gourlay, et Metide Abircrombye ejus conjugi:—necnon preceptum sasine per dictum Jo. Smyth, superiorem dict. terrarum, desuper factum THOME GOURLAY filio et heredi dicti And.:—cum instrumento sasine sequentis inde:—necnon sasinam per dictum Tho. desuper datam MARGARETE ROLLOK ejus conjugi, in vitali redditu:—INSUPER, —pro servitio sibi et suis progenitoribus per dictum Tho. et ejus predecessores prestito, et pro pecunie summa persoluta,—suprascripta de novo ad feudifirmam locavit dictis Tho. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque:—REDDEND. 40 sol., 8 sol. loco gressume quinquennalis, 10 sol. antique augmentationis, *lie pittane-silver* 2 sol., cum 3 caponibus et 3 pultreis; cum arreagiis &c., presentiis et servitiis bellicis *ut in carta* 1273; necnon duplicando dictas 3 lib. in introitu heredum; et si deficerent &c. (*ut in carta* 1272):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 66.

1430. Apud Halierudhous, 21 Mar. REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma locavit et quitteclamavit M. JOANNI JOHNESTOUN commendatario de Haliewode, heredibus ejus et assignatis,—croftam vocat. Palmerlandcroft, 20 solidat. terrarum de Dardryne, 10 sol. vocat. Newtounfute (per Joannem Jaksoun occupat.), mercatam vocat. Over Stepfurd (per Jo. Smyth in

Ferding[r]usche et Jo. Scott occupat.), ½ mercat. vocat. Naperriscroft, 5 solidatas de Corsleyis (per Thomam Brek [vel Bek] et Katherinam Hewat occupat.), 20 sol. de Clauchane, 10 sol. de Dillavodie, ½ mercatam vocat. Maxweltoun, ½ mercat. de Corsleyis (per Davidem M'Cronie occupat.), 5 sol. de Burnfute (per Homerum Gillisoun occupat.), 40 den. de Brumrig (per Tho. Narne occupatas), *lie Mos* de Haliewode vocat. *the Abbottis-mos*, infra baroniam de Haliewode, vic. Drumfreis; cum tenentibus &c.;—que olim ad abbatiam de Haliewode pertinuerunt:—REDDEND. pro Palmerlandcroft 8 sol. 6 den., pro Dardryne 43 sol. 6 den., pro Newtounfute 21 sol. 10 den., pro Naperiscroft 12 sol. 8 den., pro Over Stepfurd 34 sol. 8 den., pro 5 sol. de Corsleyis 13 sol., pro Clauchane 50 sol. 8 den., pro Dillavodie 16 sol. 10 den., pro Maxweltoun 13 sol. 6 den., pro ½ mercat. de Corsleyis 14 sol. 2 den., pro Burnefute 12 sol. 8 den., pro Brumrig 11 sol. 6 den., pro Abbottis-mos 2 sol. 6 den., in toto 12 lib. 15 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum:—INSUPER rex voluit quod una sasina pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 14.

1431. Apud Halyrudhous, 22 Mar.

REX confirmavit cartam Roberti com. de Wintoun domini Setoun, — [qua, — cum consensu Domine Margarete Montgomerie sponse sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter ipsos et Rob. magistrum de W. ipsorum filium et heredem apparentem, et Walt. Dundas de eodem et . . . cautionarios, ab una, et Dominam Jeannam Flemyng comitissam de Cassilis, cum consensu Joannis com. Cassilisse dom. Kennedy &c. ejus sponsi pro ejus interesse, et Annam Maitland filiam legitimam inter quondam Jo. dom. Thirlestane cancellarium Scotie et dictam Jean. procreatam, cum consensu Jacobi magistri de Paislay, Richardi Cokburne feodatarii de Clerkingtoun militis secreti sigilli custodis, et Thome Hammiltoun de Preistisfeild curatorum dicte Anne, pro eorum interesse, ac Jo. Cokburne de Clerkingtoun, dictum Ric. C., Jac. Heriote de Trabroun et Rob. H. ejus filium et heredem apparentem, cautionarios dicte Jean., ab altera partibus, de data 29 et 31 Jan. 1603, in libris dominorum concilii registrandi, — concessit predictis ROBERTO MAGISTRO DE WINTOUN, et ANNE MAITLAND ejus future sponse in ejus virginitate,—terras et dominium de Wintoun, cum castro, molendino, manerie, silvis, lacubus, piscationibus, et terras de Myldis et Windygowlis-Wester, 11½ terras husbandias et 6 *lie Coitlandis* terrarum de Langniddrie (per Jac. Wilsoun, Alex. Steill, Nic. Cuik juniorem, Geo. Bayne, Willelmum Steill, Tho. Robiesoun, Franciscum Tapie, Wil. Reid, Wil. Liddell, Ricardum Wad, Jo. Turnbull, Jac. Wad, Hugonem Steill, Wil. Nicolsoun, Georgium Scott, Geo. Heriote occupatas), tenementum terre cum horto in villa et territorio de Tranent (ad quond. Davidem Seytoun in Tranent pertinen.), in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—TENEND. dictis magistro de W. et Anne in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti magistri quibuscunque, de rege:—REDDEND. servitium debitum et consuetum:—cum precepto sasine directo Rob. Setoun fratri germano Georgii S. de Northrig:—TEST. Alex. dom. Fyvie, D. Jac. Elphingstoun de Barntoun milite secretario regis, Nigello Montgomerie de Langschaw milite, Jo. Cokburne de Clerkingtoun, Jacobo Heriot de Trabroun, Rob. H. ejus filio et herede apparente, Jo. Elphingstoun de Babertoun, Tho. Young scriba signeto regis, Willelmo Setoun de Kyllismure milite, M. Roberto Wallace ministro Verbi Dei apud ecclesiam de Tranent:—carta scripta per Tho. Couttis servitorem dicti Tho. Y.:—Apud Setoun, 31 Jan. 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 326.

1432. Apud Halierudhous, 23 Mar.

REX,—cum consensu &c. (112.93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit D. GEORGIO RAMSAY de Dalhoussie militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, — baroniam de Eidingtoun (continen. *ut in carta* 72), vic.

Beruik;—quas idem Georgius personaliter resignavit;—necnon terras de Clattie, cum fortalicio, molendino et ejus terris, terras de Beatiscraigis et Newbiging, vic. Fyiff;—quas David Ramsay de Clattie,—pro impletione contractus matrimonialis inter quondam Geo. Ramsay de Dalhoussie, Eliz. Hepburne ejus sponsam, Jo. R. ejus filium et heredem apparentem, et Jac. R. ejus filium secundogenitum, ab una, et dictum Dav. R. tunc feodatarium de C., quond. Margaretam Auchmoutie ejus sponsam, et Eliz. R. ejus seniorem filiam et heredem apparentem, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 5 Apr. 1570, registrati in libris concilii 3 Apr. 1573,—resignavit pro hac carta concedenda dicto D. Geo. tanquam filio et heredi dictorum Jac. et Eliz.;—necnon terras ecclesiasticas rectorie de Keringtoun (specificatas *ut in carta* 1168), vic. de Edinburgh;—quas Marcus dominus de Newbottle cum consensu . . Maxwell sponse sue, et advocationem rectorie et vicarie ecclesie de Keiringtoun idem D. Geo. personaliter, resignaverunt:—INSUPER rex de novo incorporavit dict. baroniam de Eidingtoun; et dict. terras &c. de Clattie, Beatiscraigis et Newbiging incorporavit in liberam tenandriam de Clattie:—RESERVATO dicto Davidi libero tenemento de Clattie cum fortalicio et molendino:—REDDEND. pro dictis baronia et tenandria jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum dicte baronie ad 20 lib., dicte tenandrie ad 16 lib., in toto 36 lib. annuatim, relevium ad totidem, et maritagium ad 1000 merc.); pro terris ecclesiasticis *ut in carta* 1168:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 331.

1433. Apud Halyrudehous, 24 Mar. REX,—cum consensu &c. (93.)—constituit M. ANDREAM LAMB ministrum Evangelii, pro ejus vita,—commendatarium abbatie de Cowper, cum ejus ecclesiis, capellaniis, prebendis, decimis, fructibus &c., cum loco abbatie, domibus et aliis infra precinctum ejusdem;—que abbatia regi devenit per baratriam M. Leonardi Leslie ultimi commendatarii, aut ob ejus decessum extra regnum aut aliter:—INSUPER,—cum avisamento &c. (112.),—exoneravit dictum And. de primi anni fructibus et quinto denario dicte abbatie:—et promisit hanc provisionem in proximo parliamento ratificare. xliii. 294.

ANNO REGNI 1 et 36. ANNO DOMINI 1603.

1434. Apud Halierudhous, 28 Mar. JACOBUS DEI GRATIA REX ANGLIE, SCOTIE, FRANCIE ET HIBERNIE, Fidei Defensor,[1]—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam D. Jacobi Douglas de Drumlangrig militis,—[qua,—pro perimplemento contractus de data presentium, in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit WILLELMO M'CLELLANE de Auchlane tutori de Bombie, et Domine KATHARINE KENNEDIE domine de Barnebarroche ejus sponse,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Balmernes (Almernes), cum manerie, piscariis et *lie fische-yairis*, in parochia de Butill, senesc. Kirkubrycht; cum jurisdictione regalitatis et justiciarie infra bondas dict. terrarum:—TENEND. dictis Wil. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, Gilberto M'Clellane de Geltua et heredibus ejus masculis quibuscunque, irredimabiliter, de rege in feudifirma:—REDDEND. 27 lib. 13 sol. 4 den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Tho. Lidderdaill apparenti de Ile:—TEST. Jo. Broun apparente de Land, Wil. M'Clellane de Netherthrid, Jac. M'Culloch de Drummorrell, Wil. Douglas de Eschetries, Geo. M'Kartnay servitore dicti Wil. M. de Auchlane:—carta scripta per Jo. Bartane servitorem Jo. Haliday advocati:—Apud Edinburgum, 9 Nov. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 93.

[1] In some charters *Scotie* is placed before *Anglie*; and in some the style is "Rex Anglorum, Scotorum &c." The style "Rex Magne Britannie, Francie et Hibernie" begins to appear in August 1604, though the name of Great Britain was not formally adopted till November following.

1435. Apud Halyrudehous, 1 Apr. REX confirmavit cartam Andree Murray de Balvaird, filii et heredis quondam D. Andree M. de Arnegosk militis,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit PETRO HAY de Muirtoun, et ELIZABETHE RAMSAY ejus conjugi,—quartam suam partem umbralem ville et terrarum de Muirtoun, in parochia de Leucheris, vic. Fyiff:—Tenend. dictis Petro et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pet. sive assignat. quibuscunque, irredimabiliter, de dicto And.:—Reddend. 40 sol. feudifirme, si peteretur tantum:—cum precepto sasine:—Test. D. Pat. Murray de Baltoun (Balbyn?) milite, Davide Balfour de Balledmonth, Rob. Murray de Pittollok, Jo. Inglis servitore dicti D. Patricii:—carta scripta per Jo. Moreis servitorem M. Willelmi Weymis advocati:—Apud Balvaird, 19 Sept. 1602]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 322.

1436. Apud Halyruidhous, 1 Apr. REX,—cum consensu &c. (93.),—ratificavit [1] cartam per quondam Ferquhardum episc. Insularum ac commendatarium de Icolmekill, et ejusdem conventum, factam A.D. 1532 quond. D. Joanni Campbell de Calder militi, et ejus heredibus,—de villis et terris de Mukcarne subscriptis, viz. Lyild extenden d 5 denariat., Kilmacronage ad 15 (vel 5) den., Coulmadalych ad 7 den., Clasgarrok ad 5 den., Farnycht ad 6 den., Ardnaske ad 5 den., Kellienaise ad 5 den., Ballyndeor ad 7 den., Ardagaw ad 10 denariatas, Killespikkirrell ad 10 den., Ardinuir ad 6 den., Skoull ad 3 den., Barhigellane (vel Bothigillane) ad 4½ den., Duntawnichane ad 4½ den., Barglas (vel Balglas) ad 5 den., Drowmynturne ad 9 den., Clynemakrie ad 10 den., Achnecossinde ad 6 den., Kilmolrow (vel Kilmarow) ad 5 den., cum officiis balliatus, regalitatis ac justiciarie infra bondas earundem;—Tenend. de dicta abbatia in feudifirma:—[2] literam exonerationis per dictos Fer. &c. factam 8 Aug. 1532, remittendo dicto Jo. pro balliatus feodo 39 lib. 9 sol. 2 den. de summa in dicta carta contenta:—[3] cartam per quond. Jo. commendatarium de Ardchattane, et ejusdem conventum, de data 10 Jun. 1564, factam quondam M. Alexandro Campbell—de 4 mercatis terrarum de Ardache, 3 mercat. de Cullerecherren, 4 mercat. de Kilbranean (vel Kilbrandan), 8 mercatis de Ardchatten et Inyeon, 4 mercat. de Inveresragane cum molendino, 2 mercat. de Over Cadderle, 2 mercatis de Cadderlemore, mercata de Cadderlbeg alias Cadderlenamanycht, 2 mercatis de Craigdurenis, 3 mercatis de Blaircryne et Camcreggie (vel Congregie), 2 mercatis de Criagan, 3 mercat. de Culte et Beallych, cum insulis de Ellanamayne et Ellandurrychie, cum salmonum piscationibus *lie stell-nettis*;—Tenend. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, quond. Joanni C. de Calder et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicti Jo. propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de Campbell gerentibus, de dicto prioratu in feudifirma:—cum ratificatione earundem in dorso script., per Alex. commendatarium de Ardchattane, de data 22 Maii 1584, facta dicto quond. Jo. C. de C.:—Insuper confirmavit suprascripta, omnia in dominio de Lorne, vic. Argyle, jacentia, JOANNI CAMPBELL tunc de Calder (antiquo et nativo eorum tenenti et feudifirmario), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque;—que idem Jo. resignavit; et que rex,—quia per frequentes incursiones Hibernorum contra dicta monasteria antique fundationes alieque evidentie destructe et abstracte fuerant, sic quod privilegia consueta tunc obscura essent, quamvis manifeste notum est quod dicta monasteria in possessione fuerunt officiorum ballivatus, regalitatis et justiciarie suprascriptorum,—pro servitio sibi impenso et impendendo, de novo dicto Jo. in feudifirmam dimisit, cum piscationibus salmonum et halecum et aliis piscationibus in aquis de Lochetive a Rownafynnart ad ingressum aqueductus de Etive, ceteris piscationibus, carbonibus &c. ab antiquo ad abbatiam de Icolmekill pertinentibus, et cum carbonibus &c. ab antiquo ad prioratum de Ardchattane pertinen., et cum officiis regalitatis, justiciarie

et balliatus omnium suprascriptorum; et omnia incorporavit in liberam baroniam de Kilmaronage:—REDDEND. pro Mukcarne (antea extenden. ad 78 libras, 5 sol. pro unaquaque 105 bollarum nigre farine avenatice, 6 sol. 8 den. pro unaquaque 25 bollarum ordei) 81 lib., 5 sol. 6 den. pro qualibet bolla farine, 7 sol. 8 den. pro bolla ordei, et pro piscationibus de Lochetive &c. 40 sol.; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro Ardache &c. (*ut in carta* 691 *tomi precedentis*):—POSTREMO rex remisit dicto Jo. feodum supradictum; ille tamen faciendo justitiam omnibus personis in dictis officiis equaliter:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78.

xlvi. 298.

1437. Apud Halierudhous, 2 Apr.

REX concessit M. THOME HENRYSOUN uni commissariorum de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre ex boreali parte de *lie* Kowgait burgi de Edinburgh (inter terras Alexandri Harvie, Tho. Diksoun et Jo. Thomesoun);—quod regi devenit ob decessum Roberti Wod brasiatoris in Edinburgh, bastardi:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 12.

1438. Apud Halierudhous, 2 Apr.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit JOANNI WRQUHART de Craigfintray—terras et villam de Ordmidlie, Boglis, tertiam partem terrarum de Racloch, terras de Carnordie, Clichboig, Polglassie Over et Nether, cum earum molendino, terris molendinariis &c., villam et terras de Carlingcraig, villam et terras de Fortrie, cum molendinis, tenentibus &c., cum focalibus et petariis ad terras de Ordmidlie et Boglis in marresio de Muresk vocato Braidmos, cum libero introitu per terras de Muresk, in baronia de Muresk-Dempstar, vic. Abirdene; incorporatas in liberam baroniam de Ordmidlie; necnon terras et villam de Streth, cum *lie ailhous* et ejus crofta, ac privilegio brasiandi consueto, in baronia de Fyvie, vic. Abirdene; quarteriam villarum et terrarum de Eister Creichie, Middil C. et Creichnaleid, cum manerie, tenentibus &c., in parochia de Fyvie, vic. Abirdene; terras de Creichnaleid (*et cetera in carta* 648 *contenta*); terras et baroniam de Craigisfintray, Balmalie, cum fortalicio et manerie de Craigisfintray, Morles, Rothestrype et Birkinhill, Mylnsait, Cauldwallis, cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Abirdene; terras de Mekill Auchry et occidentales tertias partes earundem, cum ceteris pendiculis nuncupatis Cairnecak, Selliscruik, Monquhittour, Potdrum, Haddriehill, molendinum de Meikill Auchry cum ejus terris &c., terras de Bathangie, Middilhill de B., in parochia de Turreff, baronia de Abirdour, vic. Abirdene; terras de Over Tullimauld et Blakhillis, in baronia de Essilmonth per annexationem, vic. Abirdene; cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum; terras de Auchnamoyne, in parochia de Kinedward, vic. Abirdene;—quas idem Jo. resignavit:—INSUPER rex ratificavit cartam venditionis per Tho. Meldrum de Eden factam dicto Jo., de dictis terris de Auchnamoyne, de rege tenendis, de data apud Abirdene, 25 Feb. 1601;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Craigisfintray:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc., cognomen et arma de Wrquhart gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; non obstante quod terre de Meikill Auchry et seqq. (usque ad Blakhillis) in alba firma pro solutione unius rose, baronia de Ordmidlie in taxata warda, et cetera per servitium warde, prius tenebantur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 21.

1439. Apud Halierudehous, 2 Apr.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit THOME BELLENDEN filio legitimo et heredi quondam Willelmi B. in Hairhoipe, in vitali redditu, ac WILLELMO BELLENDEN filio et heredi apparenti dicti Tho., et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Thome ejusque heredibus et assignatis quibuscunque reversuras,—terras de Over et Nether Stewartoun, vic. Peblis;—quas M. Franciscus Boithwell, filius

legitimus secundogenitus quondam Adami episc. Orcaden. commendatarii de Halyrudehous, in eorum favorem resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 37.

1440. Apud Halierudhous, 2 Apr.
REX confirmavit cartam Walteri Leckie de eodem, liberetenementarii infrascriptorum, —[qua,—pro impletione contractus matrimonialis de data apud Donypace, 13 Oct. 1597,—cum consensu (quond.) Alexandri L. filii sui, feodatarii ejusdem,—concessit MARIOTE LEVINGSTOUN sponse sue future, sorori Alexandri L. de Pantosken, in vitali redditu,—terras de Newpark, extenden. ad 30 solidat. (per dictum Walt., Jac. Davie et Alex. Lyll occupatas), in baronia de Leckie, vic. Stirling:—REDDEND. dicto Alex. Leckie unum den. albe firme: —cum precepto sasine directo Jo. Duncane: —TEST. Alex. Nairne in Livilandis, Alex. Baillie in Leckie, Tho. Wordie apud templum S. Niniani, Gilb. Lennox Jacobi Lennox filio, Jo. Sinclair notario (scriptore carte):—Apud templum S. Niniani in edibus Jacobi Lennox, 13 Oct. 1597]:—NECNON aliam cartam dicti Walt.,—[qua, pro impletione dicti contractus, concessit dicte Mariote, tunc conjugi sue, in vitali redditu, et heredibus inter dictos Walt. et Mar. legitime procreatis hereditarie, quibus deficientibus, heredibus dicti Walt. quibuscunque reversuras,—terras vocat. *lie* Nether Maynes de Leckie et Garnabane (per Jo. Gourlay occupat.), extenden. ad 2½ mercat. antiqui extentus, in baronia de Leckie, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—RESERVATO libero tenemento dicto Walt.:—PROVISO quod quandocunque dict. Walt., heredes ejus aut assignati, post decessum dicte Mar. summam 2000 merc. persolverent dictis heredibus inter dictos Walt. et Mar. procreatis, in ecclesia parochiali de Sterling, aut sub premonitione 40 dierum in manibus unius ballivorum burgi de Sterling responsalis et terras dictam summam valentes habentis consignarent, haberent regressum ad dict. terras: —TEST. Jo. Skougall servitore M. Alexandri Levingstoun advocati, M. Jac. Wischart et Andrea Hay (scriptore carte) servitoribus Jacobi Kynneir scribe signeto regio, Alex. Leckie servo dicti Walteri:—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 53.

1441. Apud Halierudhous, 3 Apr.
REX,—cum avisamento &c. (101.),—confirmavit cartam Andree Patersone de Luthrie,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Cowper et Dwnmure, 7 Jul. 1601, in libris concilii registrari ordinati,—concessit GEORGIO PATERSONE, filio suo legitimo seniori,—orientalem suam dimedietatem terrarum de Dwnmure nuncupat. Ovir Dwnmure cum molendino, $\frac{7}{16}$ partes ville et terrarum de Luthrie, cum integro molendino, moris et maresiis, in dominio et senesc. de Fyiff:—RESERVANDO liberum tenementum de Ovir Dwnmure Rob. P. de Dwnmure patri dicti And. et dicto And.; lib. ten. de Luthrie dicto Andree pro vita dicti patris sui:—TENEND. dicto Geo. et heredibus masculis inter eum et Katherinam Aytone ejus sponsam, sororem legitimam Andree A. de Nether Dwnmure, legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. pro Ovir Dunmure 14 lib., et 2 celdras avenarum, et 24 capones;—pro quarta parte et dimedietate decimesexte partis de Luthrie 20 lib. 18 sol. 1½ den., et pro molendino de L. cum multuris, pastura &c., 8 lib. 6 sol. 8 den., in toto 29 lib. 4 sol. 9½ den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon sustentando mansionem cum politiis solo corresponden.;—pro octava parte et dimed. decimesexte partis de Luthrie, cum mansione et marresio, 11 lib. 12 sol. 3½ den.; ac duplicando et sustentando *ut sup.*:—PROVISO quod dictus And. non teneretur in warrantiam dict. octave et dimed. decimesexte partis de Luthrie ex occidentali parte earundem, per se a Joanne Patersone conquestarum:—cum precepto sasine:—TEST. And. et Joanne Patersones filiis legitimis dicti And., Jo. P. suo fratre germano, Tho. Hunter burgen. de Dundie, And. Glasfurd, notariis publicis: — carta scripta per Alex. Luklaw notarium publicum: —Apud Luthrie, 4 Dec. 1601]:—INSUPER rex ratificavit cartam per dictum Jo. P.

factam dicto Andree P. de L.,—de dictis octava parte et dimed. decimesexte partis de Luthrie :—PRETEREA, pro servitio sibi prestito, omnia suprascripta dicto Geo. ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit :—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 80. 49. 78. xliv. 26.

1442. Apud Halierudhous, 4 Apr.

REX confirmavit cartam quondam Willelmi Keyth de Delny militis,—[qua, pro fideli servitio, vendidit M. JACOBO DONALDSOUN advocato coram dominis concilii, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — summas pecuniarum &c. nomine augmentationum tantum dicto Wil. per tenentes et feudifirmarios baronie de Delny, vic. Invernes, debitas :—REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Alex. Patersoun burgensi de Invernes :—TEST. M. Alex. Keyth filio legitimo M. Joannis K. rectoris de Duffus, M. Pat. Donaldsone fratre germano dicti Jac. (scriptore carte), Wil. Proffeit servitore dicti Jacobi, Pat. Leslie de eodem :—Apud Edinburgh, 25 Apr. 1594]:—PRETEREA, pro bono servitio, —cum avisamento &c. (101.),— dictas augmentationes dicto Jac. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 347.

1443. Apud Halierudhous, 4 Apr.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit DAVIDI LINDSAY de Edzell equiti aurato, uni senatorum collegii justitie, et Domine ISSOBELLE FORBES ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibus masc. dicti Dav. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — solarem dimedietatem terrarum de Watterstoun (specificat. *ut in carta* 1406), in parochia de Fearne, vic. de Forfar ;—que fuit Jacobi Watterstoun de eodem, fratris germani quondam Alexandri W. feodatarii de eodem; et in qua dictus Dav. per ejus dispositionem infeodatus erat; et quam dictus Jac., tunc in Barres, cum consensu dicti Dav. pro ejus interesse,—pro perimpletione contractus de data 18 Oct. 1601, ac pro corroboratione prioris contractus de data apud Edzell, 9 Nov. 1596, in libris commissariatus de Brechine registrati 26 Oct. 1597, cum decreto dominorum desuper sequente de data 25 Maii 1598,—in favorem dictorum Dav. et Is. resignavit :—REDDEND. unum den. albe firme, non obstante quod prius per servitium warde tenebatur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 309.

1444. Apud Halyruidhous, 4 Apr.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit ALEXANDRO DOUGLAS clavigero, portionario de Rathobyris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — *lie* Maynis de Crawmond &c. (*ut in carta* 1070);—quas idem Alex. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, dicto Alex. de novo in feudifirma disposuit, cum villa et terris de Nether Crawmond, earum molendinis, piscationibus tam in aquis dulcibus quam in salsis, *lie swarff*, *wrak* et *wair* eisdem adjacen., cum communia dicte ville, tenentibus &c., et cum *lie port*, *hevin and harberie* dicte ville, *lie swarff*, *wrak* et *wair* ejusdem, cum custumis, anchoragiis &c. (olim ad episcopos Dunkelden. pertinen.);—et constituit dictum Alex. hereditarium exquisitorem bonorum inhibitorum et non custumatorum dicte ville sive ejus portui advenientium (dimed. regi et dimed. usui dicti Alex. applicand.);—et omnia incorporavit in liberam tenandriam de Nethir Crawmond, ut unica sasina apud fortalicium et maneriem de C. capienda pro omnibus staret :—REDDEND. 120 merc.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 315.

1445. Apud Halyrudehous, 4 Apr.

REX, — cum consensu &c. (93.), — ad feudifirmam dimisit DAVIDI LITTILL juniori de Baldinsgill, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — terras de Over et Nethir Cassokis et Polclave, cum manerie loco, molendinis, cunicularis, vic. Drumfreis ;—que olim ad monasterium de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 10 lib., cum ceteris devoriis et servitiis (si que essent) solvi solitis, et 6 sol. 8 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 27.

1446. Apud Palatium de Halyrudhous, 4 Apr.

REX confirmavit cartam factam per Arch. Dowglas de Pettindreich,—[qua, virtute contractus de data 11 et 15 Mar. 1603, vendidit D. GEORGIO HOME de Spott militi, thesaurario regis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Samsounswallis, Crumstane, terras dominicales de Duns cum cottagiis et acris earundem jacen. prope vel infra villam de Duns, 7 terras husbandias in territorio de Quhitsum, cum cottagiis, tenentibus &c., 2 terras husb. in villa de Hiltoun, terras vocat. Prestoniswairis, vic. Beruik;—que omnes olim fuerunt quondam Georgii Home de Spott:—REDDEND. regi pro dictis terris de Quhitsum jura et servitia debita et consueta; pro ceteris 8 den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, presertim a vitali redditu et tertia competentibus ad Joannam Hammiltoun relictam dicti quond. Geo.; exceptis tamen infeofamento dict. terrarum dicto D. Geo. antea confecto, et infeofamento proprietatis 4 terrarum husb. de Newtoun-Quhitsom per quondam Geo. Home de Spott concesso olim Joanni Home de Crumstane, et infeofamento de Prestounwairis per quond. Geo. Home de Spott facto quond. . . Home de Brumehous sub reversione continen. 100 merc. et assedationem . . annorum post redemptionem:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Home de Coldenknowis, Archibaldo Dowglas de Quhittinghame, M. Tho. Hammiltoun de Monkland advocato regio, M. Wil. Kellie scriba signeti regii, Thoma Cranstoun:—carta scripta *ut in carta* 830:—Apud Edinburgum, 15 Mar. 1603]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto D. Georgio Home de Greinlaw militi, servitori suo, de novo dedit, cum terris de Rowlismaynis (per Jac. Dowglas de Spott et Annam Home ejus conjugem, unicam legitimam prolem dicti quond. Geo., resignatis), et cum advocatione prebende in ecclesia collegiata de Dumbar appellate prebende seu rectorie et vicarie de Dunce:—REDDEND. pro dictis terris 12 den., pro advocatione suprascripta unam albam rosam, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 362.

1447. Apud Halyrudehous, 4 Apr.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo D. JACOBO ELPHINGSTOUN de Barnetoun militi, secretario suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—solarem dimidietatem terrarum de Balgregy (per Petrum Reddy et Davidem Gib occupatam), terras vocatas Strutheris dicte dimid. adjacentes (per Alex. Clerk, Alex. et Arch. Lawes occupat.), in dominio de Lochquhoreschyre, vic. Fyiff;—quas Hen. Maull portionarius de Scryine et Hen. M. ejus filius legit. in favorem dicti Jac. resignaverunt:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 4 lib. annuatim, et maritagium ad 40 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 18.

1448. Apud Halierudhous, 4 Apr.

REX confirmavit cartam factam per quond. Hen. Bickartoun scribam signeti regii, cum consensu Violete Twedy conjugis ejus, domine conjuncte infeodationis infrascriptorum,—[qua, pro perimpletione contractus in libris concilii registrandi, vendidit DAVIDI REID de Aikinheid, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—quartam suam partem terrarum de Eister et Wester Petdoneis, in parochia de Dumfermeling, vic. Fyiff:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. commendatario de Culros, Jo. Reid de Gartknowie, Davide Dumbrek et Rob. Broun servitoribus dicti Dav. R., Jacobo Justice, M. Jac. Harlaw, notariis publicis:—carta scripta *ut in carta* 713:—Apud Edinburgh, 11 Mar. 1597]:—NECNON cartam Joannis Scott de Wester Sawling,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit dicto Dav. Reid—terras de Wester Sawling alias Blaksawling, cum silvis et piscariis, vic. Fyiff:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, (quond.) Jacobo R. ejus patruo et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Davidis quibuscunque et assignatis, absque reversione, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. M. Tho. Nicolsone advocato, Ric.

Cas scriba signeti regii, Roberto Smetoun janitore castri de Edinburgh, Pat. Gray portionario de Elistoun :—carta scripta *ut in carta* 713: —Apud Edinburgh, 11 Aug. 1597]:—PRETEREA, pro bono servitio, confirmavit dicto Dav. R.—terras de Blairforth, Staintoun, Colleinstoun et Scharamylhill, in baronia de Cuthilgourdie, vic. de Perth ; terras de Littill Sawling, cum tenentibus &c., terras de Eister et Wester Petdynneis, vic. Fyiff ;—quas idem Dav. resignavit ;—et que omnia suprascripta rex ei de novo dedit, et in liberam tenandriam de Petdynneis incorporavit : — TENEND. dicto Dav. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., ejus legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis quibuscunque : — RESERVATO Annabelle Bruce, sponse dicti Davidis, libero tenemento de Blairforth, Staintoun, Colleinstoun et Scharamylhill :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et nonintroitum ad 80 lib. annuatim, relevium ad 80 lib., maritagium cum contingeret ad 300 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 79.

1449. Apud Halyrudehous, 5 Apr. REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit servitori suo ROBERTO ARNOT de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Pittuncardie, terras de Ladinurquhart-Eister cum pendiculis, et presertim earum pendiculum nuncupat. Davilandis-fauldis, vic. Fyiff ;—quas terras de Pittuncardie Rob. Ayttoun de Pittuncardie, cetera D. David Murray de Gospertie miles, in favorem dicti Rob. Arnot resignaverunt ;—necnon,—cum avisamento &c. (92.),—dicto Rob. Arnot ejusque heredibus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque,—dimidietatem ville et terrarum de Kincraigie cum mansione, in baronia de Pitgornow, vic. Fyiff ;—quam, olim de monasterio de Balmerinoch tentam, Ric. Maxwell senior portionarius de Kincraigie et Ric. M. junior ejus filius et heres apparens in favorem dicti Rob. Arnot resignaverunt :—REDDEND. pro Pittuncardie jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum ad 10 mercas annuatim, relevium ad 10 merc., maritagium ad 40 mercas) ; pro Laddinurquhart-Eister et Devilandis-faldis unum den. albe firme ; pro Kincragie 8 mercas, 8 capones, 4 mercas augmentationis, *et cetera*, *ut in carta* 841 *tomi precedentis* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 305.

1450. Apud Palatium S. Crucis, 5 Apr. REX confirmavit JOANNI DOMINO LINDSAY DE BYRIS — terras de Auchterutherstruther, cum castro, manerie loco, molendinis, silvis, piscationibus, cunicullariis, terras de Kirkforther cum manerie loco et molendino, cum superioritate terrarum de Lethame, cum tenentibus &c. omnium suprascript., in liberam tenandriam de Auchterutherstruther incorporatas, in regalitate de Sanctandrois, vic. Fyiff ; necnon hereditarium officium balliatus monasterii S. Andree et omnium terrarum ad id spectantium, cum 80 lib. tanquam devoria de decimis garbalibus villarum et terrarum de Muretoun, Drym, Drumhillis, Mungoiswallis, Middill Garmiltoun, Cadra, Hervestoun alias Coittis, cum pendiculis de Byris, in baronia de Byris, constab. de Hadingtoun et vic. Beruik ;—quas (dict. tenandriam de archiepiscopis Sancti Andree, dict. officium et devoriam de dicto monasterio, olim tentas) idem Jo. resignavit ; et quas rex,—cum consensu &c. (93.),—pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Jo. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Jo. de novo dedit, cum advocatione ecclesiarum et parochiarum de Hadingtoun et Seres (infra quarum parochias maxima pars terrarum ad dictum Jo. pertinuit) ;—cujus ecclesie de Hadingtoun unam partem Domina Issobella Hepburne priorissa de Hadingtoun (cum consensu Andree Schethum de Skelpie mariti sui pro ejus interesse) et conventus ejusdem, alteram Ludovicus Lennocie dux prior S. Andree cum consensu conventus ejusdem, ecclesiam de Sires M. Rob. Buchquhannane prepositus de Kirkheuch apud S. Andream cum consensu conventus ejusdem, dimiserunt :—INSUPER rex dissolvit dict. ecclesiam de H. a dictis monasteriis, et ecclesiam de S.

a dicta prepositura, et easdem, cum mansionibus, glebis, terris ecclesiasticis, decimis &c. erexit in separatas rectorias et vicarias; —et omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Auchterutherstruther:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Lindsay de Byres gerentibus, in infeofamento tallie dominii de Byris specificatis, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia S. Andree, ac pro Auchterutherstruther 6 den. argenti, pro Kirkforther 40 sol., nomine cane, pro dicto officio servitium balliatus debit. et consuet. (proviso quod liceret regi in absentia dicti Jo. curias balliatus tenere), pro advocatione alterutrius dict. ecclesiarum unum den. si peteretur tantum:—INSUPER rex taxavit wardam et nonintroitum dict. terrarum ad 80 lib. annuatim, et maritagium ad summas in infeofamento tallie et taxate warde terrarum et baronie de Pitcruvie contentas;—et concessit dicto Jo. exitus, amerciamenta et eschaetas curiarum dicti balliatus, pro solutione 26 sol. 8 den. nomine taxate feudifirme devorie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 308.

1451. Apud Halierudhous, 5 Apr.

REX,—cum consensu &c. (93. 113. 103.), —concessit et,—pro servitio sibi prestito, specialiter 5 Aug. 1600 infra burgum de Perth pro defensione persone sue cum per quondam Jo. olim com. de Gowrie, ejus fratrem eorumque complices, de vita sua invasus fuit,—de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO DRUMMOND de Innerpeffrie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—2 mercatas terrarum de Bamaclone (per quondam Donaldum Halie occupat.), alias 2 mercat. de Balmaclone (olim per Hen. Lutfute occupat.), terras vocatas *lie* Calsayend, Meckven alias *lie* Brewland, Eister Dubheid, Southsyid, Eister Craig (per Hugonem Ramsay et Laurentium Young occupatas), quarteriam villarum et terrarum de Williamstoun et Soutertoun (olim per Laurentium Oliphant occupatam), terras de Wester Dubheid, Threphill, dimedietatem de Rahalloche (ad quond. Jacobum Chisholme de Cromlix pertinen.), tertiam partem de Ardbeny, cum prato ex occidentali et boreali partibus ecclesie de Maderty jacen., molendinum de Dumfalley et molendinum apud maneriem de Incheffray, cum terris molendinariis &c., terras *lie* Smiddiecroft cum domibus et hortis, *lie* Palicecroft, Abbottisbarne et Barnyairdis, predium et terras vocatas Donaldsounes-hous et Gedstankis, Almerland et Greneyeardis, Prioris-medow, Haygrene et Waird, in baronia de Cardny, vic. de Perth; terras de Auchincloich, in dominio de Lorne, vic. Argyle; cum castris, maneriebus, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., cum decimis garbalibus de Smiddiecroft et seqq. (usque ad Waird) inclusis que nunquam a trunco separate fuerant;—que olim ad abbatiam de Incheffray pertinuerunt;—necnon alias 6 mercat. ville et terrarum de Balmaclone, terras de Over Dubheidis, solarem dimedietatem de Sowttertoun, octavam partem de Williamestoun, 3 librat. de Eister Craig, terras de Wester Craig (exceptis 20 solidatis earundem ad Davidem Scott pertinen.), cum castris &c. (*ut sup.*), in baronia de Cardny, vic. Perth;—quas terras de Balmaclone Geo. Spens, Over Dubheidis et Souttertoun David Rollok de Powis, Williamstoun Edw. Murray, Eister Craig M. Thomas Rollok advocatus, Wester Craig idem Jacobus Drummond et Jo. Bruce de Auchinbowy, in favorem dicti Jacobi resignaverunt:—INSUPER rex concessit quod unica sasina apud villam et terras de Over Dubheidis capienda pro omnibus staret:—REDDEND. 16 libras 8 sol. 6 den., 20 bollas farine avenatice, 12 bol. 3 peccas avenarum, 44½ *lie thravis* straminum, 5 duodenas et 1 caponem, et 6 duodenas et 11 pultreas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et solvendo ceteras devorias et servitia consueta si que essent, et perimplendo reliquas provisiones in antiquis infeofamentis contentas:—et quia dictus Jac. ad dict. abbatiam de Incheaffray (ad quam omnia suprascripta olim pertinuerunt) legitime provisus erat, rex eum de integris feudifirmis et servitiis suprascriptorum pro ejus vita exoneravit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 314.

1452. Apud Halierudhous, 5 Apr.
REX. concessit JACOBO MAGISTRO DE PAISLAY, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — baroniam de Abircorne (continen. *ut in carta* 1396);—quam Jo. dom. Lindsay de Byris in ejus favorem resignavit;—necnon officium vicecomitis de Linlythgow cum feodis &c., ac terras et *lie* Maynis de Abircorne (*et cetera in carta* 1212 *contenta*);—quas idem Jac. resignavit;—et quas omnes rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, dicto Jac. de novo dedit, cum advocatione vicarie de Abircorne; et omnes incorporavit in liberum dominium et baroniam de Abircorne, concedendo dicto Jac. titulum, honorem et statum liberi baronis et domini parliamenti, DOMINI DE ABIRCORNE vocandi, et ut dict. dominium insigniis et dominii armis ut congruit honoraretur;— et erexit villam de Newtoun, et tantum terrarum ejusdem ut dictus Jacobus designaret, — in liberum burgum baronie de NEWTOUN DE ABIRCORNE; cum potestate dicto Jac. eligendi ballivos, consules, burgenses liberos &c.; cum libertate burgensibus de *lie pack* et *peill*, emend. et vendend. &c.; et cum potestate habendi forum hepdomadatim die Jovis, cum duabus nundinis annuatim, 1 Jul. (*Sanct-Serffis-day*) et 29 Sept. (*Michaelmes-day*), cum custumis &c., et incarcerationis locos publicos et privatos;—quem burgum rex dict. dominium et baroniam univit, et voluit quod unica sasina apud maneriem seu fortalicium de Newtoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro antiqua baronia de Abircorne *ut in carta* 1396; pro dicto officio *ut in carta* 1109; pro terris et *lie* Maynis de Abircorne &c. *ut in carta* 299, et pro carbonibus, si invenirentur in dict. terris feudifirmariis, 40 sol.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 333.

1453. Apud Halierudhous, 5 Apr.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit JOANNI WALLACE de Craigie, heredibus ejus masc. et tallie quibuscunque cognomen et insignia de Wallace gerentibus,—109 mercat. terrarum de Richartoun antiqui extentus, 40 mercat. ant. ext. de Craigie, cum castro, stagnis, carbonibus, tenentibus &c., molendinis et piscationibus, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras de Knokdoliane &c. (*ut in carta* 763); 20 librat. terrarum de Dundonald ant. ext., cum fortalicio, manerie loco, molendinis, piscationibus, duas villas et terras de Prestick et Newtoun de Air, cum earum molendino granario, piscationibus in mari, carbonibus, salinis, libertatibus, extenden. ad 13 sol. 4 den. ant. ext., in dictis balliatu et vic.; 3 librat. 3 sol. 4 den. terrarum de Previck (per And. Crawfurde et ejus subtenentes occupat.), cum earum carbonibus et salmonum piscariis in omnibus partibus aque de Air ex conspectu dict. terrarum, mercatam ant. ext. nuncupat. Donaldmoit cum prato, 3 acras vocat. Rouch-aikeris, 10 acras aut eocirca *lie* Twastanecroce, terras nuncupat. Jakisfauld, et mercatam ant. ext. de Abbotishill, in Kyle-regis, vic. Air; officium balliatus de Kyle-stewart cum privilegiis; 5 libratas terrarum de Ellerslie, cum earum fortalicio, manerie loco, molendino, in baronia et vic. de Ranfrew;—quas idem Jo. resignavit;— necnon 40 solidatas terrarum de Auchinrugland cum earum fortalicio et manerie loco, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; —quas Wil. Hammiltoun de Mosgavill in favorem dicti Jo. resignavit; — necnon terras et baroniam de Newtoun, olim baroniam de Sanquhar-Hammiltoun nuncupat., viz. terras de Sanquhar-Lindsay et earum communiam, cum advocatione ecclesiarum et capellaniarum infra dict. terras jacentium, terras de Stokhill, Sandiefurde, *lie Mailling* Joannis Andro, Craigisward, Scheilbog et Bogmedow nuncupat. Sanquharboig, terras de Fultoun, Sanquharmure, Clune, terras de Prestuikschawis cum privilegio *lie wrak* et *wair* a mari ad aliquam earum partem, terras de Symontoun et Elingtoun in quibus Annabella Wallace relicta Willelmi Hammiltoun de Sanquhar infeodata erat, terras de Goldring, Instelsyide et Cruiksyid, Spittellscheillis et Scheilkers, cum officio balliatus de Kincais et Robertlone, terras de Newdykis, Cunyngaris, Cuitruidis, Stanehous, Grene et Toaschokhill, cum annuis redditibus ad dictum

quond. Wil. pertinentibus de quibusdam tenementis terre in villa de Newtoun extenden. ad 9 mercas, piscationes de Welquhar, Outcraig, Ruiff, Sandeilschot et Welschot, cum castro de Newtoun, stagnis, molendinis, silvis, piscationibus, advocatione ecclesiarum et capellaniarum omnium dict. terrarum, tenentibus &c., in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras &c. subscriptas, tam proprietatem quam tenandriam, viz. terras et baroniam de Colvill et Symontoun cum tenentibus &c., molendinis, silvis, piscationibus, viz. 5 librat. terrarum ant. ext. super silvam de Barneweill, 5 libratas ant. ext. nuncupatas Wnderwod de Barneweill, 5 libratas nuncupatas Stalf(l)our in Symontoun, 2½ mercat. ant. ext. in Knokindaill (per Jo. Stewart in [vel de] Halrig occupat.), alias 2½ mercat. in Knokindaill in Symontoun (per quondam Tho. Tait de Adamehill occupat.), 2½ mercat. de Byrehill, 40 den. nuncupat. Hoilhous in Symontoun (per quondam Rob. Chalmeris occupatas), alias 40 denariat. earundem (per quond. . . Bowyie occupat.), omnes extenden. ad 20 libratas ant. ext. nuncupatas baroniam de Colvill-Barneweill et Symontoun, terras et baroniam de Herreis-Barneweill et Symontoun, viz. 10 libratas terrarum in parochia de Barnweill et molendinum ejusdem et 20 solidat. in parochia de Symontoun, in toto 11 librat. ant. ext. (prius per Joannem Hammiltoun fratrem dicti quondam Wil. possessas), 5 libratas ant. ext. nuncupatas Fultoun de Barnweill-Herreis, 40 sol. *lie* Quhythillis et Cowdenis in Symontoun, 5 librat. de Ovir et Nether Cowdenis in Symontoun-Herreis, 3 librat. 6 sol. 8 den. *lie* Wasfurde-Nether in baronia de Symontoun-Herreis, 2½ mercat. nuncupat. Knokindaill-Cunynghame in baronia de Herreis-Symontoun, extenden. in integro ad 30 lib. 6 sol. 8 den., et dictas duas baronias ad 50 lib. 6 sol. 8 den., ant. ext., in balliatu de Kyle-stewart, vic. de Air; antea unitas ad baroniam de Newtoun; cum libertate libere regalitatis et facultate justiciarie infra dictam baroniam de Newtoun;—quas Jac. Stewart filius quondam D. Jacobi S. cancellarii Scotie, cum avisamento Andree domini Wchiltrie, Thome Otterburne de Reidhall et Mathei Findlasoun de Killeith, curatorum suorum, necnon dicti Math. et Joannis F. ejus filii et heredis apparentis pro ipsis, pro eorum interesse, in favorem dicti Jo. W. resignavit: — INSUPER rex incorporavit omnia per dictum Jo. W. resignata in liberam baroniam de Craigie; et cetera de novo incorporavit in baroniam de Newtoun:—REDDEND. pro Dundonald &c. *ut in carta* 972; pro fortalicio de Newtoun cum pertinentiis, terris de Newdykis, Cunynghares, Cuitrudis, Toaschokhill, Stanehous et Grene, piscationibus de Ruiff et Sandeilschot, Welquhar et Welschot, et officio balliatus de Kincais &c. unum den., pro Spittelscheillis unam rubram rosam, et leprosis pauperibus dicti hospitalis 8 merc., et 16 *lie thravis* straminum, nomine albe firme; pro ceteris servitium warde &c. (taxando wardam et nonintroitum terrarum de Richartoun, Craigie et Previck ad 1042½ merc., ceterarum ad devorias retornatas, et maritagium ad 2000 merc.):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 353.

1454. Apud Halierudhous, 5 Apr.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (93.), — de novo dedit ROBERTO LOGANE de Restalrig, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Restalrig, cum messuagio, manerie et lacu, molendina granaria super aqua de Leith apud villam ejusdem, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Restalrig cum decimis &c., vic. Edinburgh; terras de Flemyngtoun nuncupat. Nather Aytoun, Reidhall, Netherbyre, Brownisland, Gwnnisgrene cum loco manerie, cum granorum et fullonum molendinis de Flemyngtoun, eorum terris &c., in baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—quas idem Rob. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in baroniam de Restalrig:—REDDEND. pro Restalrig &c. servitium warde &c., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia vic. de Edinburgh principali; pro Flemyngtoun 36 sol. olim monasterio de Coldinghame persolvi solitos nomine annualis redditus;—taxando wardam et nonintroitum de Restalrig &c. ad 240 mercas annuatim, et maritagium ad 500 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 366.

1455. Apud Halierudhous, 5 Apr.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO BOIG filio legitimo Jacobi B. ac nepoti Joannis B. de Burnehousis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Utherstoun, Burnehousis, Oxindein, Harcaris et Rysibriggis, in comitatu de Marche, vic. Beruik; —quas dictus Jo. in favorem dicti Alex. resignavit :—RESERVATO dicto Jo. libero tenemento de Utherstoun, Burnehousis et Roisbriggis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 23.

1456. Apud Beruik, 7 Apr.

REX,—cum consensu &c. (115. 101. 93.), —confirmavit JOANNI WISCHART de Pittarro militi, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, cognomen et insignia de Wischart gerentibus,—terras et baroniam de Pittarrois comprehenden. omnes terras antique hereditatis de Pittarro (viz. *lie* Maynis de P. cum fortalicio et messuagio, *lie* Westertoun de P., Mekill et Litill Carnebeigis, Eister et Wester Wodtounis et molendinum ejusdem, cum tenentibus &c., cum privilegio libere foreste infra omnes bondas dicte baronie, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Fettercarne), salmonum piscationem in aqua de Northesk dimedietatis terrarum de Wardrapertoun, extenden. ad piscationem 2 *lie cobillis* et 2 retium, ceteras salmonum piscationes in dicta aqua ex ambobus ejus lateribus, *lie fische-housis* dict. piscationum, cum *lie landing-places*, et privilegio *lie haling*, *schutting*, *landing*, *peilling*, *drawing of nettis*, *drying of nettis* super *lie pey-treis* prout usus fuit, necnon terras de Carnetoun alias Fordoun (viz. terras de Covallie, Fordounflett, cum earum molendino de Pitrinnie nuncupato, et bruerio apud ecclesiam de Fordoun), molendinum de Conveth, villam molendinariam *lie* Mylnetoun terrasque molendinarias ejusdem, vic. de Kincardin ;—necnon dicto Jo. et Domine JEANNE DOWGLAS ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., dicti Jo. legit. et propinquioribus heredibus &c. (*ut sup.*),— terras et baroniam de Reidhall (viz. Balfeich, Reidhall et Pittingairdner, cum molendino de Balfeich, tenentibus &c.), in regalitate de Abirbrothok, vic. Kincardin ; terras de Cowlie cum multuris &c., in parochia de Fordoun, vic. Kincardin ; terras de Balfoure cum fortalicio et manerie loco, vic. Kincardin ; terras de Blaknes, Dryburgh et Balgartnay, in dominio de Gowrie, vic. Forfare ; terras de Kirktoun de Newdosk cum bruerio terrisque brueriis, terras de Newdosk nuncupat. Banharie, in baronia de Rescobie, regalitate S. Andree, vic. Kincardin ; et dictas terras de Wodtounis cum molendino, infra baroniam de Pittarro ;—quas omnes idem Jo. resignavit ; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictis personis respective de novo dedit, cum silva vocat. ex antiquo *lie* Wischartis-wod (tunc Wischartis-forrest nuncupanda), et cum privilegio ville de Fordoun antea in burgo baronie erecte, et cum *lie windmylne* de Blaknes et ejus terris &c., et cum *lie* Dirach-croft et ceteris toftis &c. de Kirktoun de Newdosk, et cum *lie* Dirach-croft apud ecclesiam de Fordoun (prout per dictum Jo. ejusque predecessores ultra hominum memoriam possessa erat), cum sepeliendi loco *lie* Sanct-Pallades-chapell in cemiterio de Fordoun, cum dicto Joanne et heredibus tanquam propria sepultura et hereditate omni tempore affuturo permanente, cum castris, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., omnium suprascriptorum ;—et de novo erexit villam de Fordoun in liberum burgum baronie ; dando inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent liberi burgenses, et, cum consensu dicti Joannis, eligerent ballivos &c., et ut tenerent crucem foralem, ac liberam nundinam annuatim 6 Jul., ac diem foralem hepdomadatim die Saturni, cum tholoniis &c. ;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Pittarro :—REDDEND. pro antiqua baronia de P. unum par calcarium deauratorum, pro piscatione de Northesk 2 den., nomine albe firme ; pro molendino de Conveth 10 merc. feudi-

firme; pro Carnetoun, burgo de Fordoun, Reidhall, Cowlie et Balfoure jura et servitia debita et consueta; pro Blaknes &c. 25 lib. 6 sol. 8 den., et 6 lib. augmentationis; pro Kirktoun de Newdosk feudifirmam in antiqua carta dicti Jo. contentam; pro Banharie 3 lib. 13 sol. 4 den.; pro Dirachcroft apud Newdosk 6 sol. 8 den.; pro Dirach-croft apud Fordoun et dicto sepeliendi loco 10 sol.; et duplicando dict. feudifirme firmas in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Kincardin tantum, absque sectis regalitatum de Sanctandros, Abirbrothok et Scone:—INSUPER rex,—pro servitio sibi ac sue matri et proavie prestito per dictum Jo. et per quondam Jo. W. de P. militem ejus patruum, computorum rotulatorem, et pro summis instanter per dictum Jo. persolutis, et quia auditores scaccarii invenerant dictum quond. Jo. in ejus ultimis computis in summam 4578 lib. superexpensatum fuisse, de qua summa dictus quond. Jo. nunquam satisfactus erat,—taxavit wardam et nonintroitum dictarum terrarum &c. per jura et servitia consueta tentarum ad 44 lib. annuatim, et maritagium ad 500 merc.:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78.

xliii. 345.

1457. Apud Berwik, 7 Apr.

REX,—recordans quod ipse ex familia de Lennox nuper descendit, que fuit nobilis fame et nominis,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma disposuit LUDOVICO LENNOCIE DUCI com. de Dernelie dom. Tarboltoun, Methven et Aubigney &c., magno camerario Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in infeofamento ducatus de Lennox contentis,—terras &c. olim ad archiepiscopatum de Glasgow pertinentes, viz. terras et baroniam de Glasgow, castrum, civitatem, burgum et regalitatem de G., cum terris et tenementis dicti burgi, et ceteris castris, maneriebus, silvis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., terras et baroniam de Carstairis, cum castris &c. (*ut sup.*), vic. Lanerk; terras et baroniam de Stobo cum castris &c. (*ut sup.*), terras et baroniam de Eddilstoun, cum castris &c. (*ut sup.*), vic. Peiblis; terras et baroniam de Ancrum, cum castris &c. (*ut supra*), terras et baroniam de Lileisleiff, cum castris &c. (*ut supra*), terras et baroniam de Eskirk, cum castris &c. (*ut sup.*), vic. Roxburgh; terras de Bischopisforrest, terras de Nudrie-Forrester (apud Kirklistoun), terras vocatas Halffpennyland in Carrik, terras ecclesiasticas de Cambusnethaine, et ceteras terras ex antiquo ad dict. archiepiscopatum pertinentes infra regnum:—INSUPER constituit dictum Lud.—dominum totius regalitatis de Glasgow infra omnes bondas ejusdem tam proprietatis quam tenandrie; cum potestate curias regalitatis et justiciarie tenendi &c.; et ut haberet jus superioritatis omnium suprascriptorum, et ut tenentes in feudifirma de eo tenerent pro solutione feudifirmarum in cartis suis contentarum; et omnia suprascripta incorporavit in temporale dominium et regalitatem, dominium de Glasgow nuncupand., ut unica sasina apud castrum de Lochwod capienda pro omnibus staret:—TENEND. cum privilegio libere foreste:—REDDEND. pro baronia, castro, burgo &c. de Glasgow 304 lib. 8 sol. 4 den., 36 celdras 4 bollas farine, 31 celd. 5 bol. ordei, 13 celd. 4 bol. avenarum, 49 duodenas caponum, 31 duodenas pultrearum, 14 duodenas *lie cayne salmond*; pro Carstairis 48 lib., 4 celd. farine, 1 celd. 15 bol. avenarum, 15 duodenas caponum; pro Stobo 109 lib. 1 sol. 2 den., 43 bol. ordei, 20 bol. farine, 43 verveces *lie wedderis*, 14 duodenas caponum; pro Edilstoun 41 lib., 10 bollas hordei, 18½ vervices, 2 duodenas caponum, 4 duodenas et 2 pultreas; pro Ancrum 52 lib. 14 sol.; pro Lileisleiff 53 lib. 18 sol. 8 den.; pro Eskirk 63 lib. 13 sol. 4 den.; pro Bischopisforrest 13 lib. 6 sol. 8 den.; pro Nudreis-Forrester 6 lib. 13 sol. 4 den.; pro Halffpennyland 5 libras; pro terris ecclesiasticis de Cambusnethaine 13 sol. 4 den.; cum ceteris devoriis et servitiis in antiquo rentali episcopatus de Glasgow contentis, et 20 mercas augmentationis; ac duplicando feudifirmas in introitu heredum:—INSUPER rex promisit ad ratificand. hoc infeofamentum in proximo parliamento:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 365.

1458. Apud Halierudhous, 28 Apr.

REX concessit et, pro bono servitio, de

novo dedit ELIZABETHE SEYTOUN, sorori germane Patricii S. de Lauthrisk, in vitali redditu,—in contentationem tertie ei contingentis de solari dimedietate terrarum infrascript.,—umbralem dimed. terrarum de Rigges que terrarum de Fairleislandis ac Linlythgow-landis pars fuit, cum earum manerie;—necnon WILLELMO BALLINGALL filio et heredi apparenti Thome B. de Rigges, et heredibus inter eum et dictam Eliz. ejus sponsam futuram legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, — integras dict. terras de Rigges, in baronia de Lauthrisk, vic. Fyiff; —quas dictus Tho., cum consensu Grissillidis Ballingaw conjugis sue, in favorem dict. personarum resignavit:—RESERVATO dictis Tho. et Gris. vitali redditu solaris dimed. dict. terrarum et maneriei:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 318.

1459. Apud Halierudhous, 28 Apr.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo quitteclamavit ROBERTO HAMMILTOUN juniori mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terram templariam sive tenementum, olim vastam tunc edificatam, cum pecia vaste ejusdem tunc edificat. (quam dictus Rob., et Rob. Thomesoun mercator burgensis de Edinburgh, eorumque predecessores et autores tanquam hereditarii possessores tenuerant ultra hominis memoriam), cum tenentibus &c., et cum privilegio regalitatis infra bondas ejusdem, jacen. in burgo de Edinburgh sub arcu superiori ex orientali parte vici regii (inter terras quondam Roberti Cochrane deinde quond. Agnetis Blakstok et Nic. Blythman, terram quond. Eliz. Scott sponse quond. Jacobi Levingstoun de Manderstoun, deinde quond. Wil. Andersoun, Jo. Blythman, Tho. Cowper et dicti Rob. Thomesoun, et terras quond. Jo. Crawfurde);—quam Jac. Sandilandis de Calder dom. Torphechin, cum avisamento Jacobi Tennent de Lynhous et M. Roberti Williamsoun scribe, in favorem dicti Roberti H. resignavit:—REDDEND. unum denarium albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 11.

1460. Apud Halyrudhous, 12 Maii.
REX confirmavit cartam Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua, pro adimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO PANTOUN in Seilliscruik de Mekill Auchry, pro ejus vita duntaxat, quo morte sublato, ALEXANDRO PANTOUN ejus filio secundogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Alex. quibuscunque, absque reversione,—solare aratrum solaris tertie partis ville et terrarum de Mekill Auchry vulgo vocat. Seilliscruik, in baronia de Abirdour, parochia de Turreff, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Pat. 2 oves (vel 6 sol. 8 den. pro pecia), agnum (vel 4 sol.), 6 capones (vel 20 den. pro quolibet), 6 pultreas (vel 12 den. pro qualibet), bollam avenarum (vel 6 sol. 8 den.); cum astrictis multuris molendino de Auchry incumbentibus; necnon in exercitibus regiis propriis sumptibus personaliter inserviendo armati; ac prestando 2 sectas ad 2 placita capitalia baronie de Abirdour dummodo legitime citati essent:—cum precepto sasine directo Georgio Prat in Bathangy:—TEST. Alex. Meldrum, Pat. Cheyne, servitoribus dicti Pat. C. de E., Alex. Spaldin in Auld Abirdene, Roberto Arthour burgensi de Abirdene (scriptore carte), M. Arthuro Watt, Georgio Merser, connotariis publicis:—Apud Abirdene, 17 Apr. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 15.

1461. Apud Halyrudhous, 31 Maii.[1]
REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit JOANNI MURRAY de Falahill, vicecomiti principali de Selkirk, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Hangingschaw, Lewingishoip et Hairheid, cum tenentibus &c., et maneriebus, antea in tenandriam de Hangingschaw incorporatas, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—quas idem Jo. resignavit; et quas rex, pro servitio sibi suisque pro-

[1] Dated, by mistake no doubt, "an. reg. 1 et 33."

genitoribus per dictum Jo. et ejus predecessores absque ulla defectione impenso, dicto Jo. de novo in feudifirmam locavit, cum silvis et molendinis, et in liberam tenandriam de Hangingschaw de novo incorporavit :—REDDEND. 150 lib., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 301.

1462. Apud Halierudhous, 31 Maii.

ad 100 lib. annuatim, et maritagium ad 500 lib.); pro Frieland dimedietatem libre piperis nomine albe firme; pro Wrquhart 18 libras feudifirme, cum ceteris devoriis in antiquis infeofamentis et rentalibus contentis; pro dicta communi pastura 10 sol. feudifirme; pro Nether Rires et dictis feudifirmis unum den. albe firme; et pro integris dict. terris 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Fyiff; pro Balgoiff 14 lib., 24 capones (*et cetera ut in Regist. Magni Sigilli*, A. D. 1546–1580, No. 2103, excepta pena pro arragiis non solutis); pro piscariis de Merschalheavin &c. 40 lib. 6 sol. 8 den., et pro piscationibus in Edynismowth 22 sol., feudifirme, et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud civitatem Sancti Andree, necnon duplum feudifirme in introitu heredum (et si devorie duorum terminorum in tertium decurrerent insolute, hec locatio expiraret), cum prohibitione alienandi absque licentia regis; pro Gadven 10 merc. feudifirme, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia de Balmerinoch, necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; pro Johnestoun 17 lib. 6 sol. 8 den., ac 12 capones, nomine feudifirme, necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia de Balmerinoch:—INSUPER rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificari:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 166.

ANNO DOMINI 1604. ANNO REGNI 37 ET 1.

1493. Apud Edinburgh, 1 Jan.

REX ratificavit cartam, de data 24 Nov. 1481, per quondam Alex. Vaitche filium et heredem apparentem quond. Willelmi V. de Dawik factam quondam Joanni V. ejus fratri, et ejus heredibus,—de *lie* Maynis de Syntoun, in baronia de Dawik, vic. Roxburgh,—in excambium pro terris de Eister Dawik;—TENEND. de dicto Alex.:—NECNON cartam venditionis, de data 23 Nov. 1525, per quond. Wil. V. de Dawik factam quond. Georgio V. filio et heredi quond. Joannis V. de North Syntoun,—de terris de North Syntoun, in dictis baronia et vic.;—TENEND. de dicto Wil.:—NECNON cartam de data 19 Sept. 1526, per dictum Wil. factam quond. Waltero V. filio quond. Georgii V. de North Syntoun, ejusque heredibus, — de dictis terris de North S.;—TENEND. de dicto Wil.:—cum omnibus infeofamentis desuper sequentibus: — INSUPER rex,—cum consensu &c. (101.), — in feudifirma dimisit JACOBO VAITCHE tunc de North Syntoun (nativo tenenti infrascriptorum),—terras de Corslie cum manerie, in dominio de Ettrikforrest, vic. Selkirk:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus dicti Jacobi quibuscunque:—REDDEND. 21 lib., et 4 sol. augmentationis; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 235, omissis maritagiis, et clausula de equestribus); ac prestando regi servitia in exercitibus accordantia eorum statui quandocunque requisiti essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 332.

1494. Apud Edinburgh, 3 Jan.

REX confirmavit cartam Jacobi Lyndsay de Dowhill,—[qua, cum consensu Eliz. Colvill sponse sue, — pro perimpletione contractus inter ipsos ab una, et M. JOANNEM LYNDSAY fratrem suum germanum et Cristinam Schaw ejus sponsam ab altera partibus, de data presentium, —vendidit dicto M. Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras nuncupat. Crambeth-Dowhill, cum fortalicio et molendino, terras de Frwchtis, quartam partem (de Blair-Crambeth et) de Kynnaird, dimidietatem de Drumlochtornoch, cum 10 summis cattellorum, boum et ovium in Blairhill et (vel de) Crambeth, *lie* Soyterlandis, cum 10 summis ovium in monte de Balnarthy cum ovibus de Byn pascendis, tertiam partem de Eister Nevingstoun, et molendini de Cleische, ejus multurarum, *lie suckin* et terrarum molendinariarum, tertiam partem de Wester Nevingstoun et *lie* Brousterland earundem, quartam partem de Culcairny, duas acras in villa de

Kynros cum domibus et hortis, et sex summis annuatim super communia de Kynros *lie* Gallohill pascen., cum tenentibus &c. omnium suprascript., in baronia de Dowhill, vic. Fyffe et Kinros:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine:—et dictus Jac. voluit quod unica sasina apud principale messuagium de Dowhill capienda pro omnibus staret:—Test. Rob. Colvill de Cleische, M. Edmundo Mylis ministro Evangelii apud ecclesiam de Cleische, Patricio Lyndsay fratre germano dicti Jac., Thoma Lyndsay de Logyis:—carta scripta *ut in carta* 914:—Apud Dowhill, 17 Nov. 1603]:—Necnon aliam cartam ejusdem Jac.,—[qua, pro perimpletione litere obligationis de data presentium, vendidit dicto Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—in speciale warrantum suprascriptorum, necnon alterius dimidietatis de Drumlochtornoch alias Drumlochryn nuncupate Tretoun-half, et terrarum templariarum de *lie* Byn et Nevingstoun, in parochia de Cleische, vic. Fyffe,—terras et baroniam de Kynloch, viz. Eister K. cum molendinis, tribus lacubus et eorum piscationibus, cum 5 bollis ordei et 5 petris casei annuatim de terris ecclesiasticis de Lundeif, terras de Wester K., Eister Essindy cum molendinis, et cum tenentibus &c., vic. Perth; ab antiquo ad baroniam de Dowhill annexatas:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine:—et dictus Jacobus voluit &c. (*ut sup.*):—Test. Adamo Lawte scriba, Daniele Melvill ejus servitore (scriptore carte), Willelmo Weylandis fabro ferrario burgen. de Edinburgh, Wil. Stark scriba:—Apud Edinburgum, 23 Nov. 1603]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 41.

1495. Apud Edinburgum, 12 Jan.

REX confirmavit cartam Georgii marchionis de Huntlie com. ab Enzie dom. Gordoun et Badyenoch &c.,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, proque summa 6000 merc. sibi persoluta et in satisfactionem decreti regis comiti a Murray impensa,—cum consensu Domine Henriete Stewart marchionisse ab Huntlie conjugis sue,—ad feudifirmam dimisit GEORGIO GORDOUN de Couclarachie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et villas de Birkinhill, Fidlerseat, Bordelseat et Kirkhill, in baronia et parochia de Garthlie, vic. Banff:—Reddend. dicto marchioni unum denarium albe firme:—Proviso quod liceret dictas terras redimere per solutionem 6000 mercarum in ecclesia parochiali de Garthlie sub premonitione 40 dierum, aut ejusdem consignationem in manibus Joannis Gordoun de Craig-Auchindoir, Joannis Gordoun de Tullochchoudye, Patricii Gordoun de Kincraigie, vel eorum heredum responsalium existentium legitime etatis:—cum precepto sasine:—Test. Normono Leslie in Edindeak, Hugone Gordoun et Malcolmo Lang in Smythistoun, Jac. Andersone notario publico servitore dicti marchionis (scriptore carte):—Apud Huntlie, 23 Maii 1603]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 325.

1496. Apud Edinburgum, 13 Jan.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et de novo dedit GEORGIO BALFOUR de M'Correistoun—6 mercatas terrarum de M'Correistoun cum manerie, in baronia de Cessintullie, senesc. de Menteith, vic. Perth;—quas idem Geo. resignavit;—necnon 2 mercat. terrarum de Murdestoun, 3 mercat. de Munoustoun et M'Cristoun, 4 mercat. de Boghall, terras de Torrie-Eister, cum tenentibus &c., in dictis senesc. et vic.;—quas Alex. Balfoure, filius et heres quondam Jacobi B. de Eister Torrie, in favorem dicti Geo. resignavit;—et quas omnes rex,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Geo. et ejus predecessores prestito,—incorporavit in liberam tenandriam de M'Correstoun:—Tenend. dicto Geo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. et assignatis quibuscunque cognomen et arma de Balfoure gerentibus, in feudifirma:—Reddend. pro Torrie-Eister 8 libras 12 sol., et 16 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando domos cum alia politia ad terras corresponden.;—pro ceteris 5 libras 3 sol. 4 den., et 18 sol., 40 bollas farine, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando

&c. (*ut supra*); et sustentando mansionem cum politiis solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 320.

1497. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Cairnis, filii et heredis quondam Joannis C. de Cultis,—[qua, pro observatione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO M'CLELLANE de Auchlane, et Domine KATHERINE KENNEDY ejus conjugi, —8 solidatas terrarum de Glenure alias Blairboyis antiqui extentus, in parochia de Monygaf, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. dictis Wil. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, Gilberto M. de Galtuay et heredibus ejus masc. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :— REDDEND. jura et servitia consueta :— cum precepto sasine :—TEST. D. Jo. Vaus de Longcaster milite, Davide Sinclar in Maidland, Joanne Mekill notario publico (scriptore carte), Roberto Edyare servitore dicti Willelmi :—Apud Kirkcudbrycht, 22 Dec. 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 327.

1498. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit M. GAVINO DOWGLAS de Raquharrald—terras de Barres, et earum pendiculum nuncupatum Brigfurde, cum molendino granario, terris molendinariis &c., in baronia de Glenbervie, vic. Kincardin ;—quas Wil. com. Angusie dom. Dowglas et Abirnethy &c. in favorem dicti Gav. resignavit ; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Barres : —TENEND. dicto Gav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Joanni D. de Petdrichie et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo D. filio legitimo secundogenito dicti Wil., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Francisco D. filio legitimo tertiogenito dicti Willelmi, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Wil. et heredibus ejus masculis quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 33.

1499. Apud Edinburgum, 27 Jan.
REX confirmavit cartam Thome Levingstoun de Hanyng,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Alex. L. filium suum et heredem apparentem ab una, et dictum Alex. pro ipso a secunda, et Jonetam Henrysoun relictam Willelmi Elphingstoun vicecomitis de Orknay, cum consensu Joannis Henrysoun feodatarii de Fordell, a tertia partibus, initi apud Striviling, 29 Oct. 1603,—concessit dicto ALEXANDRO LEVINGSTOUN, et heredibus masc. inter eum et dictam Jon. affuturam ejus sponsam legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque et assignatis,—terras de Manwell *lie* Hanyng cum *lie* Maynes ejusdem, et Maudustoun, Nicholtoun, Gillandirsland, cum *lie* Manwellrig, Gilmudyland, Eister et Wester Ballinbreich, cum molendinis de Manwell et Ballinbreich, et cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., vic. Striviling :—RESERVANDO dicto Tho. vitalem redditum de *lie* Maynis cum fortalicio &c., molendino de Mannuell cum ejus terris &c., terris de Nicholtoun, Gilmudyland, Maudustoun, Mannuelrig et Waster Ballinbreich cum carbonibus ; et Eliz. Forrester sponse sue vitalem redditum de Nicholtoun, Maudustoun, Manuelrig et Wester Ballinbreich cum molendino de Mannuell : — TENEND. de rege : — cum precepto sasine directo Hen. Crawfurde in Mannuell-mylne :—TEST. Roberto Ros de Nwik, Wil. Levingstoun filio legitimo dicti Tho., Joanne Fischer servitore dicti Alex. :—carta scripta *ut in carta* 914 : —Apud Hanyng, 20 Nov. 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 339.

1500. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX confirmavit ANDREE MURRAY de Balvaird—terras de Arnegosk et Kippo, viz. Arnegosk, Pittilloch (vel Pittillochie), Condland, Gospertie, Heichame, Lethame, Fargeis (vel Fergeis), Bein, Catoquhill, Balvaird, cum fortalicio, manerie et molendino, terras de Kippo, quartam partem de Muretoun de Tentismure, Halyry, Wilkestoun, Carlehurle, Lochtoun et molendinum de Kippo, cum fortaliciis, maneriebus,

molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, antea in unam baroniam de Arnegosk incorporatas, vic. Fyffe;—quas idem And. resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum villis et terris de North-Quarter et Litil Kilduncane, partibus de Kippo existen.; et easdem de novo incorporavit in liberam baroniam de Arnegosk, ordinando fortalicium et maneriem de Balvaird principale fore messuagium:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, familiari regis D. Davidi M. de Gospartie militi, computorum rotulatori, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto M. fratri germano dicti Davidis et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi M. de Balgony et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Willelmo M. portionario de Ardett et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti And., cognomen et arma de Murray et domus de Balvaird gerentibus, et assignatis quibuscunque; cum libera foresta; et cum communi pastura in Kingismure inter terras de Lochtoun, Pittarthie et villam de Craill:—TEST. 99. 75. 46. 81. 72. 80. 49. 78.

xliv. 118.[1]

1501. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et, pro servitio sibi et suis progenitoribus prestito, quitteclamavit WILLELMO AGNEW in . . ., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas vicarie glebe ecclesie parochialis de Cruggiltoun, extendentes ad $2\frac{1}{2}$ mercatas antiqui extentus, cum decimis garbalibus inclusis et incorporatis, in parochia de Cruggiltoun, vic. Wigtoun;—que olim pertinuerunt ad vicariam de Crugiltoun, que fuit una ecclesiarum prioratus de Quhithorne:—REDDEND. 4 lib., et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—RESERVANDO vicariis seu ministris apud ecclesiam de Cruggiltoun 4 acras dictarum terrarum et decimas earundem, cum manso apud dictam ecclesiam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 328.

1502. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—pro compositione persoluta, in feudifirmam dimisit WILLELMO HOME de Swynwode, et JONETE RENTOUN ejus conjugi,—16 terras husbandias de Swynwode cum manerie, cum molendino granario nuper per dictum Wil. edificato, ejus terris &c., 4 terras husb. de Quhitfeild, 6 terras husb. de Rikilsyide de Coldinghame cum cottagiis, molendinum granarium de Coldinghame vocat. Coil-mylne, cum aqueductu, terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis omnium granorum terrarum de Coldinghame, 6 terras husb. in Eymouth, molendinum granarium de Eymouth cum terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis omnium granorum ville et terrarum de Eymouth, in baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—que olim ad monasterium de Coldinghame pertinuerunt, et per dictum Wil. et ejus predecessores ultra hominis memoriam possesse erant; et quas rex, pro bono servitio dicti Wil. H., incorporavit in liberam tenandriam de Swynwode:—TENEND. dictis Wil. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. 38 libras 6 sol. 8 den., cum 20 sol. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Coldinghame; cum aliis servitiis et devoriis consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 40.

1503. Apud Hamptoun-court, 8 Feb.

REX,—quia ordinaverat parliamentum tenend. Londini 20 Mar. prox., in quo de modo et forma unionis regnorum Anglie et Scotie tractari posset,—voluit quod parliamentum teneretur per regni Scotie status Edinburgi vel alibi prout dominis secreti

[1] The list of witnesses seems to belong to a later date than the charter. James marquis of Hamilton (No. 99) did not succeed to that title till April 1604.

concilii videretur expediens, 10 Apr. prox., in quo dicta unio ante omnia tractaretur et in genere concluderetur, et eligerentur speciales commissarii numero et qualitate pares (quoad fieri posset) commissariis nominandis in parliamento Anglie, qui commissarii dirigerentur versus regem ut cum alteris commissariis in regis presentia consultarent, et convenirent cum consensu regis super talibus capitibus que postea in formam redacta referri possent dictis statibus;—et quia regi non liceret in propria persona dicto Scotie parliamento interesse, nominavit JOANNEM COMITEM MONTISROSARUM dom. Grhame et Mugdock, magnum Scotie cancellarium,—ut durante tempore dicti parliamenti regiam personam representaret;—et rex voluit ut officium cancellarii durante dicto tempore per Alex. dom. de Fyvie presidem collegii justitie suppleretur. xlv. 323.

1504. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO MURRAY de Drumphyn—terras de Wester Abirlednoch, molendinum et terras molendinarias ejusdem, terras de Thomeparroun, Ardranich alias Kers, et Glasdaill (dictis terris de Ardranich et Glasdaill partibus de Abirleidnoch existentibus), in senescallatu de Stratherne, vic. Perth;—quas Jo. Murray de Tullybardin miles in favorem dicti Wil. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Alexandro M. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wmphrido M. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto D. Jo. M. in vitali redditu ac Willelmo M. apparenti de Tullybardin, et heredibus ejus masc. quibuscunque, hereditarie, in feudifirma:—REDDEND. 29 lib. 5 sol., cum martis et servitiis consuet.; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390); et sustentando mansionem cum aula, camera, bovilibus, stabulis, horreis &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 29.

1505. Apud Quhythall, 10 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis Crystesone feudifirmarii subscriptorum,—[qua,—pro 1800 merc. persolutis penes satisfactionem contractus de data presentium,—cum consensu Helene Drummond sponse sue, vendidit JOANNI DRUMMOND de Slipperfeild (tunc vocato de Hathorneden militi), et SUSANNE FOULLAR ejus sponse, — decimamsextam partem ville et terrarum de Cornetoun (per se occupat.), in villa et territorio de C., dominio de Strivilingschyre, vic. Striviling:—TENEND. dictis Jo. D. et Sus. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, et assignatis, de rege in feudifirma:—REDDEND. *ut in carta* 61:—cum precepto sasine directo Jo. Bruce:—TEST. Eduardo Reddoch de Laggane, Georgio Drummond alias Gavin in Stragaith, Niniano Ramsay et Jac. Elphingstoun servitoribus dicti Jo. D., Joanne Drummond scriba ejusdem, And. Drummond notario publico:—Apud Drymmen et Stragaith, 2 et 8 Dec. 1597]:—NECNON cartam dicti Jo. D. de S.,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, — cum consensu dicte Susanne, vendidit JOANNI DONALDSONE mercatori burgensi de Striviling, et MARIOTE (alias *Maus*) AUCHMOWTY ejus sponse,—terras suprascript.:—TENEND. dictis Jo. Donaldsone et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Jo. Forrester de Litill Donoven:—TEST. Andrea Murray de Balvaird, Pat. Pitcairne de Pitlour, Jac. Prymrois, D. Jo. Ker de Hirsell milite, D. Rob. Grahame de Scottistoun milite:—carta scripta per Jo. Hog notarium publicum burgi de Striviling:—Apud Hamptoun-court et . ., 22 Jul. et . . 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 192.

1506. Apud Edinburgh, 16 Feb.

REX confirmavit cartam quondam Joannis com. Atholie dom. Invermey et Balvenye &c.,—[qua,—pro impletione contractus de data presentium, continentis registrari in

libris dominorum concilii et sessionis, ac pro 6500 merc. persolutis,—vendidit M. WILLELMO OLIPHANT advocato, heredibus ejus masc. et assignatis,—villam et terras de Kildoning (exceptis $\frac{3}{8}$ earundem ad Jo. Cunynghame de Glengarnok spectantibus), in parochia de Forteviot, vic. Perth ; —necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Collindrane et Maw, cum molendino de Maw, terris molendinariis &c., vic. Fyiff :—REDDEND. regi devoria in infeofamento dicti Jo. contenta, nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Thoma Otterburne de Reidhall, Roberto Stewart fratre germano dicti Jo., Waltero Stewart de Inverdonyng, Wil. Duncane, Jac. Stewart, servis dicti Jo., Laurentio Oliphant servo dicti Willelmi O. :—carta scripta *ut in carta* 410 :—Apud Edinburgh, 31 Mar. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 337.

1507. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam locavit HENRICO HOME de Eister Morestoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Smelhame extenden. ad $2\frac{1}{2}$ husbandias terrarum aut eocirca (per eum et ejus subtenentes occupat.), in parochia de Smelhame, vic. Roxburgh :—REDDEND. 10 lib. 10 sol., cum 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 368.

1508. Apud Edinburgum, 20 Feb.

REX confirmavit cartam Willelmi Wardlaw senioris de Rickartoun,—[qua,—cum consensu Abelline Naper conjugis sue, Willelmi W. junioris filii sui natu maximi et heredis apparentis, et M. Samuelis Wardlaw et Willelmi Somervell filii quondam Willelmi S. de Chapelhill curatorum dicti Wil. W. junioris,—virtute contractus inter se cum dicto consensu, et cum consensu dicti Wil. S. tanquam donatoris ad eschaetam et vitalem redditum dicti Wil. W. senioris, ab una, et (familiarem regis) M. JOANNEM SKENE, clericum registri et unum senatorum collegii justitie, et HELENAM SOMERVELL ejus conjugem ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dictis Jo. et Hel. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti M. Jo. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Hill vulgo nuncupatas Curryhill, cum fortaliciis, maneriebus, saltubus, pratis, molendinis, in baronia de Ballernoch, vic. de Edinburgh :—REDDEND. regi servitium debitum et consuet., necnon unam sectam ad iter justiciarie de Edinburgh :—cum precepto sasine directo Pat. Somervell mercatori burgen. de Edinburgh : —TEST. Jac. Somervell de Cambusnethane, M. Dunc. Forbes fratre germano Willelmi F. de Monymusk, M. Rob. Leirmonth de Sanct-Nicolas advocato, M. Olivero Colt advocato, And. Angus (scriptore carte) et Wil. Smyth servitoribus dicti Jo.:—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1604]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Jo., suprascripta dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 341.

1509. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX confirmavit cartam Jacobi Ogilvy de Clowa,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Jac. O. filium suum et heredem apparentem ab una, et And. Hering de Glasclune et Davidem H. ejus filium et her. app., pro ipsis et pro Jeanna H. filia legitima dicti And., ab altera partibus, de data apud Alyth, 3 Dec. 1588, —concessit dicto JACOBO OGILVY juniori, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Cortoquhy, cum tenentibus &c., 3 quartas partes terrarum de Inschewin dicte baronie annexas, terras et villas de Cloway subscript., viz. Kirktoun, Antibber, Ballinhard et Ballintyre, Bradowneis et Tullymulloquhy, Doill, Claglich, cum principalibus messuagiis et maneriis de Cortoquhy et Cloway, et molendinis earum, in baroniis de Cortoquhy et Cloway, vic. Forfar :—TENEND. de rege : — RESERVATIS libero tenemento dicto Jac. seniori, et rationabili tertia Eliz. Creichtoun sponse sue :—PROVISO quod liceret dicto Jac. seniori, si urge-

retur pro supportatione prolium vel aliis rebus, annuum redditum 400 lib. de suprascriptis alienare sub reversione 4000 lib.:—cum precepto sasine directo Tho. Ogilvy feodatario de Inschewin:—TEST. dicto Tho., Wil. O. ejus fratre, Jacobo Sanderis servo dicti Jac. O. junioris, And. Sanderis in Elyth, Jac. Sanderis, Jac. Strathauchin, notariis:—Apud Moronty, 30 Mar. 1594]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. O., ac pro compositione persoluta, suprascripta quitteclamavit; et dictas terras &c. de Cloway incorporavit in liberam baroniam de Cloway, ordinando fortalicium et maneriem de C. principale fore messuagium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 36.

1510. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX confirmavit cartam Patricii Ros burgensis de Narne,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit M. ALEXANDRO HAY de Kynnowdie, et ELIZABETHE MONRO ejus sponse,—7 acras terrarum arabilium et campestrium nuncupat. Bellis-landis, cum domibus, tostrina et horreo tostrine, et cum crofta nuncupata Bellis-aiker, terras nuncupat. Belgeamis-landis alias Smiddie-landis, in villa de Aulderne et prope cimiterium ejusdem, vic. Nairne (occupat. per Joannem Tulloch in Aulderne, Alex. M'James ibidem et . . Gibsone ibid.):—TENEND. dictis Alex. et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti Alex. quibuscunque in ejus principali infeofamento de Kynnowdie contentis, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. 12 solutarios (sotularios?) equinos ex ferro factos nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Davidi Hay de Fynisfeild:—TEST. dicto Davide Hay, Tho. Hay clerico et burgen. de Elgin, Jacobo Abrahame clerico vicecomitatus de Nairne, Alex. Dumbar servitore dicti M. Alex., Alex. Tulloch burgen. de Nairne, Jo. Hay filio dicti Tho. (scriptore carte):—Apud Inschoch, 12 Aug. 1602]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 334.

1511. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX confirmavit cartam factam per Arch. Dowglas de Pettindreich,—[qua, pro perimpletione litere obligatorialis de data presentium, vendidit M. ALEXANDRO HAY de Kynnowdie, et ELIZABETHE MONRO ejus conjugi,—tertiam suam partem ville et terrarum de Unthank (tam per Jo. Dowglas quam per dictum Alex. occupat.), cum privilegio libere communitatis et communis pasture usitato, et cum libertate grana ibi crescentia ad quodlibet molendinum molere absque ulla astrictura, in baronia de Duffous, vic. de Elgin:—TENEND. dictis Alex. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Alex. legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de dicto Arch.:—REDDEND. unum den. albe firme; necnon regi 20 sol., et 3 bollas 2 firlotas hordei, nomine feudifirme:—cum precepto sasine:—TEST. Geo. Hay servitore dicti Arch., Jac. Kynneir scriba signeti regii, M. Jac. Wischart (scriptore carte) et Andrea Hay ejus servitoribus:—Apud Edinburgh, 28 Jul. 1602]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 335.

1512. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX confirmavit cartam factam per Arch. Dowglas de Pettindreich, — [qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO SUTHERLAND de Duffous, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Nether Monebenis, cum *lie* Hauch de Monbeinis alias *the Brwmetoun*, vic. Elgyne et Forres:—TENEND. de rege vel de preposito, ballivis et consulibus burgi de Elgyne, in optione dicti Wil., in feudifirma:—REDDEND. 14 lib. 13 sol. 4 den.:—cum precepto sasine Wil. Young burgensi de Elgyne:—TEST. Patricio Dumbar de Conzie, Alex. Dumbar apparente ejusdem, Jac. Sutherland de Kinstarie, Jo. Law servitore dicti Wil. S., Geo. Hay servitore dicti Arch., Geo. Annand burgen. de Elgyne notario publico (scriptore carte):—Apud Elgyne, 3 Maii 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 336.

1513. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX confirmavit cartam Patricii Soutter

feodatarii subscriptorum, — [qua, — cum consensu Georgii S. patris sui, principalis feudifirmarii eorundem, et Issobelle Ewan sponse sue,—pro perimpletione contractus de data apud Couper in Angus et Banchrie, . . 1596, registrati in libris commissariatus Dunkelden. 9 . . 1596, et pro 8500 merc. persolutis,—vendidit D. JACOBO STEWART de Ballachane militi sive equiti aurato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — molendinum granorum de Wester Banchrie terrasque molendinarias ejusdem, cum astrictis multuris extenden. ad decimum-sextum granum terrarum et villarum de Wester et Eister Banchries, cum Brewlandis de Wester Banchrie cum privilegio brasiandi pro *lie* Eister et Wester Banchreis, ac terras molendini fullonis (Walkmylne-landis) jacen. inter aqueductum et torrentem dicti molend., cum crofta ex boreali aqueductus et ex occiden. de *lie Mylnebank*, cum tofta in villa de Banquhareis dictis terris molendini fullonis incumbente, et cum pastura 6 vaccarum et 2 equorum in communi pastura ville de Wester Banchrie, cum aliis devoriis dicto molendino debitis et consuet., in regalitate de Scona et comitatu de Perthe :—TENEND. de Joanne com. de Gowrie dom. Ruthven et Dirltoun (loco monasterii de Scona), in feudifirma :—REDDEND *ut in carta* 1117 *precedentis tomi* :—cum precepto sasine directo Pat. Butter feodatario de Garmok : —TEST. M. Jac. Donaldsone advocate, Jo. Stewart de Granich, Wil. Banewis ministro apud ecclesiam de Lindeif, Wil. Soutter de Chapeltoun, Davide Reid de Ballequhane, Wil. Rattray lectore apud ecclesiam de Blair, M. Waltero Stewart in Dumkeld, notariis publicis :—carta scripta per M. Wil. Young in Dumkeld :—Apud Wester Banquharie, 15 Feb. 1596] :—NECNON cartam dicti D. Jac. Stewart de Ballauquhane, — [qua, — cum consensu Patricii Butter de Gormok, Joannis Stewart de Garnych, Jacobi Nasmyth de Inwar et M. Walt. Stewart ludimagistri in Dumkelden, ad quorum instantias interdictus est, necnon Elizabethe Rollok conjugis sue,— pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 8000 merc. persolutis,— vendidit JACOBO DIKSONE portionario de Wester Banchquharie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— dict. molendinum &c. (ad se pertinen. per alienationem quondam Georgii Soutter filii legitimi quond. Joannis S. in Banchquherrie, et Patricii S. ejus filii), olim in dominio et regalitate de Scona, tunc in senesc. de Huntingtour, vic. de Perthe :— TENEND. de rege (loco quondam Joannis com. de Gowrie forisfacti) in feudifirma :— REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Jo. Halyburtoun in Mawis :—TEST. Georgio Soutter (Stewart?) fratre germano dicti D. Jac., And. Bonar et . . Robertsoun servitoribus dicti D. Jac., Joanne Dik in Wester Banchre, Georgio Halyburtoun de Kethnis-mylne, Georgio Naismyth fratre germano dicti Jac. N., Jo. Narne servitore dicti Pat. Butter, Geo. Moriesoun servo Donaldi Cardill (scriptore carte), dicto Donaldo Cargill et Joanne Blair notariis publicis : — Apud Eister Banchrie et Dumkeld, 23 et 28 Maii 1603] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti Jacobi Diksone, suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 31.

1514. Apud Edinburgh, 21 Feb. REX confirmavit cartam Joannis Hay de Lochloy,—[qua, cum consensu Joannis H. de Park nepotis sui et apparentis heredis, vendidit M. ALEXANDRO HAY filio suo legitimo, heredibus ejus masc. et assignatis, —villam et terras de Kynnowdie, croftam et brasinam earundem, terras de Newtoun et (vel de) Hunterboig, cum privilegio pascendi in libera pastura eorum pecora et animalia quecunque infra bondas villarum et terrarum de Park, Lochloy et Insoche, ac privilegio silvarum, et cespites, glebas, turbarias et cetera focalia lucrandi infra easdem (exceptis pratis *lie hanyngis* et terris cultis), in dominio[1] de Park, parochia de Alderne, vic. Narne ; cum potestate grana eorum molere ad *the New-mylne of Park* vel *Mylnehill of Lochloy* pro solutione *lie knaifschip* et *multur-fie*, et habere proximum

[1] In introductory clause "baronia."

locum dicto Jo. juniori in granis molendis : —REDDEND. dicto Jo. seniori 5 lib. 10 sol. feudifirme :—PROVISO quod si venderent suprascripta nisi personis nomen et insignia de Hay gerentibus, secluderentur ab antedictis pastura et libertatibus :—cum precepto sasine :—TEST. Andrea Monro de Newmoir, Geo. M. de Mekill Tarrell ejus filio et apparente herede, Patricio Hay in Fedden, Donaldo Ferquarsone notario, Alex. Dumbar (scriptore carte) :—Apud Elgene et Insoche, 25 et 6 Oct. 1597] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 34.

1515. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX confirmavit cartam M. Alexandri Hay de Kynnowdie,—[qua concessit DAVIDI HAY, filio suo legitimo tertiogenito,—tertiam suam partem ville et terrarum de Unthank &c. (*ut in carta* 1511), cum horreo, toftis et hortis per Jo. Hay de Lochloy super communitatem de Duffus conditis:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Alexandro Hay filio legitimo secundogenito dicti M. Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni H. filio legit. natu maximo dicti M. Alex., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. dicti M. Alex. de corpore legit. procreatis, quibus def., Davidi H. de Lochloy et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicti M. Alex. legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque cognomen et insignia de Hay gerentibus, de rege in feudifirma :—REDDEND. 20 sol., et 3 bollas 2 firlotas ordei :—cum precepto sasine :— RESERVATO libero tenemento dicto M. Alex. et Eliz. Monro conjugi sue : —TEST. Jo. Hay filio legitimo Thome H. burgensis de Elgin, Alexandro Brodie filio Davidis B. de eodem, And. Hay (scriptore carte) et Tho. Lyndsay servitoribus Jacobi Kynneir scribe signeto regio: — Apud Edinburgh, 16 Feb. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 35.

1516. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX,—cum consensu &c. (101.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO DONALDSOUN, filio legitimo primogenito Jac. D. in Braidmedowis (tenentis subscriptorum), — predium et terras nuncupat. Williamehoip, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione:—REDDEND. 24 lib., et 40 sol. augmentationis ; necnon duplum feudifirme in introitu heredum ; et sustentando mansionem ex lapide et calce, cum plantatione et alia politia solo corresponden.; et inveniendo pro qualibet 10 libra ta 2 equestres, unum cum lancea et alterum *lie carrage hors*, pro servitio regis in guerris ; cum maritagio heredum (vel 100 merc. pro eodem) cum contingeret ; et si unus terminus in alium curreret insolutus, [duplicaretur]; et solvendo multuras molendinis regis consuet. ; nec liceret in exercitu ire nisi cum rege et regis locum tenentibus; cum prohibitione alienandi absque consensu regis :—TEST. 76. 75. 46. 81. 72. 80. 49. 78. xlv. 300.

1517. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit cartam Alexandri Meinzeis de eodem,—[qua, vigore contractus de data presentium, vendidit D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, in vitali redditu, et COLINO CAMPBELL ejus filio natu maximo, et heredibus ejus masculis, arma et cognomen de Campbell gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque in feodo, irredimabiliter,—terras de Morinche, Edremuke, terras thanagii de Crannyke vocatas Crannyke, Auchmoir et Kandknok, cum officio de *Toscheochdoraschip* de Artholony, et cum maneriebus, molendinis, silvis, lacubus, in baronia de Weyme, vic. Perth :—REDDEND. regi servitium warde &c. :—cum precepto sasine : —TEST. Jac. Campbell feodatario de Laweris, Colino C. de Abirurquhill ejus fratre, M. Olivero Colt advocato, Jac. Leslie ejus servo, Tho. Gaw notario burgensi de Perth, M. Jac. Gaw ejus filio (scriptore carte):— Apud Perth, 15 Apr. 1602] :—INSUPER dict. terras eis de novo dedit ; et concessit quod unica sasina pro omnibus staret :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 338.

1518. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX concessit et, pro servitio sibi et pro-

genitoribus suis prestito, de novo dedit ALEXANDRO FAIRLIE de Braid, in vitali redditu, et ROBERTO FAIRLIE ejus filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—superioritatem terrarum de Marfeild extenden. ad 8 bovatas, ac molendini fullonum de Newhall (quarum proprietas Joanni Creichtoun seniori de Bruntstoun in vitali redditu et Thome C. ejus nepoti hereditarie erat alienata per quondam Nic. Creichtoun feodatarium de Newhall et Jonetam Wallace ejus sponsam), superioritatem terrarum de Newhall, Gaitsyide et Wantounwallis, et fortalicii, maneriei, carbonum, pasturagiorum et viridariorum de Newhall, necnon molendini granarii de N. cum ejus terris &c. (quarum proprietas per dictos Nic. et Jon. alienata erat Davidi Creichtoun de Lugtoun hereditarie), cum superioritate partis de *lie* Maynis de Newhall per Jac. Rutherfurd et Jac. (vel Petrum vel Pat.) Thomesoun occupate, cum mansionibus et pasturis omnium suprascriptorum, vic. de Edinburgh;—quam superioritatem Mariota Creichtoun, filia natu maxima et una 4 heredum portionariarum dicti Nic. (cum consensu Eliz., Agnetis et Alisone Creichtounes sororum suarum, et Thome Otterburne senioris de Reidhall ac M. Alexandri King de Dryden advocati tutorum testamentariorum dictarum Ag. et Alis., necnon dicti Dav. C. de Lugtoun, Jacobi Creichtoun feodatarii de Bruntstoun, Jacobi Lauder fratris germani Alexandri L. de Haltoun, et Joannis Fairlie servitoris D. Ricardi Cokburne de Clerkingtoun militis secreti sigilli custodis), in favorem dict. personarum resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 42.

1519. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX concessit M. ALEXANDRO HAY de Kynnowdie et ELIZABETHE MONRO ejus conjugi in conjuncta infeodatione, pro eorum vita, et ALEXANDRO HAY eorum filio legitimo secundogenito in feodo, —villam et terras de Petgonie, in baronia de Kilmalemak, vic. Elgyn et Forres;—quas Arch. Dowglas de Pettindreich in eorum favorem resignavit; et quas rex, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum M. Alex. ejusque antecessores prestito, dictis personis de novo dedit (per bondas in vulgari specificatas):—TENEND. dictis M. Alex. et Eliz. *ut sup.*, dicto Alex. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jo. H. eorum filio legit. primogenito et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi H. eorum filio legit. tertiogenito et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti M. Alex. de corpore legit. procreatis, quibus def., Davidi Hay de Lochloy et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti M. Alex. et assignatis quibuscunque, cognomen et arma de Hay gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 343.

1520. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX confirmavit cartam Willelmi Sutherland de Duffus,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Jac. S. fratrem suum germanum ex una, VIOLETAM FRASER filiam legitimam quondam Thome F. de Strechin ex secunda, Alex. Fraser de Phillorth, Wil. Forbes de Tolquhon et Tho. Fraser de Knokie ex tertia partibus, de data apud Turreff et . ., 6 et . . Dec. 1593, — ad feudifirmam dimisit dicto JACOBO SUTHERLAND et heredibus ejus subscriptis hereditarie, et dicte Violete ejus future conjugi in ejus pura virginitate in vitali redditu, — 2 davatas terrarum et ville de Kinstarie extenden. ad 8 aratra, molendinum de K. cum ejus terris &c., et cum *lie ailhous* et Ailhouscroft, in baronia de Breichtmon et Kinstarie, et per annexationem in baronia de Duffus, vic. de Narne:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. inter dictos Jac. et Vi. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto Wil. S. et heredibus suis reversuras, de dicto Wil. S.:—REDDEND. pro terris 26 lib. 13 sol. 4 den., pro molendino, *ailhous* &c., 20 lib., in toto 46 libras 13 sol. 4 den.; necnon in guerris regiis dominos de Duffus concomitando cum tenentibus dictarum terrarum armati; et moli faciendo grana super terris de Breichtmone crescentia ad dictum molendinum pro solutione solita:—

cum precepto sasine directo Tyberio Winchester burgen. de Elgin :—TEST. Joanne Grant de Frewquhy, Arch. Dowglas de Pettindreich, Tho. Fraser de Knokie, Pat. Dumbar de Blairie, Geo. Andirsoun (scriptore carte):—Apud Turreff, 6 Dec. 1593]: —TEST. 76. 75. 46. 81. 72. 80. 49. 78.

xliv. 30.

1521. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et de novo dedit PATRICIO CUNYNGHAME de Bordland, et MARGARETE MONTGOMERIE ejus sponse,—4 librat. terrarum de Halpland antiqui extentus, cum manerie loco, jacen. in parochia de Dunlope, balliatu de Cunynghame, vic. Air ;—quas David Dunlope de Halpland et Joneta Dunlope ejus sponsa in eorum favorem resignaverunt :—TENEND. dictis Pat. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 262.

1522. Apud Quhytelaw (Quhythall), 10 Mar.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI ELPHINGSTOUN de Kilbabertoun—terras de Kilbabertoun, cum turre, manerie, tenentibus &c., vic. de Edinburgh ; ac terras de Quhytlaw, cum tenentibus &c., in parochia de Currie, vic. Edinburgh ;—quas idem Jo. resignavit :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo dom. de Balmerinoch ejus fratri germano, secretario regis, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Alexandro dom. Elphingstoun ejusdem fratri germano, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et nonintroitum ad 10 lib. annuatim, et maritagium ad 100 libras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 265.

1523. Apud Edinburgh, 12 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit cartam factam per quondam Jo. commendatarium perpetuum de Coldinghame, et ejusdem conventum,—[qua,—pro pecuniarum summis ad reparationem dicti monast. per Anglos funditus destructi persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt (quond.) PATRICIO AUCHINCRAW, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—4 terras husbandias terrarum et ville de West Restoun (viz. 3 terras husb. per dictum Pat., unam per Pat. Auchincraw textorem et Jac. Mernys occupat.), in villa et territorio de West R., baronia de Coldinghame, vic. Beruik:—REDDEND. dicto monast. 4 merc., et pro castri wardis 2 sol. 8 den., cum 12 caponibus et 4 gallinis, et cum servitio in curiis consueto, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—Apud dictum monast., 16 Sept. 1552]:—INSUPER de novo dedit WILLELMO AUCHINCRAW portionario de Swynwode, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—dictas terras ; necnon 2 terras husbandias ex 5½ terris husb. in villa et territorio de Swynwode olim ad Wil. Home de Prandergaist pertinentibus et per eum alienatas dicto Wil. A. et Cristiane Sinclair ejus sponse, de data 17 Nov. 1582 ; necnon 2 terras husb. de 16 terris husb. ad eundem Wil. H. pertinen., in dicta villa et territorio de S., baronia et vic. antedictis (olim per quond. Rob. Home de Reidheuch occupat.), per dictum Wil. H. alienatas dictis Wil. A. et Cris. de data 5 Jan. 1584 ; necnon cottagium vocat. Heuchheid (inter *lie outsteid* per quond. Geo. Home patruum quond. Alexandri H. de Pranderghaist occupat., et alias bondas specificatas), in dictis villa, territorio, baronia et vic., per dictum Alex. (feudifirmarium 16 ter. husb. in Swynwode) cum consensu Libre Robertsoun ejus sponse alienatum quond. Willelmo Auchincraw burgensi de Dumbar, patri dicti Wil. A., de data 29 Apr. 1562 :—PRETEREA dict. alienationes ratificavit ; et omnia suprascripta (olim ad dictum monast. pertinentia) quitteclamavit : — REDDEND. pro dictis terris in West Restoun *ut sup.*, pro primis 2 terris husb. in Swynwode 26 sol. 8 den., pro aliis 2 ter. husb. 26 sol. 8 den., pro castri wardis dictarum 4 ter. husb. 2 sol. 8 den., pro Heuchheid 3 sol., in toto 6 lib. 1 sol. 8 den. monete, et 6 sol. 8 den.

augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 27.

1524. Apud Edinburgh, 17 Mar.

REX concessit M. THOME ROLLOK advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Pitmadie, et montem earundem *lie* Blaberriehill, in parochia de Donyng, vic. Perth ;—que fuerunt quondam Walteri Rollok de Gardin militis, de rege tente per servitium warde ; et regi devenerunt ob alienationem absque regis licentia factam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 342.

1525. Apud Edinburgh, 19 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit JOANNI MURRAY portionario de Arbanie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—solarem dimidietatem bine partis ville et terrarum de Arbanie, ac nemoris (vulgo *park*) ejusdem ;—necnon dicto Jo. et AGNETI MURRAY ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc.[1] inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joannis quibuscunque,—umbralem dimid. dicte bine partis terrarum et nemoris, 16 solidat. terrarum nuncupat. *the Burneheid*, *lie* Brewlandis de Arbanie, cum decimis garbalibus de Burneheid et Brewlandis inclusis, terras vocat. Westhill de Arbanie, in baronia de Madertie, vic. Perth ;—quam binam partem de Arbanie idem Jo., Burneheid et Brewland iidem Jo. et Ag., Westhill Jac. Drummond de Innerpeffrie in eorum favorem, resignaverunt ; et quas rex, pro bono servitio dicti Jo., ac pro compositione persoluta, dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum dictis decimis que a trunco nunquam separari solebant, et cum communi pastura 6 animalium et unius equi super omnes bondas ville et terrarum de Arbanie, cum *lie daywarkis* petarum de integra marresia de A., cum privilegio lucrandi focalia, cespites et glebas in integro moro de A.:—REDDEND. dicto Jac. Drummond, commendatario de Incheafray, durante ejus vita, et postea regi, pro bina parte de Arbanie 4 lib., 20 sol. pro gressumis et augmentatione, 4 capones, 6 pultreas, cum multuris consuet. ; et invehendo ad locum de Incheafray 80 *lie met-creillis* petarum, 6 *lie laidis* calcis, 6 onera tegularum, fenum in modum solitum, cum vectura brasei ad molendinum dicti monast. et alia loca necessaria ; ac ministrando 3 equos cum curribus ad vecturam decimarum garbalium in horrea dicti monast. et alia loca necessaria ; dicta horreum et molendinum sustentando, et *lie* Maynis dicti loci colendo, pro rata cum reliquis tenentibus (cum ad dict. vecturam et servitia requisiti essent) ; et solvendo *katour* et *officer-corne* prout usus fuit, cum 6 firlotis avenarum et 6 *lie threavis* straminum ad sustentationem cartorum jumentorum ad currus (pro quibus avenis et straminibus exonerati sunt omnibus quotidianis carreagiis et devoriis); solvendo etiam herezeldam (sive 4 merc.) in sustentationem dict. jumentorum, quoties per mortem contingeret ; —pro Burneheid 20 sol., et pro decimis bollam victualium ($\frac{1}{2}$ ordei et $\frac{1}{2}$ farine) vel 6 sol. 8 den.:—pro Brewland 8 sol., et pro decimis *ut pro Burneheid*;—pro Westhill cum pasturis 13 sol. 4 den., 3 sol. 4 den. pro gressuma et augmentatione, 4 pultreas, 2 capones, firlotam avenarum, unum *lie threave* straminum cum 13 *lie creillis* petarum, unum onus tegularum, unum onus calcis, fenum in modum solitum, cum multuris consuetis ;—necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; et si in solutione deficerent per 50 dies post terminum, solverent 20 sol. pro qualibet merca ; et si duo termini in tertium currerent nulla solutione facta, hoc infeofamentum expiraret ; cum prohibitione alienandi personis qui ipsis majoris status existerent ; necnon observando cetera in originalibus infeofamentis mentionata : —et rex voluit quod unica sasina apud Arbanie capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 60.

1526. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit et, pro compositione per-

[1] The word *masculis* is in the dispositive but not in the *Novodamus* clause.

soluta, quitteclamavit JOANNI MURRAY de Fawleyhill, heredibus ejus masc. arma et cognomen de Murray gerentibus eorumque assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Traquare vocat. *the Kirkhous*, cum pendiculo vocat. Glenlude, cum saltubus et silvis,—reservando ministris dicte ecclesie 4 acras cum manso,—in parochia de Tracquare, regalitate de Glasgow, vic. Peblis;—que olim ad episcopos Glasguen. pertinuerunt:—REDDEND. 3 sol., cum 3 sol. 4 den. nove augmentationis, cum servitio consueto; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 39.

1527. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX concessit WALTERO SCOTT de Branxholme militi, et heredibus ejus masc. insignia et cognomen de Scott gerentibus eorumque assignatis quibuscunque,—villas, terras et predia *lie stedingis* de Blakgraine, Woltoungrene, Woltounburne, Overhall, Frosterlie, Lennope et Fawhop, cum castris, mansionibus, manerierum locis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium, tenentibus &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Woltoun, vic. Selkirk et Roxburgh;—quas idem Walt., Jo. Mitchelsoun de Nethir Lewgait, et Walt. Carnecroce filius et heres quond. Walteri C. et Domine Gresillidis Scott domine Borthuik, resignaverunt; et quas rex, pro servitio sibi multis et singularibus officiis prestito, dicto Walt. Scott de novo dedit, cum advocationibus rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Eddiltoun et Cassiltoun; et easdem incorporavit in liberum tenementum de Blakgraine, ordinando mansionem et manerie locum de B. principale fore messuagium:—REDDEND. pro Woltoungrene, Woltounburne et Ovirhall, cum advocatione de Woltoun, unum den., pro advocatione de Eddiltoun unum den., de Cassiltoun unum den., argenti nomine albe firme; pro Blakgraine 70 lib. 10 sol. feudifirme, ac duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum; necnon pro Frosterlie, Lennope et Fawhope 10 sol. feudifirme, ac duplum feudifirme &c. (*ut sup.*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 59.

ANNO REGNI 2 ET 37. ANNO DOMINI 1604.

1528. Apud Edinburgh. 30 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit M. JOANNI PRESTOUN de Fentounbarnis collectori suo generali, et LILIE GILBERT ejus conjugi,—terras et baroniam de Pennycuke, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de P., ac presertim villam et terras de Pennycuke cum molendinis granariis et fullonis, terras dominicales de P. cum fortalicio et manerie vocatis Rickillis, terras de Newbigging, Lufnes, Silverburne, Dyknuke et Auchincorth, cum dicta adv., et cum ceteris terris dicte baronie, vic. Edinburgh; terras de Slipperfeild alias Myddilthrid et Yowthrid (olim de monasterio de Halierudehous tentas), in regalitate de Halierudehous, vic. Edinburgh;—quas Alex. Pennycuke de eodem pro hoc infeofamento irredimabiliter tradendo resignavit; et quas (excepto Slipperfeild) rex incorporavit in liberam baroniam de Pennycuke, ordinando dict. Rickillis principale fore messuagium:—TENEND. dictis Jo. et Lilie in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. pro baronia de Pennycuik *ut in carta* 419; pro Slipperfeild 31 lib. 6 sol. 8 den. nomine feudifirme, ac duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 38.

1529. Apud Edinburgh, 1 Apr.[1]
REX confirmavit cartam Joannis Inglis de

[1] Dated, probably by mistake, an. reg. 37 et 1. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 370.

Tarvet,—[qua, — pro perimpletione contractus matrimonialis inter se, Eliz. Carnagy conjugem suam et Alex. Inglis ipsorum legitimum filium natu maximum, ab una, Jonetam Melvill dominam seniorem de Elphinstoun et Martham Johnestoun filiam inter eam et quondam Jac. J. de Elphingstoun legitime procreatam ab altera partibus, de data apud Inglis-Tarvet et Carlawerok, 9 et 13 Jun. 1603,—vendidit dicto ALEXANDRO INGLIS—terras suas et baroniam de Tarvet, cum fortalicio, cunicolario, molendino, terras de Capell-Overtoun Thridpairt nuncupat., Nethirtoun de Caple cum molendino, dimidietatem terrarum de Balbirny, piscarias dict. terrarum ac terrarum dominicalium de Tarwet (omnes ab antiquo in unam baroniam de Tarwet incorporatas), necnon terras de Eister Pitcorthie in parochia de Kilrynnie, vic. Fyiff; cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum:—RESERVANDO liberum tenementum dicto Joanni (excipiendo pro sustentatione dictorum Alex. et Marthe dictas terras de Thridpairt cum manerie [per Jo. Doit, Jac. Watsoun et Davidem Yuill occupatas], cum annuo redditu 2 celdrarum victualium, ½ hordei et ½ farine avenatice, de terris de Eister Pitcorthie); et dicte Eliz. vitalem redditum de Caple et Eister Pitcorthie; et (post obitum dicti Jo.) vitalem redditum dicte dimid. de Balbirny Davidi Inglis filio suo secundario:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis inter eum et dictam Martham legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legit. procreandis quibuscunque, quibus def., heredibus masc. dicti Alex. legit. et propinquioribus quibuscunque cognomen de Inglis et arma domus de Tarvet gerentibus, de rege:—REDDEND. pro dicta baronia 12 den. argenteos nomine albe firme;—et pro Eister Pitcorthie (olim de monasterio de Hadingtoun tent.) 11 libras 16 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Alex. Gib:—TEST. Jacobo Ramsay de Ardbekie, Pat. Dudingstoun seniore de Raderny, And. Balfour feodatario de Balledmonthe, Joanne Johnestoun burgensi de Edinburgh, Pat. Glasfurde, Andrea Glasfurde (scriptore carte), notariis:—Apud Tarvet, 15 Aug. 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 251.

1530. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REX ad feudifirmam dimisit et,—cum consensu &c. (93.),—pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO AUCHTERLONIE apparen. de Kellie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Schannally cum molendinis, in baronia de Rescobie, necnon terras de Kany-Mekill in baronia de Kincoldrum, vic. Forfare;—que terre de S. ad archiepiscopatum S. Andree, terre de K. ad monasterium de Aberbrothok, ex antiquo pertinuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Schannally, ut unica sasina apud molendinum granarium de S. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Schannaly 26 sol. 8 den., pro Kanny-Mekill 13 sol. 4 den., in toto 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 86.

1531. Apud Edinburgh, 1 Maii.[1]
REX confirmavit cartam quond. Duncani Leslie de Pitcapill,—[qua,—pro perimpletione contractus cum quond. Joanne Gordoun de Clnny initi de data apud Clnuy, 21 Aug. 1581,—vendidit (quond.) AGNETE GORDOUN sponse sue, filie dicti Jo., in vitali redditu, et JOANNI LESLIE filio suo seniori et heredi apparen. hereditarie,—terras suas de Creichmond, extenden. ad solares dimedietates ville et terrarum de Meikill Creichmond, terrarum de Romakendill, Hardeharrell (vel Ardeharrell) et Ardebuk, et de Auldmill et Newmill cum terris molendinariis &c., dimed. solarem ville et terrarum de Halraw (vel Harlaw) extenden. ad 3 aratra, tertiam partem ville et terrarum de Rossewet extenden. ad 2 aratra (per Geo. Watt et Jo. Davidsoun occupat.), in baronia de Pitcapill, vic. de Abirdene;—necnon dicto Jo.—terras et baroniam de Pitcapill, viz. terras dominicales de P., fortalicium ejusdem cum manerie et pratis,

[1] Dated an. reg. 38 et 2. The A.D. is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxv. fol. 205.

cum molendino de P., terris molendinariis &c., et advocatione capellanie earundem infra capellam de Gareauche cum crofta terre eidem spectan., binam partem terrarum et ville de Rossewet, cum nova manerie et *lie werd*, et brueriis *lie ailhous* et Ailhouscroft vocat. Leggattisden, terras, marresium et morum *lie* Blak-inches, 8 bovatas terrarum de Ardoyne, cum tenentibus, tenandriis et molendino, cum communi pastura ad forestam seu silvam de Banochie, in dicta baronia, vic. de Abirdene :—TENEND. Creichmond &c. dicte Ag. *ut sup.*, dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Alexandro L. filio secundo dicti Dunc. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio L. filio tertio natu dicti Dunc. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Dunc. heredibusque suis masc. et assignatis quibuscunque reversuras, Pitcapill &c. dicto Joanni et eisdem heredibus, de rege; cum libera foresta :—PROVISO quod liceret dicto Dunc. in vita sua duntaxat supradicta a dictis filiis suis redimere per solutionem unius *lie ros-nobill* auri in templo parochiali de Logydurnoche, previa premonitione 3 dierum, vel per consignationem ejusdem in manibus cujusvis honesti viri in dicta parochia degentis :—REDDEND. jura et servitia consueta, cum una secta ad curiam capitalem vic. de Abirdene ad festum Michaelis :—cum precepto sasine :—TEST. M. Geo. Patersoun rectore de Daiviot, Geo. Watt apud molendinum de Pitcapill, Jo. Davidsoun in Legatisden, M. Arthuro Watt notario publico, Wil. Watt ejus filio Jo. Mamur in Cluny :—carta scripta per Jac. Watt studentem in academia regali Veteris Abirdune :—Apud Pitcapill, 16 Maii 1600]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 309.

1532. Apud Edinburgh, 22 Maii.

REX confirmavit cartam Willelmi Sinclair de Roisling, — [qua, — pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit ARCHIBALDO DOWGLAS de Fastcastell, in vitali redditu, et WILLELMO DOWGLAS ejus filio et heredi apparenti in feodo,—terras et baroniam de Pentland cum villa et granorum molendino, terras de Hilend, Boghall et Leipis, terras de Pentlandmure cum pertinentiis, viz. Kirktoun, Quhythauch, Loganehous cum fortalicio, Eirnecraig et Syninshoipe Eister et Wester, Falaw et *lie* Grane, terras de Mortoun et Mortounhall cum manerie loco, ac cum ceteris partibus dicte baronie dicto Wil. S. in proprietate spectantibus, antea in unam baroniam de Pentland incorporatas, vic. Edinburgh :—TENEND. dicto Arch. *ut sup.*, dicto Wil. D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Jacobo Dowglas de Spott et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. et tallie dicti Jac. in ejus infeofamento terrarum et dominii de Spott contentis, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. M. Jo. Nicolsoun de Leswaid uno commisariorum de Edinburgh, M. Alex. King de Dreiddane advocato, M. Georgio Dowglas fratre dicti Archibaldi, Joanne Dicksoun servo dicti Alex., Jac. Kynneir scriba signeto regis, Jac. Ramsay ejus servo (scriptore carte):— Apud Edinburgh, 9 Maii 1604]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictos Arch. et Wil. D. et eorum predecessores prestito, suprascripta dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 44.

1533. Apud Edinburgh, 22 Maii.

REX,—cum consensu &c. (93.), — confirmavit cartam Archibaldi Irwing de Quhytestane, — [qua vendidit WILLELMO STRATHAUCHIN nepoti suo, filio legitimo tertiogenito Willelmi S. de Tilliefroskie inter eum et Cristinam I. filiam dicti Arch. procreato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Quhytestane, cum communi pastura in forestis de Birs et Glenawyn antea usitata, in schyra et parochia de Birs, vic. Abirdene :—RESERVANDO vitalem redditum dicto Arch. :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; et Petro episc. Abirdonen. et ejus successoribus 37 sol., et 2 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum aut assignatorum; necnon prestando cetera devoria et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine :— TEST. dicto Wil. S. de T., Jo.

Lyndsay in Mureailhous, M. Rob. Davidsoun notario publico Abirdoneis commorante (scriptore carte), Tho. Brockie ejus servitore : — Apud Mureailhous, 17 Apr. 1604] :—PRETEREA rex, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. juniori de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut sup.* ; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia infra episcopi palatium de Abirdene sive infra *lie schyre* de Birs :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 45.

1534. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit cartam factam per quond. Jac. abbatem de Newbottle, et ejusdem conventum,—[qua, pro 100 merc. persolutis, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) THOME CUBY in Salt-Prestoun et JONETE LIDDALE ejus sponse in vitali redditu, et JOANNI CUBY eorum filio et apparenti heredi et KATHARINE BROUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque,—duas mansiones cum hortis jacentes ex parte australi ville de Salt-Prestoun, cum 36 acris terrarum arabilium in territorio dicte ville (viz. 2 acris in *lie* Thorny-buttis, 2 ac. ad caput principalis mansionis dicti Tho., 5 ac. in *ly Buttis*, 8 ac. in campo *ly* Wigryhill, $2\frac{1}{2}$ ac. ibidem, $\frac{1}{2}$ ac. ibid., $2\frac{1}{2}$ ac. ibid., 3 ac. ibid., $\frac{1}{2}$ ac. ibid., 2 ac. in campo vocato Dunbarris-buttis, 1 ac. in *ly* Foulfute, $\frac{1}{2}$ ac. ibid., 1 acram ibid., $1\frac{1}{2}$ ac. ibid., 4 ac. ibid.) :—REDDEND. dicto monast. 6 libras, cum 8 *lie kaine-foullis* (viz. 40 sol. augmentationis) ; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum ; cum presentiis in curiis capitalibus apud Newbottill ; cum prohibitione alienandi aut permutandi absque consensu superiorum : —Apud Newbottill, 2 Sept. 1544] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 46.[1]

1535. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit HECTORI TRUMBILL de Hairtishauch (antiquo et nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras ecclesiasticas nuncupatas the *Vicar-landis* ecclesie de Hoipkirk, cum *lie* Vicarishall et Wester Swanscheild, cum decimis inclusis que nunquam a trunco separari solebant, cum silva nuncupata *the Clerkis-bank*, in parochia de Hoipkirk, vic. Roxburgh ;—que olim ad vicarios de Hoipkirk pertinuerunt :—RESERVATIS mansione et gleba ministro dicte ecclesie :—REDDEND. 3 lib., cum 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 47.

1536. Apud Perth, 6 Jul.

REX,— cum avisamento &c. (93.),— ad feudifirmam dimisit JOANNI WEYMES de Cuthilhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— terras de Cuthilhill et Seysyde, in dominio de Sanct-Colmes-Inche, vic. Fyiff ;—que olim ad abbatiam de Sanct-Colmes-Inche pertinuerunt : — REDDEND. 4 libras, cum 12 caponibus (aut 8 den. pro unoquoque), *lie sex scheraris dargis* tempore autumnali (aut 4 den. pro unoquoque), 3 sol. 4 den. pro areagiis, careagiis et aliis servitiis debitis et consuet., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—INSUPER rex,—quia clare constabat quod dictus Jo. et ejus autores fuerant antiqui nativi feudifirmarii et tenentes dict. terrarum ultra hominum memoriam,—ratificavit cartam alienationis dicto Joanni per Jac. Stewart de Burry desuper factam, de data apud Abirdour, 1 Jan. 1595 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 83.

1537. Apud Perth, 10 Jul.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit WILLELMO FORBES de Corsinday, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Balvak et Derinach earundem, cum molendino, terris

[1] This charter has the following names of adjoining owners and occupiers : — Sir John Watsone chaplain, Alex. Atkinsone, Alex. Hammiltoun, Jas. Atkinsone, Jerome Hammiltoun, Hen. Atkinsone.

molendinariis &c., in regalitate S. Andree, vic. Abirdene ;—quas idem Wil. resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit (per bondas in vulgari specificatas [1]) :—REDDEND. 11 mercas feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando ceteras devorias et conditiones in antiquis infeofamentis contentas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 67.

1538. Apud Perth, 10 Jul.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit THOME MAR in Newsteid, in vitali redditu, et ALEXANDRO MAR ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie, in feudifirma,—officium et servitium granorum molendinorum de Melros, vulgo *lie knaschipis*, cum *lie bannok*, necnon terram sive tenementum continens $2\frac{1}{2}$ particatas *lie fawis* in latitudine et 16 in longitudine, ante portam anteriorem monasterii de Melros (juxta terram Tho. Congiltoun), cum acra terre arabilis de *lie* Querrelhill, et pastura 2 vaccarum cum earum fetibus in communia de Danyeltoun, et unius equi sive jumenti in *lie* Greneyard et Weirhill (vel Querrelhill) a principio mensis Apr. ad collectionem segetum, et reliquo tempore ubique circa dictum monast. ubi animalia et equi dicti monast. pascerentur, cum libertate lucrandi cespites (*turvis*) et petas in petaria de Threipwode sive alibi ubi possent cum minore damno dicti monasterii haberi ad discretionem socii fellerarii (vel sellarii), in dominio de Melros, vic. Roxburgh ; cum potestate pinsendi, brasiandi, emendi et vendendi panes, cerevisiam, vinum, carnes, pisces aliaque mercimonia licita et honesta, alias mercantias et quascunque operationes licitas et honestas exercendi ;—que idem Tho. resignavit :—REDDEND. pro officio 26 capones, ac duplum feudifirme in introitu heredum, et 3 sectas curiarum apud Melros ; pro dicta terra et seqq. 20 sol., et 5 sol. in festo Pasche pro cerevisia decimali, una cum multura decimiseptimi grani tam de frugibus dicte terre quam aliis acquisitis : —TEST. 99. 75. 46. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 261.

ANNO REGNI 38 ET 2. ANNO DOMINI 1604.

1539. Apud Perth, 30 Jul.

REX dedit literas legitimationis JACOBO WALKER in Lewquharis, bastardo, filio naturali quondam Joannis W. in Crovie. xliv. 57.

1540. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Davidis Home portionarii de Blacader,—[qua,—pro perimpletione obligationis per se facte cum consensu Margarete Schaw sponse sue, de data presentium, in libris concilii registrande,—vendidit ALISONE HOME filie sue, et ALEXANDRO HOME ejus sponso, —tertias partes dimedietatis sue terrarum et baronie de Blacader (viz. ville et terrarum dominicalium de B., duorum granorum molendinorum earundem, et terrarum de Quhytelaw, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem), vic. Beruik :—TENEND. dictis Alis. et Alex. H. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. H. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine directo Rob. Inglis :—RESERVATO vitali redditu dictis Dav. et Marg. :—TEST. Alex. Home filio naturali dicti Davidis, Petro Home filio naturali quondam capitani Davidis H., Rob. Home filio naturali quondam Archibaldi (Home) rectoris de Dunce, Timotheo Rouchlaw, Niniano Foullis (scriptore carte), connotariis, Jac. Lambe (in Westmylne) :—Apud

[1] Among the boundaries are "ane great gray stane with ane boir in the samyn," and "ane uther gryt gray cairne in the quhilk stane is the letter P ingravin," and "ane uther gryt gray stane haveing ane gryit bore with ane cors boir in the same," and "ane great uther gray stane also boirit."

Capellaind alias West-Maynis de Blacader, 30 Apr. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 49.

1541. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Davidis Home portionarii de Blacader, — [qua, — pro perimpletione &c. (*ut in carta* 1540),— vendidit MARJORIE HOME filie sue primogenite, et PETRO HOME ejus sponso,—tertias partes &c. (*ut in carta* 1540):—TENEND. dictis Mar. et Petro in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pet. quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—cum precepto sasine:—RESERVATO, TEST. et de data *ut in carta* 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 50.

1542. Apud Perth, 26 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam quondam Georgii Stewart de Arnetully,—[qua,—pro impletione contractus inter se, Jonetam Robertsoun sponsam suam, et Jacobum Drummond de Leichill, ab una, et Jo. S. filium legit. primogenitum suum ab altera partibus, de data . . Sept. 1595, in libris dominorum concilii vel commissariatus de Dunkeld registrandi, — vendidit dicto JOANNI STEWART, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,— terras de Arnetully, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Over Cardney et Cairdney-inter-lacus, cum manerie, lacubus, piscariis, molendino, terris molendinariis &c. (et specifice terris de Butterstoun, Eister Drumboy et Newtoun, pendiculis dictarum terrarum de Cardneyis), pratum vocat. *the Bischopis-medow of Drumboy* cum ejus decimis, terras de Rotmell, cum fortalicio, manerie et piscationibus, terras de Cragilto, terras silve de Leitpettie nuncupatas, occidentalem dimidietatem terrarum de Eister Crannych, cum decimis garbalibus de Leitpettie et Crannych inclusis, terras de Dulmarnok, cum molendinis, multuris, silvis, piscationibus, tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in dominio de Dunkeld, vic. Perth: — RESERVANDO dicto Georgio S. vitalem redditum umbralis dimid. de Arnetullie, et integrarum dict. terrarum &c. de Rotmell, Cragilto, Leitpettie, Crannych, Over Cairdneyis, Butterstoun et Eister Drumboy-miln; dicte Jon. post decessum dicti Geo. vitalem redditum de Cairdney-inter-lacus cum manerie &c., et de Cragilto et Leitpettie, et annui redditus 3 chalderarum hordei de terris de Arnetully; necnon Katherine Liddell avie dicti Geo. 2 aratra de Arnetully in quibus infeodata extitit:— TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. Petro episc. Dunkelden. pro ejus vita, et postea regi, pro Arnetullie 40 sol., pro Cairdneyis 40 sol. (et vicariis chori de Dunkeld 6 libras 13 sol. 4 den., necnon pro Cairdney-inter-lacus rectori scholarum schole grammaticalis civitatis de Dunkeld 3 libras 6 sol. 8 den.), et 13 sol. 4 den. augmentationis; pro dicto prato 13 sol. 4 den., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia infra civitatem Dunkelden.; pro Rotmell 40 sol., 2 verveces *lie wedderis* (vel 13 sol. 4 den.) ad festum S. Andree apostoli, 36 *lie salmond fische* (vel 4 lib.) infra festa P.V.M. et S. Joannis, cum *lie leiding* de 40 oneribus *lie peittis*, et aliis servitiis debit. et consuet.; pro Cragilto 40 sol., 4 duodena *lie cheikynis* (vel 16 sol.) infra festa Sancti Columbe et S. Joannis, et *lie leiding* de 160 oneribus petarum, et pro gressumis et aliis devoriis et careagiis *ane swarme of beis in ane skep*, et 40 den. augmentationis, cum 3 sectis ad 3 curias capitales baronie de Dunkeld, et ad ceteras curias cum premoniti essent; pro Leitpettie 43 sol. 4 den., pro Eister Crannych 4 sol., cum 3 sectis ad 3 curias capitales baronie de Dunkeld; necnon regi pro Dulmarnok 6 lib., 16 sol. 4 den. pro 8 hedis *lie kiddis*, 16 sol. pro 32 *lie pultrie*, 10 sol. pro laboratione crofte capellanie Beate Marie de Invar in Litil Dunkeld; et 11 sol. augmentationis; necnon duplicando dictas feudifirmas in introitu heredum; et sub provisionibus in antiquis infeofamentis expressis:—cum precepto sasine directo Jo. Irwing de Mukliemoir: — TEST. Pat. Robertsoun, Wil. Bissait, servitoribus dicti Geo., Donaldo Lyn sartore Dunkelden., M. Walt. Stewart notario:—carta scripta per Robertum M'Raith in Dunkeld:—Apud Rotmell, 7 Nov. 1595]:—INSUPER rex, pro

bono servitio dictorum Geo. et Jo., de novo in feudifirma dimisit dicto Jo. S., tunc de Arntully, dict. terras &c. (preter Dulmarnok); et easdem incorporavit in liberam baroniam de Arntullie, ordinando villam de A. fore principale messuagium: —REDDEND. regi *ut supra* (omissis firmis &c. de Dulmarnok):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 366.

1543. Apud Hamptoun-court, 21 Sept. REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit capitaneo ANDREE GRAY, filio legitimo quondam Georgii G. de Scheilhill,—villam et terras de Dunnynald, cum fortalicio, portu et piscatione, in parochia de Sanct-Skeoche, vic. de Forfar;—quas, olim de priore de Restennet tentas, And. Gray de Dunnynald apud Aschebie in Anglia resignavit in favorem dicti cap.:—TENEND. dicto capitano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Thome Gray filio legit. quartogenito dicti Andree G. de D., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio G. filio ejusdem secundogenito et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo G. filio ejusdem quintogenito et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jac. nomen et insignia de Gray gerentibus, quibuscunque, in feudifirma:—RESERVANDO dicto Andree G. de D. australem partem dict. terrarum (per bondas specificatas), cum fortalicio et manerie ibid., pro ejus vita:—TEST. 99. 46. 82. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 102.

1544. Apud Curiam de Hamptoun, 29 Sept. REX, pro bono servitio quondam Davidis Betoun de Melgund et JACOBI BETOUN tunc de Melgund ejus filii,—cum avisamento &c. (119.),—concessit dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis,—partem more nuncupate Montromonth adjacentem terris et baronie de Melgund (infra bondas specificatas), cum quacunque alternata parte dicte partis dicte more, vic. Forfar:—SOLVEND. 40 sol. feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 51.

1545. Apud Pertham, 29 Sept. REX confirmavit cartam quondam Donaldi Denwne abbatis de Feirne sive Nova Ferna,—[qua,—cum consensu Dominorum Donaldi Faid subprioris, Gulielmi Calder, Joannis M'Culloche, Roberti Strabrok, Alexandri Roriesoun, Donaldi Bain et Davidis Reid, conventus dicti monast.,—ad feudifirmam dimisit (quondam) ANDREE DENWNE, heredibus ejus et assignatis,—terras de Catbolle-abbotte et Tulloche, cum brasina et astricta multura molendini de Ferne (bondat. ut sequitur, viz. *thrie sett stanis from the sea bank in the bog bewest the chapell of Kilmuir, upward to the hill callit Knokincrosk, with the commoun gait to the feildland of Balmucky callit the lone* ad orientem, strypam vulgo Fanikallich ad boream, *lie auld dyik passing from Lonnyspyre linialie westward fornent thrie gray staines in the muir with the strype of Levellingowin* ad occiden., *the sea and the gait passing from the port of Sandwick, the auld dyik at Lochinspre to the landis of Rarichiny* ad austrum), terras de Lachlauek cum pastura hereditaria de Sallachie et Muckerniche (bondat. ut sequitur, viz. Carnevren ad orientem, Glakcamilen ad occiden., Corrinamag ad austrum, Auldenskerrie ad boream), in comitatu et diocesi Rossie, vic. Invernes:—RESERVANDO dictis abbati &c. usum portus maris dictarum terrarum de Catboll, cum 8 domibus pro piscatoribus dicti portus; necnon eisdem, et Hugoni Ros in Ballamucky, *the use of the mos in sustening us our fewall*:—REDDEND. dicto monasterio pro Catboll et brasina 9 libras, 4 duodena caponum, 2 bollas avenarum; pro dicta multura 3 bol. 3 firlotas victualium; et pro Tulloch et Lachlauek 4 lib. 13 sol. 8 den., 4 mutones; et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 16 lib. 18 sol. 4 den.; et deserviendo dictis abbati &c. aut eorum ballivis in guerris regis in propriis personis propriis sumptibus; et comparendo in curia capitali de Feirne post festum Epiphanie:—et dicti abbas &c. voluerunt quod unica sasina pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Angusio M'Culloch de Tarrell, et Hugoni Ros Waltersone in Ballamucky:—TEST. Angusio M'Culloch de Tarrell, Jo. Waus de Lochslin, Hugone Ros Walterson in Ballamucky, Willelmo Ros Walterson in

Culnaha, Walt. Johnesone in Littill Rainy, D. Gulielmo Reyoch curato de Tarbat, Jo. Nicolsone notario publico :—Apud Feirne, 9 Jul. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 52.

1546. Apud Linlythgow, 23 Oct.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit THOME MARJORIBANKIS de Ratho, et MARIE DOWGLAS ejus conjugi,—terras ville de Ratho, extendentes ad 36 bovatas, cum mansione, maneriei loco, lacu et prato, in baronia de Ratho, vic. Renfrew per annexationem ;—quas idem Thomas personaliter resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Thome Marjoribankis quibuscunque :—TEST. 99. 75. 46. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 56.

1547. Apud Palatium de Quhythall, 12 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (120. 121. 92.),—constituit M. ALEXANDRUM FORBES, pro ejus vita,—episcopum de Cathnes ; concedendo ei dicti episcopatus fructus, decimas, feudifirme firmas, piscationes, terras &c., cum advocatione beneficiorum et omni jurisdictione ejusdem ;—vacan. per dimissionem M. . . Gledstanis novissimi episc. :—INSUPER rex disposuit dicto M. Alex. tertias dicti episcopatus,—dicto Alex. astricto particulares ecclesias dicti episcopatus sufficientibus pastoribus victu competente providere :—promittendo hanc provisionem in proxima parliamenti sessione ratificare. xlv. 53.

1548. Apud Quhythall, 18 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE LINLYTHGOW domino Levingstoun et Callender, et Domine HELENE HAY ejus sponse,—terras et baroniam de Levingstoun (viz. villam de L. cum terris dominicalibus ejusdem, fortalicium *lie peill* earundem, cum manerie, molendino, terris molendinariis &c., cum terris de Breich, Stanyburne et Carboundenis Eister et Wester, Cousland, Newwark et Park, cum tenentibus &c.), necnon terras de Carribberis, cum tenentibus &c., vic. Linlythgow ; —que baronia fuit Patricii Hammiltoun de Levingstoun, et per eum et Euphamam Seytoun ejus sponsam cum consensu Joannis Cokburne de Clerkingtoun resignata est ; et que terre de C. fuerunt Helene et Katharine Carribber filiarum et heredum quondam Joannis Carribber de eodem, et per dictam Hel. et Jo. Kincaid ejus sponsum (cum consensu Alexandri Levingstoun de Haillis-of-Airth, Joannis Kincaid de Abbotisgrange et Andree Hall in Falkirk, ad quorum instantias interdicti extiterunt), et per dictam Kath. et Tho. Mekill in Watterstoun ejus sponsum, resignate sunt ; et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Levingstoun :—PRETEREA erexit dict. villam de L. (sitam in maximo communi et libero passagio ducente a burgo de Edinburgh ad civitatem Glasguen. et ceteras provincias jacentes ad occidentalem partem regni)—in liberum burgum baronie, BURGUM DE LEVINGSTOUN nuncupand. ; concedendo incolis potestatem emendi et vendendi &c., et liberos burgenses creandi, crucem foralem erigendi, et tenendi singulis septimanis foralem diem die Veneris, necnon duas nundinas *lie fair-dayis*, 22 Aug. et 28 Oct. :—TENEND. dicto com. et ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. quibuscunque dicti comitis cognomen et arma de Levingstoun gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et relevium ad 100 libras, et maritagium ad 500 merc. :—TEST. 76. 83. 84. 81. 72. 85. 49. 78. xliv. 58.

1549. Apud Curiam Regis in Quhytehall, 22 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (121. 93.) —de novo constituit M. DAVIDEM LYNDSAY (cujus provisionem non tam amplifice extensam reiterare voluit), pro ejus vita,—episcopum Rossensem ; dando ei terras, fructus, decimas &c. dicti episcopatus, cum superioritate et dominio regalitatis ejusdem, et advocatione ejus beneficiorum ;

necnon tertias et *lie superplus* dicti episcopatus, pro quibus dictus episc. astrictus est ecclesias dicti episcopatus cum sufficientibus pastoribus et competentibus victibus providere :—promittendo &c. (*ut in carta* 1547). xliv. 368.

ANNO DOMINI 1605. ANNO REGNI 38 ET 2.

1550. Apud Edinburgum, 1 Jan.
REX, pro bono servitio,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam locavit et quitteclamavit ADAMO HEPBURNE filio primogenito Patricii H. in Kingistoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kingistoun cum mansione, extenden. ad 4 terras husbandias, in dominio de Dirltoun, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ;—que olim ad monasterium de Dryburgh pertinuerunt :—REDDEND. 11 lib., cum 3 sol. 4 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 275.

1551. Apud Edinburgh, 1 Jan.
REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et quitteclamavit JOANNI GLEDSTANIS de Windintounhall (nativo tenenti et feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Windintounhall, extendentes ad 2 mercat. antiqui extentus aut eocirca, infra villam et dominium de Windintoun, vic. Rosburgh ;—que olim ad abbatiam de Jedburgh pertinuerunt :—REDDEND. servitium serjandrie dominii de Windintoun secundum antiquum usum ; et comparendo in 3 curiis capitalibus in dicte abbatie loco ; cum ceteris (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contentis :—INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta per commendatarios et conventum de Jedburgh dicto Jo. aut ejus predecessoribus aut autoribus desuper facta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 286.

1552. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Ludovici ducis Lennocie com. de Darnelie dom. Tarboltoun, Methven et Obenzie, magni camerarii et admiralli Scotie, feudifirmarii dominii de Glasgow, —[qua ad feudifirmam dimisit ROBERTO SCOTT in Eidschaw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eidschaw et Eister Eschinsyde, in baronia de Erskirk, dominio et regalitate de Glasgow, vic. de Roxburgh :—REDDEND. dicto Lud. 27 lib. 8 sol. 4 den. ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dict. baroniam ; et comparendo in ceteris curiis dicte regalitatis cum requisiti essent ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Alex. Justice Verbi Dei ministro apud ecclesiam de Erskirk :—TEST. Jo. Houstoun de eodem, Jo. Buchannane de eodem, D. Jac. Erskene de Craige milite, Joanne Blair juniore de eodem, M. And. Dalrumpill, Geo. Hutchesone, notariis, servitoribus dicti Lud., Rob. Strulis (Skalis?) servitore comitis de Egglintoun :—carta scripta per And. Hay servitorem Jac. Kinneir scribe signeto regio :—Apud castrum Glasguense, 18 Maii 1604] : —PRETEREA ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Rob. Scott, heredibus &c. (*ut sup.*),—partes terrarum *lie* Crawknok (vel Crawknowis) et Clevis, in parochia de Erskirk, vic. Roxburgh ;—que pertinuerunt ad rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Erskirk, vel ad episcopatum de Glasgow aut aliud ecclesiasticum beneficium infra regnum :—REDDEND. 40 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 264.

1553. Apud Edinburgum, 3 Jan.[1]
REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Michaelis Balfour de Montquhany,—[qua,—virtute cujusdam contractus matrimonialis inter se et Mariotam Adamesone sponsam suam et And. B. suum

[1] Dated A.D. 1604. Either this or the regnal years must be wrong. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 276.

legitimum filium et heredem apparentem ex una, et Jac. Melvill de Halhill, Cristinam Boiswell ejus sponsam et Margaretam M. eorum legit. filiam, ex altera partibus, de data apud Montquhany, 27 Dec. 1589, registrati in libris concilii,—cum consensu dicte Mariote, vendidit dicto ANDREE BALFOUR, et heredibus masc. inter eum et dictam Marg. ejus conjugem legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti And. quibuscunque,—terras suas de Korbister-bewest (extenden. ad 3 denariat.), Noltland-bewest (ad 4 den.), Midbie-bewest (ad 27 den.), Backa (ad 9 den.), Forbo-bewest (ad 3 den.), Garth (ad 3 den.), Cleit (ad 3 den.), South Burgh (ad 9 den.), Wa (ad 36 den.), *ly* Bow-of-Noltland et *lie* Dyksyd earundem (ad 18 den.), Rackick (ad 27 den.), Aikernes (ad 18 den.), Mabak in Papa-Westra (ad 4½ denariatas), cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., et piscationibus, in insula de Westra, regalitate Orchadensi, vic. ejusdem :—REDDEND. regi 103 libras feudifirme ; et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud palatium de Kirkwall vel alibi ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando ceteras conditiones in antiquo infeofamento contentas : —RESERVANDO liberum tenementum dictis Michaeli et Mariote ; et dicto Mich. jus dictas terras impignorandi :—cum precepto sasine : — TEST. Normondo Bruce fratre germano Roberti B. de Clakmannane, Jac. Melvill servo dicti Jacobi M. de Halhill, Michaele Thomesone, Andrea Edmestoun notario, servis dicti Mich. B., Jac. Balfour ephippiario burgensi de Cowper :—Apud Montquhany, 7 Apr. 1590] :—PRETEREA, pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, dict. terras dicto And. (tunc de Montquhany militi) de novo ad feudifirmam dimisit, et in liberam tenandriam et Noltland incorporavit, ordinando castrum de Noltland fore principale ejusdem messuagium :—REDDEND. *ut supra*, secundum tenorem carte per quondam Adamum episc. de Orknay et capitulum ejusdem desuper confecte quondam Gilberto Balfour de Westraw :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 73.

1554. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit DAVIDI FORREST de Gimmersmylnes, burgensi de Hadingtoun, et ISSOBELLE SYMSOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque,—molendina granaria nuncupata Gymmersmylnes, cum astrictis multuris &c., ac cum mansione de G., hortis, ustrinis, horreis, columbario, cum vallibus *lie* Hauchis, apud orientem burgi de Hadingtoun, et specialiter Gymmersmylne-hauche et Dobies-hauche sive *lie Brayis* (intra bondas specificatas), cum 4 liriis *lie riggis* terre arabilis *lie* Mylnecroft dictis molendinis adjacen., ac 2 acris arabilibus *the Mylnelandis* in campo vocato *the Croceflatt*, cum decimis garbalibus omnium inclusis que nunquam antea dividi solebant, necnon 13½ acras arabiles in campo *lie* Nungait-syde (juxta terras ad ecclesiam de Eddrem spectantes), cum decimis &c. (*ut sup.*), cum *lie rig* in dicta crofta vocat. Mynneis-rig, 7 acras 1 rudam terre arabilis (viz. 2 ac. separatim in *the Croceflatt*, acram in Adameflatt, acram prope terras quondam Davidis Bauld, 1½ ac. in *lie* Flures, 7 *lie rudis* in *lie* Gallowsyde), omnes in territorio ville de Nungait, cum quarta parte terrarum de Sprotland 3½ acras aut eocirca continente, et 3 tenementa cum 3 *buttis* arabilibus ex parte boreali dicte ville prope dicta molendina, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—que, olim de monasterio de Hadingtoun tenta, iidem David F. et Is. resignaverunt;—necnon rex concessit dictis Dav. F. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque, —5 sulcos *lie daillis* contigue adjacen., 8 *lie buttis* ex australi parte mansionis de Gymmersmylnes, duo vasta tenementa apud orientalem finem pontis dicti burgi, in territorio de Nungait, constab. et vic. antedictis:—et rex voluit quod unica sasina pro omnibus suprascriptis staret:—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. pro molendinis cum pertinentiis 22 lib., pro Sprotland 4

sol., pro qualibet dict. acrarum in Nunsyde 4 sol., pro 3 tenementis cum liriis 3 sol., pro dictis 5 *daillis* et 8 *buttis* 4 sol., pro vastis tenementis 2 sol., in toto 26 lib. 7 sol., cum 12 caponibus; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 273.[1]

1555. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REX concessit et, pro compositione persoluta,—cum avisamento &c. (92.),—de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE LYNLITHGOW, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et tallie in infeofamento dominii de Callender contentis, et assignatis,—terras templarias de Nether Carlowrie (quas dictus Alexander ejusque predecessores aut autores ultra hominum memoriam possederant), cum manerie loco, molendinis, pratis, carbonibus, saltubus, piscariis, tenentibus &c., cum privilegio libere regalitatis in hac parte cum eschaetis &c., in baronia de Listoun, regalitate de Torphechin, vic. Linlithgow;—quas, tanquam partem dominii et regalitatis de Torphechin, Jac. dom. de Torphechin resignavit:—Reddend. 6 sol. 8 den. feudifirme si peterentur tantum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 219.

1556. Apud Edinburgum, 8 Feb.

REX, — cum consensu &c. (93.), —ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO GRAY communi clerico ac burgensi de Hadingtoun (antiquo et nativo tenenti et feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —5½ acras terrarum arabilium (viz. 3 acras continen. 13 *lie rigis* in *lie schot* vocato Gallosyde, acram continen. 4 *lie rigis* in Nunsyde, ½ acram continentem 2 *lie rigis* ibidem, et acram continen. 3 *lie rigis* et *lie toung* in et prope Adameflat), et dimedietatem quarte partis de Sprotlandis continen. 5 *lie rigis*, in villa et territorio de *lie* Nungaitt, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim de monasterio de Hadingtoun tente fuerunt:—Reddend. 26 sol. 6 den., 6 capones; et unum equum onerativum ad proximum mare quando victualia dicte abbatie levanda de Fyiff asportarentur:—Test. 99. 46. 84. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 260[2].

1557. Apud Edinburgum, 9 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO HUME juniori de Ayttoun et ELIZABETHE EDMESTOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—2 terras husbandias, 3 terras cottagias, unam *lie grisland* et domum (prope domum quondam Davidis Dicksone), 4 terras husbandias et 2 terras cot. (olim per Pat. King, Davidem Airth, Alex. Congiltoun et Jo. Sleich occupat.), 6 terras husb. (olim per And. Hume in Dumbar occupat.), in villa et territorio et baronia de Coldinghame, vic. Beruick; —necnon dicto Pat. Hume, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—5 terras husb. (olim per quond. Jo. Hume et ejus subtenentes occupat.), in villa et territorio de Ayttoun, vic. Beruick;—que omnes olim fuerunt monasterii de Coldinghame, et per dictum Pat. Hume et ejus subtenentes occupate sunt:—Reddend. pro dictis 2 ter. husb. &c. 49 sol. 4 den., cum 5 gallinis et 6 caponibus, arragiis, carragiis, *dargis* et servitio consuet.; pro qualibet dictorum 4 ter. husb. 13 sol. 4 den., et 10 den. pro castri wardis, cum 3 caponibus et una pul-

[1] This charter has the following names of adjoining owners and occupiers of the above and adjoining lands:—Agnes Gibsoun, John Diksoun, Wil. Cokburne, Pat. Thomesoun, Wil. Tait (burgess of Hadingtoun), Adam Tait, Pat. Hepburne, John Nicolsoun, Hen. Cokburne, John Diksoun in Abbay, Alex. Seyttoun junior, Pat. Hepburne of Smytoun, Geo. Millar, Joh. Aytoun (burgess of Hadingtoun), Hector Tait, Tho. Waik, umquhile John Hepburne, Wil. Arnote.

[2] This charter has the following names of adjoining owners and occupiers:—umquhile John Keringtoun, Pat. Hepburne of Beinstoun, umq. Thomas Thomesone, Pat. Quhytlaw, umq. John Liddell, Margaret Liddell and Pat. Thomesoun her spouse, umq. John Hepburne, Eliz. Barclay and John Symsone her husband, Pat. Hepburne of Newmylnes, umq. Pat. Dowglas, Wil. Tait, umq. Marion Keringtoun, Wil. Gibsone.

trea; pro qualibet dictarum 2 ter. cot. 2 sol. 5 den., cum una gallina et 4 dietis; et 10 sol. 8 den. augmentationis; pro dictis 6 ter. husb. 6 mercas 12 sol., pro dictis 5 ter. husb. 5 mercas 10 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 99. 83. 84. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 54.

1558. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis commendatarii S. Crucis et unius ordinariorum senatorum collegii justiciarie,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 10 Mar. 1595,—vendidit M. ARCHIBALDI DOWGLAS archidecano Glasguensi et MARGARETE TUEDY ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibus dicti Arch. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Briglandis cum earum superioritate, prope burgum de Peblis, vic. ejusdem:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Davidsoun servitore dicti Jo., M. Jo. Paip servitore M. Joannis Hay scribe, Geo. Dowglas in Spittelhauch, Hen. Bickartoun scriba signeti regii:—carta scripta *ut in carta* 796:—Apud Vicum Canonicorum, 29 Mar. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 36.

1559. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit [1] cartam factam per quond. Jac. commendatarium perpetuum de Calco et Melros, et conventum de C.,—[qua confirmaverunt (quondam) WILLELMO HOG, heredibus ejus et assignatis subscriptis,—terras de Clarelaw nuncupat. Langsyde, et 2 acras de C. vocat. Filverthorne contigue jacen. (intra bondas specificatas), in baronia de Bowdene, vic. de Roxburgh;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 3 lib.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Calco; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Apud dictum monast., 20 Feb. 1554]:—[2] cartam quond. Domini Nicholai Michelsone, prebendarii prebende Vigorushauch nuncupate in ecclesia collegiata de Dunglas,—[qua,—cum consensu prepositi et prebendariorum dicte ecclesie, necnon Patricii Home de Polwart patroni ejusdem, et Patricii H. ejus filii et heredis apparentis,—ad feudifirmam dimisit (dicto) Willelmo Hog in Vigorushauch—terras de Vigorushauch, jacen. inter aquas de Tweid et Teviot, et salmonum piscariam super dict. aquas, vic. Roxburgh:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. cognomentum de Hog gerentibus quibuscunque, de dicto prebendario:—REDDEND. 10 mercas, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Roberto Hog in Potterraw, Geo. Storie et Alexandro Hume servis dicti Pat.:—Apud Edinburgum, 24 Jul. 1565]:—INSUPER rex ratificavit ceteras cartas feudifirme per dictum commendatarium, quond. Jo. abbatem de Lundoiris condjutorem et administratorem dicte abbatie, et conventum ejusdem, factas dicto Wil. Hog, heredibus ejus et assignatis,—de dictis terris, et de terris de Prestoun (per quond. Wil. Hog ejus patruum antea occupatis), in baronia de Bowden, vic. Roxburgh:—PRETEREA, pro bono servitio, dict. terras de novo ad feudifirmam dimisit ANDREE HOG filio et heredi (saltem apparenti) dicti Wil., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, cum columbario et *Braidyairdis* de Vigorushauch:—REDDEND. pro Preistoun 6 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, et pro ceteris *ut sup.*, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 25 merc. 3 sol. 4 den.; cum 3 sectis &c. (*ut in carta* [1] *supra*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 72.

1560. Apud Burgum de Edinburgh, 26 Feb.

REX,—cum consensu &c. (122. 123. 126.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit ROBERTO TURNBULL seniori feodatario de Denheid et MARIE LESLIE ejus conjugi pro eorum vita, et ROBERTO TURNBULL juniori, eorum filio legitimo secundogenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—peciam vastam

et madidam terre ex occidentali parte emporii lignorum (*lie trein mercat*) de Cowper in Angus, ex orientali parte aggeris de Balrage-croft, cum domibus et horto, in dominio de Cowpro, vic. Perth; necnon croftam *lie* Litill-Hayhouscroft cum domibus et hortis, ex australi parte torrentis monasterii de Cowpro (intra bondas specificatas), in dominio de Cowpro, vic. de Forfar;—que omnia ab antiquo ad abbatiam de Cowpro pertinuerunt:—REDDEND. pro pecia vasta 6 sol. 8 den., pro crofta 10 sol.; cum ceteris devoriis si que ultra in rentali dicte abbatie contente sunt; et 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti monast.; et duplicando feudifirmas in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 71.

1561. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX confirmavit cartam Willelmi Bannatyne de Corhous,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit JOANNI BANNATYNE de Greneheid, fratri suo germano,—4 librat. terrarum de Kirkfeild, cum silvis, moris, marresiis, tenentibus &c., cum parte mori de Corhous nuncupata Blaiksyikis extendente ad 12 acras, jacen. ex parte boreali ejusdem occidentem versus (intra bondas specificatas), infra dominium de Corhous, baroniam de Lasmahago, vic. Lanerk:—RESERVATO passagio per Blaiksyikis tenentibus dicti Wil. de Batehillis pro eorum bestiis et aliis necessariis ad morum de Corhous:—TENEND. dicto Joanni et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Wil. et heredibus suis masc. et tallie dominii de Corhous reversuras, de dicto Wil.:—REDDEND. 6 merc.; cum presentia in 3 curiis capitalibus super terras de Corhous, et in dictis curiis inveniendo sectam; cum astrictis multuris molendino de Corhous extenden. ad vicesimum quartum vas:—TEST. Wil. Weir de Stanebyris, Geo. W. ejus fratre germano, Tho. Weir de Poneill, Joanne Robertoun notario:—Apud Corhous, 31 Jan. 1587]:—NECNON aliam cartam ejusdem Wil. B.,—[qua, pro perimpletione dicti contractus, vendidit dicto Jo. B.—annuum redditum 20 petrarum casei et unius petre butiri de terris de Allirstokis, in parochia et dominio de Kirkbryde, vic. de Lanerk:—TENEND. *ut sup.*:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Symmervell burgensi de Edinburgh, Jo. Bannatyne de Kirkfeild, Jac. B. ejus fratre germano, Quintigerno Tailfeir in Byir de Corhous, Tho. Libris in Burne, Cristophero Bannatyne in Overhall, Joanne Robertoun notario:—Apud Greneheid in Corhous, 15 Maii 1588]:—INSUPER, pro servitio dicti Jo. B. de G., dispensavit cum sasinis ante confirmationem susceptis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 96.

1562. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit JOANNI MURE in Craigskeane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—43 solidatas 4 den. terrarum de Craigskeane, in balliatu de Carrik, vic. Air;—que olim ad monasterium de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 43 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum; et observando cetera in antiquis infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 70.

1563. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Alexandri Hammyltoun de Innerweik,—[qua,—virtute decreti arbitrarii de data apud Edinburgh, 31 Dec. 1591, pronunciati per Jo. Cokburne de Ormestoun militem et D. Geo. Home de Prymoknow militem, judices arbitrarios per quondam D. Jac. Home de Coldenknowis militem et dictum Alex. electos super submissione de data apud Edinburgh, 26, 27 et 29 Nov. 1591 (dictis submissione et decreto registratis in libris dominorum concilii 24 Jan. 1591); necnon virtute contractus inter dictum D. Jac. ab una, Jo. Home tunc de Coldenknowis ejus filium legit. primogenitum a secunda, M. Jac. H. de Ecclis et Hen. H. filios legitimos dicti D. Jac. a tertia partibus, de data apud Edinburgh, 6 Apr. 1592, in libris concilii registrati 11 Jul. 1604 (quo dictus D. Jac. disposuit dicto M. Jac. jus suum ad infrascripta tam virtute tituli facti per regem quam per

quond. Alex. dom. Home, Alex. dom. H., vel dictum Alex. Hammyltoun vel patrem suum, aut alios); et quia jus dicti M. Jac. ad villam et terras de Ecclis, terras de Bankheid, terras dominicales de Ecclis, terras dominicales de Wormorlaw, molendinum, multuras et proventum de Ecclis, fortalicium, maneriem, silvas, piscarias, tenentes &c. earundem, virtute dict. decreti et contractus, 30 Maii 1604 appreciatum fuit Joanni Diksoun de Quhiterig (assignato Davidis Broun et Michaelis Flabarne mercatorum burgensium de Edinburgh, et Joannis Clappertoun ministri ecclesie de Lennoll) pro 3705 merc. ei debitis, et 185 mercis 3 sol. 4 den. pro salario Niniani Foulis nuncii vicecomitis in hac parte; ad quam appreciationem dictus Jo. Diksoun Alexandrum dom. Home assignatum suum constituit de data apud Fluris, 27 Jun. 1604; et quam dictus dom. H., de data apud Home-castell, 30 Jun. 1604, transtulit ad Geo. Home filium legit. primogenitum dicti M. Jac.; et virtute literarum desuper impetratarum ad instantiam dicti Geo., et dicti dom. H., D. Georgii Home de Wodderburne militis, Georgii Home de Broxmouth et Joannis Home apparentis de Blacader ejus procuratorum, — vendidit dicto GEORGIO HOME filio dicti M. Jac., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras suas et villam de Ecclis extenden. ad 16 terras husbandias, terras dominicales *lie* Maynis de E. extenden. ad 16 terras husb., cum molendino, astrictis multuris &c. (inter terras dicti dom. H. vocatas Stanerig et Wrangholmehill ex orientali, terras de Scheillis ad Patricium Home de Reidbrayis pertinen. ex australi, terras de Bangouswallis olim spectan. ad Jo. Home de Coldenknowis tunc ad Jac. Bruntfeild de Nethir Maynis et terras de Ednem ad dom. Edmestoun de eodem spectantes ex occiden., terras de Dedriggis ad dom. Aytoun spectantes ex boreali), in dominio de Ecclis, vic. Beruik; —olim de monasterio de Ecclis tentas: —REDDEND. regi 42 libras 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine: —TEST. Jac. Home de Quhitchester, Rob. Furde servo dicti Alex. Hammyltoun, M. Alex. Home pedagogo dicti Geo., M. Jac. Harlaw scriba signeti regii, Jo. Kirk ejus servitore (scriptore carte):—Apud burgum de Edinburgh, 23 Feb. 1605]:—ULTERIUS, pro bono servitio, suprascripta dicto Geo. de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. *ut sup.*, cum servitiis debitis et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 63.

1564. Apud Halyrudehous, 4 Mar. REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit servitori suo ROBERTO ARNOT de Straithmiglo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Dempstertounes Eister et Wester, Kilboisland et Scololand, et partem earundem vocat. *lie* Walkerland, cum tenentibus &c., maneriem de Stramiglo cum fortalicio, orientalibus et occidentalibus pomariis et hortis, horreis et *lie barneyairdis*, bovilibus, stabulis et *lie office-housis* nuncupat. *lie Bernhill* de Stramiglo, et cum illa parte terre inter dicta horrea et orientalem aggerem *lie Eist-dyik* orientalium hortorum (intra bondas specificatas), villam et burgum de Strethmiglo alias Eglismartene, cum tofta et horto eidem adjacen. (per Math. Burt sutorem occupatis), cum feudifirmis, canis, censibus burgalibus, superioritate, tenentibus &c., cum terris et acris dicto burgo adjacentibus (per Walt. Sympsoun, Willelmum Gairdner, Walt. Smyth, Jo. Scott, Ric. Moultray, Tho. Guidwillie, Alex. Sibbie, Jo. Ballingall, Jonetam Ballingall, Alisonam Orrok, Jo. Drone, Jo. Ked, Ric. Maxwell seniorem, Wil. Steinsoun, Rob. Bonetaverne, Davidem Young et Tho. Paige occupatis), cum pasturagiis, tenentibus &c., orientale molendinum (Eistmylne) de Strethmiglo cum ejus terris molendinariis et *lie hauchis* (intra bondas specificatas), per Jac. Stevinsoun tenentem occupat., cum multuris &c., et presertim aridis multuris subsequen., viz. una pecca quarumcunque 6 firlotarum de terris de Redie et Cairnecat, cum columbario infra bondas dict. terrarum molendinariarum, vic. Fyiff; cum pleno jure communie et pasture in *lie* Lomoundis de Falkland et in montibus, communi mora et communia de Auchtermuchtie corresponden.

ad quantitatem suprascriptorum, et cum libero passagio per *lie commoun-lone* de Strethmiglo;—que D. Jacobus Scott de Balwerie miles, cum consensu Willelmi Scott filii sui et heredis apparentis, apud Perth et Edinburgh resignavit in favorem dicti Rob.:—INSUPER rex, — cum avisamento &c. (119.),—ad feudifirmam dimisit dicto Roberto, heredibus &c. (*ut sup.*),—8 acras terrarum aut eocirca cum domibus, nuncupatas *lie* Westend de Strethmiglo (per dictos Dav. Young et Tho. Paige occupat.), que fuit propria pars dictarum ville et terrarum de S.;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Strethmiglo, ordinando fortalicium et maneriem de S. principale messuagium fore: — REDDEND. pro dictis 8 acris 8 lib. feudifirme; pro ceteris unam sectam in curia vic. de Fyiff, cum warda &c. (taxando wardam &c. ad 50 lib., maritagium ad 500 merc.): —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 113.

1565. Apud Roystoun, 4 Mar.

REX, ob egregia servitia &c., creavit ALEXANDRUM SETONE DOMINUM DE FYVIE, olim presidem in suprema Scotie curia, tunc cancellarium, et heredes ejus masc.,—COMITES DE DUMFERMLING, cum privilegiis, ornamentis &c., ad comitis dignitatem pertinentibus;—quo honore eos investivit per togæ coccineæ (quam honoris et dignitatis cappam vocavit) indumentum, gladii cincturam et coronæ sive circuli aurei circa caput positionem:— TEST. 87. 88. 89. 90. 91. xliv. 203.

1566. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX in feudifirma dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO PRINGILL juniori de Bukholme, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Murhous et Cauldroip, cum terris de Pirne, cum molendinis, silvis, piscationibus, in regalitate de Sanctandrois, dominio de Stow, vic. de Edinburgh;—que olim de archiepiscopis S. Andree tente fuerunt:— REDDEND. pro Murehous et Cauldroip 10 lib., 4 lib. loco gressume, et 26 sol. 8 den. plus, necnon 40 sol. nove augmentationis; pro Pyirne 6 lib., 48 sol. loco gressume, et 13 sol. 4 den., et 26 sol. 8 den. augmentationis; in toto 27 libras 14 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 68.

1567. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX in feudifirmam dimisit D. JACOBO SCRYMGEOUR de Dudope militi, constabulario et preposito burgi de Dundie, heredibus ejus masc. cognomen et arma de Scrymgeour gerentibus in infeofamento baronie de Dudope specificatis et assignatis quibuscunque,—terras de Strikmertene (vel Strathichtmertene) et Baldovane cum earum pendiculis, viz. villas et terras de Balmadoun, Hilhousis, Baldragoun, Auchinhurie, Brigend de Auchinchry, in regalitate de Sanctandrois, baronia de Rescobie, vic. Forfar;—que olim ad archiepiscopos S. Andree pertinuerunt:—REDDEND. servitium debitum et consuetum, necnon 4 lib. feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 82.

1568. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX,—cum consensu &c. (119. 93.),—confirmavit cartam Patricii com. Orcaden. dom. Zetlandie &c., et Domine Margarete Levingstoun comitisse Orcaden. ejus conjugis, — [qua,—pro impletione contractus inter se ab una, et Jo. Arnot burgen. de Edinburgh[1] pro ipso et Margareta Stewart relicta Joannis Dik mercatoris burgen. de Edinburgh ab altera partibus, de data apud Scalloway in Zetlandia, 22 Jul. 1601,—vendiderunt dicto JOANNI ARNOT et MARGARETE CRAIG ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibus inter eos legit. procreatis et assignatis quibuscunque,—terras et insulas subscript., viz. terras de Birsay, Sandwik, Hoy, Wawis, South Ronoldsay, Schapinschaw, Deirones, Sanday, Stronsay, Eglischaw, Rowsay et North Ronoldsay, cum maneriis, vic. Orcaden.:— TENEND. de rege in feudifirma:—et dictus Pat. voluit quod unica sasina apud insulam de South Ronnaldsay capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Magno

[1] The introductory clause adds "portionarium de Restalrig."

Cromartie de Cara :—TEST. Tho. Swyntoun ministro in Kirkwall, M. And. Dischingtoun ministro de Rowsay, Jac. Annand servitore dicti Pat., Walt. Richie servitore dicti Jo. A.:—carta scripta *ut in carta* 830 :—Apud Halyrudehous, 13 Maii 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 132.

1569. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO PITCARNE de Pitloure, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Drumgie, cum glebatorio, moris, pratis et communitate, vic. Perth; villam et terras de Wester Pitloure, terras de Auchnairie, cum tenentibus &c., terras de Eister Pitloure, cum fossa *lie fos*, manerie loco de Pitloure, tenentibus &c., in baronia de Straithmiglo, vic. Fyiff; cum privilegio communitatis et pasturagii in *lie* Lowmoundis de Falkland et in montibus de Auchtermuchtie correspondente ad quantitatem dict. terrarum; ac dicti Pat. terras in Straithmiglo cum pasturagio in *lie* Lowmondis, 2 toftas et croftam cum polentario et horreo (viz. croftam in australi parte ville de Straithmiglo juxta terras regias, cetera in boreali parte ejusdem inter terras abbatis de Balmerinoche et terras regias), cum communi pastura ab antiquo usitata, vic. Fyiff;—quas terras de Drumgie et Straithmiglo idem Pat. personaliter, cetera D. Jac. Scot de Balwerie miles, cum consensu Willelmi S. filii sui natu maximi et heredis apparentis, et Andree Wardlaw de Torrie donatoris eschaete et vitalis redditus dicti D. Jac., irredimabiliter resignaverunt; et quas omnes rex incorporavit in liberam tenendriam de Pitloure:—REDDEND. jura et servitia warde &c.; taxando wardam, nonintroitum et relevium ad 50 lib., maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 75.

1570. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (119.),—concessit M. ARTHURO SCOTT de Gemmiliscleuch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Gemmiliscleuch alias Thorniehill, in parochia S. Marie ecclesie de Lowis, dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—quas Walt. Scott de Tuschelaw, cum consensu Roberti, Jacobi et Joannis Scottis filiorum suorum, in favorem dicti Arth. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Arth. ejusque antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Arth. de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum pendiculo *lie* Ettriksyde :—REDDEND. 14 lib. feudifirme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; cum ceteris (si que essent) in antiquis infeofamentis vel rentalibus contentis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 263.

1571. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REX,—cum consensu &c. (119. 93.),—pro bono servitio, ad feudifirmam dimisit D. DAVIDI MURRAY de Clonyaird militi, quotidiano servitori suo,—5 mercatas terrarum de Mekill et Littill Cleokis antiqui extentus, mercatam vocat. Clonyaird cum pendiculo nuncupato Irnecragie, dimedietatem terrarum de Corsok extenden. ad 2 mercat. ant. ext., 3 mercat. de Drumstinchill ant. ext., cum maneriebus, molendinis, silvis, piscariis omnium suprascript., in parochia de Culven, senesc. Kirkcudbrycht; cum advocatione vicariatus ecclesie parochie de Culven, cujus titulum dictus David tunc habuit; ut ea in unam distinctam vicariam erigi posset :—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. et assignatis dicti Dav. quibuscunque :—REDDEND. pro Clokis 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Clonyard et Irnecragie 26 sol. 8 den., pro Corsok 53 sol. 4 4 den., pro Drumstinchill 4 lib., et 26 sol. 8 den. augmentationis, in toto 16 lib.; et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicta advocatione unum den. albe firme :—TEST. 99. 92. 46. 81. 72. 85. 49. 53. xliv. 61.

1572. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX,—quia tempore confirmationis matri-

monii inter se et ANNAM MAGNE BRITANNIE, FRANCIE ET HYBERNIE REGINAM Upsalie Norvegiorum mense Nov. 1589, concesserat dicte Anne pro ejus vita, in forma morgonatice donationis, dominium de Dunfermeling;—et quia eo tempore et adhuc dictum dominium cum diversis oneribus gravatum fuit, veluti monachorum pensionibus, ministrorum stipendiis, ballivorum et officiariorum feodis, pensionibus &c.;—quare concesserat dicte Anne, pro ejus vita, in compensationem pro devoriis dicti dominii, comitatum Rossen. et dominium de Ardmannoche, vic. Invernes (quorum feudifirme &c. estimate sunt ad 323 lib. 5 sol., 88 celdras ordei cum charitate, 12 bollas 2 firlotas et ¾ bate hordei, 60¼ *lie mairtis*, 69¼ oves seu muttones, 142 capones, 851 pultreas); et dominium de Ettrik-forrest, vic. Selkirk (cujus feudifirme ad 2078 lib. 13 sol. 4 den. estimate fuerunt); secundum tenorem infeofamenti dicte Anne desuper concessi de data apud Halierudehous, 28 Jul. 1593;—et etiamsi devorie quantitates suprascriptas longe superaverunt, superplus ad regis usum percepte fuerunt;—et quia in recompensationem proficuorum a data morgonatice donationis ad tempus dicte assignationis, extenden. ad 3 annos, rex per literas sub secreto sigillo, de data apud Striviling, 14 Aug. 1593, constituerat dictam Annam et ejus deputatos, camerarios et ballivos suos episcopatus Orcadensis cum omnibus ejus pertinentiis tam spiritualitatis quam temporalitatis (tunc vacan. per decessum Adami episc. Orcaden.),—et quia dicta Anna ex regis rogatu dimiserat dictum episcopatum in favorem M. Jacobi Law tunc episcopi Orcaden.;—igitur,—cum avisamento &c. (119.),—concessit dicte Anne, pro ejus vita,—dictos comitatum et dominia cum eorum proficuis quibuscunque :—REDDEND. unum den. albe firme :—et rex voluit quod unica sasina apud castrum de Newwark capienda pro omnibus staret :—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 270.

1573. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (92. 118. 121.), —ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit PETRO BROUN in Durrisdeir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum ecclesiasticarum ville de Durrisdeir, cum pasturagiis (ab antiquo per eum et ejus predecessores occupatam), in baronia de Durisdeir, vic. de Nyth;—que olim ad rectoriam de Durisdeir pertinuit: —REDDEND. 40 sol., cum servitiis debitis et consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 69.

1574. Apud Edinburgh, 12 Mar.[1]
REX,—cum consensu &c. (124. 125. 93.), —confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit CAROLO MURRAY de Cokpule, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et insignia de Murray gerentibus, —terras de Cokpule, Ruvale-tenement, fortalicium de Cumlumgane, Coklaikis, Pyhillis, Slathwat, Ranepatrik, Brydechapell, Preistdyikis, Howaldsyde, infra senesc. vallis Annandie, vic. Drumfreis; terras de Laik et Arbigland, in senesc. Kirkcudbrycht; cum molendinis, tenentibus &c., et advocationibus ecclesiarum et capellaniarum;—quas, antea in liberam baroniam de Cokpule incorporatas, idem Car. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Cokpule, ut unica sasina apud fortalicium de Cokpule capienda pro omnibus staret :—INSUPER de novo erexit VILLAM DE RUVALE, et ejus terras,—in liberum burgum baronie &c. (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, *cartam* 3194) :—REDDEND. *ut in dicta priore carta* :—PROVISO quod non liceret dictis heredibus vendere aut impignorare suprascripta nisi sub reversione 5000 merc. tantummodo :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 78.

1575. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO RYND burgensi de Forfare, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Mylnetoun de Roscobi, cum molendino de R., multuris &c., terras *lie* Wairdlandis et

[1] Dated an. reg. 38 et 3. The correct date is given *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 304.

Serjandlandis earundem, cum piscatione super lacu de Roscobie, in baronia de R., regalitate S. Andree, vic. Forfare;—que olim ad archiepiscopos S. Andree pertinuerunt:—REDDEND. 8 lib., cum 6 sol. 8 den. plus; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 278.

1576. Apud Edinburgum, 13 Mar.

REX, pro bono servitio,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI HOME filio legitimo quondam Joannis H. de Carrelsyde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Newbigging et Syikis cum molendino et ejus terris, terras de Swanscheill, Scheilwode, Stepilsyde et Scheilfeild in Hownum, terras de Oxnem appellatas *lie* Castelhill, Cruikis et Harkaris, terram husbandiam in *lie Tounheid* in Oxnem, alias 1½ terras husb. ibidem (occupatas per Lancilotum Anislie ibid.), 3¼ terras husb. in Langtoun (occupat. per Wil. Mader et Jac. Porteous ibid.), terras vocat. Abbotishauch et Lampland in Over Craling, cum decimali horreo et horto in Over C., decimali horreo et horto in Binjedburgh, decimali horreo et horto in Saimiestoun, decimali horreo et horto in Swynsyde, et decimali horreo et horto in Langtoun, vic. Roxburgh;—que olim ad abbatiam de Jedburgh pertinuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Swanscheill:—REDDEND. 23 lib. 16 sol. 8 den., cum 18 gallinis, 18 *lie dargis*, 3 longis careagiis, necnon 10 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 64.

1577. Apud Edinburgh, 13 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit WILLELMO HOME in Quhyterig et HELENE HOME ejus sponse in vitali redditu, et JEANNE HOME eorum nepti (filie legitime inter quondam Alex. H. in Coldinghame et quond. Susannam H. ejus sponsam filiam dicti Wil. procreate), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—terram husbandiam ville et terrarum de Coldinghame in parte dicte ville vocata Skaitbieburne necnon cottagium terre ibidem, per quond. Helenam Broun matrem dicti Wil. occupatas (inter terras quond. Gavini et Jo. Homes, quond. Edwardi et Alex. Homes, dictum torrentem, et Mitchelsounislandis), in baronia de Coldinghame, vic. de Beruik;—que olim ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt:—REDDEND. pro terra husb. 13 sol. 4 den., pro cottagio 4 solidos, cum 2 caponibus et 2 gallinis, feudifirme antique, et 20 nummos nove augmentationis, in toto 19 sol. monete, cum servitiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 274.

1578. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX confirmavit cartam factam per quond. Wil. M'Clellane de Gelstoun,—[qua, cum consensu Margarete M'Clellane conjugis sue,—pro observatione contractus de data apud ecclesiam de Twynane, 26 Dec. 1601,—vendidit WILLELMO M'CLELLANE de Auchlane tutori de Bombie, et Domine KATHARINE KENNEDIE ejus conjugi,—10 mercat. terrarum de Over et Nether Airchland antiqui extentus, in parochia de Kirkormok, et senesc. de Kirkubrycht:—TENEND. *ut in carta* 1497:—cum precepto sasine directo Wil. M'Clellane de Netherthrid:—TEST. Rob. Forrester commissario de Kirkubrycht, M. Jo. Aikman ministro de Twynane, Geo. M'Cartnay, Jo. Mekill notario publico (scriptore carte), Thoma M'Clellane fratre dicti Willelmi M. de Gelstoun:—Apud Kirkubrycht, 31 Dec. 1601]:—TEST. 99. 46. 92. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 94.

1579. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX confirmavit cartam Thome M'Culloch de Barholme,—[qua,—pro observatione contractus de data apud ecclesiam de Twyname, 26 Dec. 1601, in libris commissariatus de Kirkcudbrycht registrati,—vendidit (quondam) WILLELMO M'CLELLANE de Gelstoun, et MARGARETE M'CLELLANE ejus conjugi,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Gaitgill-in-Mundell nuncupatas Conquhetoun, in parochia de Borg, senesc. Kirk-

cudbrycht :—TENEND. dictis Wil. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine directo Gilb. M'Clellane de Galtuay :—TEST. Wil. M'Clellane de Auchlane, Rob. Forrester ballivo burgi de Kirkcudbrycht, M. Jo. Aikman ministro de Twyname, Jo. Mekill notario publico (scriptore carte) :—Apud Kirkcudbrycht, 10 Apr. 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 287.

1580. Apud Edinburgh, 15 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (119.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit THOME FERMOUR filio legitimo Davidis F. portionarii de Kingis-barnis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —trigesimam secundam partem terrarum de Kingis-barnis, in dominio et senesc. et vic. de Fyiff;—quam And. Fermour burgen. de Carraill in ejus favorem resignavit :—TENEND. in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153) :—REDDEND. 25 sol., 4 bollas 2 modios *lie firlottis* tritici, 5 bol. 2 mod. ordei, $3\frac{3}{4}$ capones; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 153) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 160.

1581. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX confirmavit [1] cartam quondam Patricii Hepburne domini Haillis,—[qua, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit (quond.) JACOBO THOME de North Haillis, et ejus heredibus,—terras de Schirefleyis in villa et territorio de North Haillis, terram appellatam *a coitland* in villa et territorio de Beinstoun cum tofta et crofta ejusdem, in baronia de Haillis, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; —quas idem Jac. resignavit;—necnon carucatam terre nuncupat. Gourlaybank, in villa et territorio de Lintoun ex parte australi aque de Tyne, in dicta baronia (per divisas prout assisa perambulationis nuper electa constituerant);—in excambium pro integris terris dicti Jac. in villa et territorio de North Halis preter Schirefleyis: —TENEND. de dicto Patricio :—REDDEND. capelle S. Marie de Merkell 6 sol. 8 den.; et superiori communem sectam unius sectatoris ad curias baronie de Halis, cum warda &c. :—TEST. Ada filio primogenito dicti Pat., Wil. de H. et Geo. de H. fratribus dicti Patricii, Jac. de Cokburne filio et apparente herede Patricii C. de Newbiging, Alex. de Hepburne, Arch. de Hepburne, Alexandro Clerk notario publico :—Apud castrum de Halis, 20 Jul. 1456] :—[2] cartam Francisci com. de Bothuall dom. Halis, Crichtoun et Liddisdaill, magni admiralli Scotie,—[qua, pro servitio sibi impenso et impendendo,—cum consensu Davidis Collace de Auchfarsie, M. Jacobi Durhame de Duntarvie et M. Roberti Hepburne rectoris de Hauche, ad quorum instantias interdictus est, — concessit GEORGIO THOMESOUN filio legitimo Joannis T. in Gourlaybankis, heredibus ejus et assignatis, — terras suprascriptas (dicto *coitland* per Jo. Dudgeoun occupato): —TENEND. de dicto Franc.:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Jo. Hog :—TEST. Jo. Hammiltoun apparente de Samuelstoun, capitano Olivero Hepburne, Jo. Hepburne, Geo. Brak, servitoribus M. Roberti Hepburne :—Apud Edinburgh, 19 Feb. 1589] :—[3] cartam factam per M. Gedionem Murray prepositum de Creichtoun, commissionarium in hac parte Walteri Scott de Branxholme equitis aurati ad recipiendum vassallos et liberetenentes terrarum et dominiorum de Bothuell, Creichtoun, Morphame, Haillis et Liddisdaill &c., constitutum per literas dicti Walt. in libris dominorum concilii 6 Aug. 1599 registratas,—[qua concessit Georgio Thomsoun filio legitimo quond. Joannis T. in Gourlaybank, et KATHERINE HOG ejus sponse, — terras suprascriptas;— que fuerunt dicti Geo. et ejus predecessorum, tente de Francisco olim com. de Bothuell; et post ejus forisfacturam per regem disposite erant Lodovico Lennocie duci com. de Darnelie dom. Torboltoun, Methven et Auibignay &c.; post cujus resignationem ad remanentiam rex comitatum de Bothuell dicto Waltero concessit :—TENEND. dictis Geo. et Kath. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus assignatis-

que dicti Georgii quibuscunque, de dicto Walt.:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Roberto Hepburne in Over Haillis:—TEST. Waltero Henrysoun scriba signeti regii, Donaldo M'Gilcryst ejus servo, M. Petro Kinloch servitore M. Willelmi Scott scribe, Jacobo Chisholme servitore dicti Ged.:—carta scripta per M. Davidem Boyis servitorem dicti Walt. H.:—Apud Edinburgh, 29 Jun. 1600]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dictis Geo. et Kath. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 14.

1582. Apud Edinburgum, 19 Mar.

REX concessit M. JOANNI JOHNNESTOUN advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 libratas terrarum de Molling, Raehill, Crunzeantoun et Monygap, antiqui extentus, cum molendinis et piscationibus, vic. Drumfreis;—que (de rege tente per servitium warde) regi devenerunt ob alienationem et impignorationem factas per Alex. Kirkpatrik de Kirkmichaell, quondam Wil. Kirkpatrik ejus patrem, quond . . . . K. ejus avum aut alios ejus predecessores, quondam Joanni Johnnestoun commendatario de Saulsett vel quondam Simoni J. ejus fratri vel aliis, absque licentia regis: — cum potestate super recognitione prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 62.

1583. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit M. JOANNI DOWGLAS de Petdrechie—terras nuncupat. *lie* Nethertoun de Barres (per Ric. Mouat occupat.), *lie* Midtoun de Barres (per Wil. Coulie occupat.), croftam nuncupat. Brouster-croft que fuit propria pars de *lie* Midtoun (per Joannem Spark occupat.), *lie* Ourtoun de Barres (per Tho. Mathie, And. Coulie et Rogerum Lyndsay occupat.), cum earum pendiculo *lie* Fairnibrae (per Rogerum Jack occupat.), dimedietatem molendini granarii de Barres, ejus domorum, toftarum, amnis, *lie mylnedame*, multurarum &c., partem terrarum molendinariarum adjacentem *lie* Nethertoun de B. ex occidente dicti amnis, dimed. more *lie Mos* de Barres tam petarie quam turbarie (divisam secundum contractum partitionis inter dictum M. Jo. et M. Gavinum D. de Raquharrald ejus fratrem germanum), in baronia de Barres, vic. Kincardin;—quas dictus M. Gav. in favorem dicti M. Jo. resignavit: — et rex voluit quod unica sasina pro omnibus staret:—TENEND. dicto M. Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto M. Gav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Jacobo D. filio legitimo secundogenito Willelmi com. Angusie domini Dowglas et Abernethie, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Francisco D. filio legit. tertiogenito dicti com., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto com. et heredibus ejus masc. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 268.

1584. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX confirmavit cartam M. Joannis Douglas de Petdrechie,—[que, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit M. GAVINO DOUGLAS de Raquharrald, fratri suo germano,—terras &c. (*in carta* 1583 *contentas*);—et hoc in speciale warrantum dicto Gav. pro ejus relevamine summe 11250 merc., tanquam dimidietatis summe 22500 merc. super quam annuus redditus 2250 merc. de terris de Barris et Brigfurd cum molendino de Barris et ejus pertinentiis impignoratus est Willelmo com. Angusie dom. Douglas et Abernethie in vitali redditu, et Jacobo Douglas ejus filio secundogenito et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Francisco D. filio tertiogenito dicti com. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto com., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo:—TENEND. dicto Gav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras, quibus def., Jacobo D. (*et ceteris heredibus ut in carta* 1583), de dicto Jo.:—REDDEND. unum den. albe firme: — cum precepto sasine:—TEST. M. Jacobo Wischeart filio legitimo domini de Pittarro, Alex. Mowat scriba, Roberto Lindsay in Barres, Jacobo Kinneir scriba signeto regio, Andrea Hay

(scriptore carte) et Tho. Lindsay servitoribus dicti Jac. Kinneir :—Apud Edinburgh, 8 Maii 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 267.

1585. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO MONYPENNY de Pilrig, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Glendowane, comprehenden. Eister Glenscheirope et (Eister et) Wester Quhithillis, cum fortalicio et manerie, in parochia de Glendowane, senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas Joannes (dom.) Lindsay de Byris in favorem dicti Pat. resignavit irredimabiliter:—REDDEND. servitium warde &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 40 merc., et maritagium ad 200 mercas (in partem solutionis summarum 100 lib. taxate warde et 1000 merc. pro maritagio content. in carta facta quondam Jacobo dom. Lindsay de Byris, patri dicti Jo., de baronia de Pitcruvie [*vide cartam* 1887 *tomi precedentis*]) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 266.

ANNO REGNI 3 ET 38. ANNO DOMINI 1605.

1586. Apud Edinburgh, 25 Mar.[1]
REX,—cum consensu &c. (93.),—intelligens WILLELMUM ELLEM filium natu maximum quondam Willelmi E. portionarii de Westertoun ejusque predecessores antiquos et nativos tenentes et feudifirmarios infrascriptorum fuisse ultra hominum memoriam,—ratificavit cartam per quond. Jo. commendatarium de Coldinghame, et ejusdem conventum, factam quondam Gilberto Ellem fratri germano quond. Davidis E. de Rentoun, et Eliz. Rentoun ejus sponse, eorumque heredibus et assignatis, —de 2 terris husbandiis (per dictum Gilb. occupat.), in villa et territorio de Westertoun, baronia de Coldinghame, vic. Beruik ; —TENEND. de dicto monast. in feudifirma ; —de data 12 Maii 1557 :—necnon cartam per dictum Gilb. desuper factam, de data 7 Jan. 1582, dicto quond. Wil. E. ejus filio legitimo, heredibus ejus masculis et assignatis :—INSUPER rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto Wil. juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 26 sol. 8 den., 16 den. pro pascuetis ad festum Penthecostes, 6 capones, 2 gallinas, cum servitio in curiis et aliis temporibus consuetis, et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 301.

1587. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX,—cum consensu &c. (119.),—concessit ROBERTO SCOTT apparenti de Thirlestane — terras de Gemmiliscleuche alias Thornyhill, cum earum pendiculo *lie* Ettriksyde, in parochia S. Marie ecclesie de Lowis, dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk ; — quas M. Arthurus Scott de Gemmiliscleuche in ejus favorem resignavit ; et quas rex, — pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob., Rob. Scott seniorem de T. ejus patrem eorumque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, — dicto Roberto juniori de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum pendiculo *lie* Cruikitsyde :—TENEND. dicto Rob. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Roberto seniori, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 14 lib. 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando &c. (*ut in carta* 1570) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 65.

1588. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX confirmavit cartam Jacobi comitis Atholie dom. Invermay et Balvanie &c., —[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Halyrudhous, 5 Feb. 1604,—vendidit JOANNI COMITI DE MONTROISE domino Grahame et Mugdok,

[1] Dated an reg. 38 et 2. Placed here according to the A.D. The same dating is found in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 339. That record reads *West Restoun* for *Westertoun*.

cancellario Scotie, in vitali redditu, et ROBERTO GRAHAME de Scottistoun militi, filio ejus legit. tertiogenito, hereditarie et irredimabiliter, — *lie* Maynis de Invermay, cum fortalicio, manerie loco, viridariis, parcis et silvis (excepto pendiculo vocato *the Litill-hauch* jacente ex boreali parte aque de Erne, limitante cum terris de Nether Cairny et Keir), molendinum granorum de Invermey et ejus terras, croftas *lie* Paynteriscroft et Walkeriscroft, pendicula vocata Thomas-Thowmes-landis et Kydhill, terras de Muckarsie, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de M., molendina granorum et fullonum de M. cum eorum terris, terras de Wodheid, *lie* Craigis, partem terrarum *lie* Medowlandis jacentem ex orientali parte torrentis *lie* Craigburne alias *lie* Boyakburne, cum astrictis multuris et sequelis omnium dict. terrarum, dimedietatem terrarum de Inverdonyng ad dictum Jac. in proprietate spectantem, ac superioritatem et feudifirme firmas alterius dimed. de I., cum molendino, terris molendinariis &c. (ad Walt. Stewart in feudifirma spectantis), cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in parochiis de Muckarsie et Donyng, vic. Perth :—TENEND. dicto Joanni *ut supra*, dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni magistro de Montrose et heredibus ejus masculis et successoribus ei in comitatu de Montrose et dominio de Kincairdin succedentibus, de rege :—REDDEND. unam rosam rubeam nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Jo. Grahame de Balgowne :—TEST. Roberto Creichtoun de Cluny milite, Wil. Stewart patruo dicti Jac., Jo. Grahame de Balgowne, Wil. Grahame servo dicti Jac., Arch. Campbell servitore dicti Rob. C., Jac. Kynneir scriba signeto regio :—carta scripta per And. Hay servitorem dicti Jac. K. :—Apud Edinburgh, 13 Mar. 1604] : —INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum com. de M., ejus filium eorumque predecessores prestito, suprascripta eis de novo dedit, et in liberam baroniam de Invermey de novo incorporavit, ordinando fortalicium de I. principale fore messuagium :—REDDEND. *ut sup.* :—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 101.

1589. Apud Edinburgh, 28 Mar. REX confirmavit cartam Jacobi comitis Atholie domini Invermay et Balvany,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et quosdam cautionarios suos ab una, Jo. Grahame de Balgowne et Jo. G. ejus filium et heredem apparentem et Pat. Grahame de Inchebraikie eorum cautionarium ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 9 et 21 Feb. 1604, — vendidit dicto JOANNI GRAHAME seniori in vitali redditu, et dicto JOANNI GRAHAME juniori ejusque heredibus masc. et assignatis quibuscunque in feodo, irredimabiliter,—terras de Kippen cum earum pendiculo *lie* Dowmyre, terras et villam de Myretoun, villam et terras *lie* Bogtounley dictis terris de Myretoun adjacentes, partem terrarum *lie* Medolandis jacentem ex occidentali parte torrentis *lie* Craigburne alias Boyokburne, in parochia de Muckarsie, vic. Perthe ;—necnon dicto Jo. seniori et MARJORIE ROLLOK domine Inchebraikie ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Balgowne, cum superioritate et feudifirme firmis terrarum de Quhytbank, in parochia de Methven, vic. de Perth :—REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme : — cum precepto sasine directo Arch. Campbell de Lagvinzache et Rob. Grahame de Scottistoun militi :—TEST. Davide Hering feodatario de Glasclune, Pat. Grahame de Inchebraikie, Hen. Drummond servo dicti Jac., Wil. Grahame de Geddochie, Roberto Creichtoun de Cluny milite :—carta scripta *ut in carta* 1552 : —Apud Edinburgh, 29 Feb. 1604]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. G. seniorem et ejus predecessores prestito, suprascripta dictis personis respective de novo dedit, et in liberam tenandriam de Balgowne incorporavit, ut unica sasina apud fortalicium de Balgowne capienda pro omnibus staret:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 289.

1590. Apud Edinburgum, 4 Apr.
REX confirmavit cartam Willelmi Moncreiff de Tybbermallo, — [qua concessit WILLELMO MONCREIFF nepoti suo, filio quondam Davidis M. heredis sui apparentis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Tybbermallo, cum loco manerie, silvis, moris, marresiis, molendinis, in dominio de Methwen, vic. Perth:—RESERVATO vitali redditu dicto Wil. seniori:—REDDEND. regi pro una dimedietate jura et servitia debita et consueta; pro altera 12 mercas feudifirme, et quolibet quinquennio 12 merc.:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Moncreiff filio dicti Wil. senioris, Alex. Maxtoun burgen. de Perth, D. Jo. Moncreiff de Kynmonth milite, Pat. Andersoun ejus servo (scriptore carte):—Apud Perth, 25 Feb. 1605]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. juniori de novo dedit:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 91.

1591. Apud Edinburgh, 4 Apr.
REX confirmavit cartam quondam Roberti Logane de Restalrig,—[qua, pro servitio sibi prestito, ad feudifirmam dimisit (quond.) JOANNI FERGUSSOUN filio quondam Andree F. in Restalrig, et ELIZABETHE BICKIRTOUN ejus affidate sponse,—4 bovatas terrarum ville de Restalrig cum mansionibus (prius per dictum And., tunc per Geo. F. ejus fratrem occupatas), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Jo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto Rob.:—REDDEND. 9 mercas 4 sol., et 24 capones, cum aratura quatuor acrarum terrarum dominicalium de Restalrig, et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac servitia sicut dictus And. et ejus predecessores fecerunt; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud villam de Leith:—TEST. Davide Logane, Roberto Hadawey burgen. de Edinburgh, Jacobo Ferry, Jo. Auchincraw, Pat. Auchincraw, Pat. Eldar, D. Geo. Auchincraw capellano:—Apud Edinburgh, 12 Oct. 1549]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit JOANNI ARNOTE burgensi de Edinburgh et MARGARETE CRAIG ejus sponse (ad quos pertinuerunt per cartas eis concessas per heredes dicti Jo. F. et eorum superiores), heredibus eorum et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 131.

1592. Apud Edinburgh, 6 Apr.
REX,—cum avisamento &c. (101.),—in feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit M. WILLELMO DOWGLAS thesaurario Moraviensi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Levingishauch, cum feudifirmis, tenentibus &c. (per Jo. Gordoun et Rob. Sutherland burgenses et Tho. Hay clericum burgi de Elgyne occupatas), in parochia de Elgyn, vic. Elgyn et Forres;—quas Arch. Dowglas de Fascastell in ejus favorem resignavit:—REDDEND. 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 74.

1593. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX dedit literas remissionis WALTERO SCOTT de Quhitslaid, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte combustionis domorum *lie onset* de . . . . (per Franciscum Armestrang nuncupat. de Quhithauche in Liddisdaill occupat.) mense . . 1598, ac domorum et *lie onset* de Westburneflatt in Liddisdaill mense . . 1599, necnon pro intercommunicatione cum Francisco olim com. de Boithuell ejusque complicibus, et pro arte et parte interfectionis Jacobi Hoppringill de Bow tutoris de Tarsons; in respectu *lie letteris of slanis* et respectuationis pro spatio 19 annorum coram dominis secreti concilii ostensarum; et pro ceteris transgressionibus ante diem date commissis;—proditione in regis personam, arte magica, mulierum raptu et falsa moneta tantummodo exceptis. xliv. 269.

1594. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam factam per Edw. Grahame filium et heredem quondam Joannis G. portionarii de Arbeny,—[qua,—cum consensu Margarete Drummond sponse sue, necnon Patricii Grahame de Inchebraikie, Joannis Grahame de Balgowne, et Andree Grahame burgensis de Perth patrui sui,—

vigore contractus de data 5 et 7 Mar. 1605, vendidit LAURENTIO GRAHAME portionario de Sowth Kinkell ac tutori de Callender, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — tertiam suam partem terrarum de Arbeny, ac nemoris ejusdem Parkland nuncupati, fundum abbatis vulgo Abbottis-croft juxta Arbeny, pratum jacens ex occidentali et boreali partibus ecclesie de Madertie (per quond. Edw. Grahame et Jonetam Luitfuitt ejus conjugem olim occupat.), in baronia de Cardny, vic. Perth:—TENEND. de dicti Edw. superioribus in feudifirma: — cum precepto sasine:—TEST. (apud Ochterardour) Pat. Drummond fratre germano Alexandri D. de Carnok militis, Willelmo Drummond filio quond. Andree D. in Strogeith, Jo. Drummond de Kirkhill, Daniele Reddoch filio quond. Gulielmi R. in Megour, Jac. Grahame in Drumfad notario publico; (apud Perth) Tho. Andersoun in Tullielum, Thoma Gaw burgen. de Perth, M. Jac. G. ejus filio legitimo (scriptore carte):—Apud Ochterardour et Perth, 3 et 6 Apr. 1605]:—INSUPER suprascripta (olim de monasterio de Incheffray tenta) dicto Laur. de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. pro Arbeny et Parkland 40 sol., 2 capones, 3 pultreas, pro prato 18 sol., et pro gressumis et augmentatione 10 sol. et 2 sol., in toto 3 lib. 10 sol. monete; pro Abbottiscroft 5 bollas ordei, et pro gressumis et augmentatione firlotam avenarum; et invehendo ad Incheffray 40 *lie met-creillis* petarum, 3 *hors-laidis* cementi sive calcis, 3 similia onera tegularum ex locis consuetis, necnon brasium lie *malt* ad molendinum de Incheffray et fenum ad locum de I. pro rata dict. terrarum; et ministrando equum ad vecturam decimarum garbalium in horrea dicti monast. et alia loca necessaria: et *lie* Maynes de I. colendo, dicta horrea et molendinum reparando (cum ad dict. servitia et vecturas requisiti essent); et solvendo *lie katour* et *officer-corne*, argentum et stramina consuet., necnon 3 firl. avenarum et 3 *lie threvis* straminum in jumentorum sustentationem (pro quibus avenis et straminibus exonerati sunt ab omnibus carreagiis in hac carta non specificatis); bellorum tempore servitia et carreagias consuet. ministrando, et tempore pacis ad regis et dicti loci defensionem sumptibus regis inserviendo; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia, et alias curias apud dictum monast. prout requisiti essent; et duplicando dict. 3 lib. 10 sol. in introitu heredum; et herezeldam (sive 2 merc.) quoties per mortem contingeret solvendo; et si in solutione deficerent &c. (cum ceteris *ut in carta* 1525):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 202.

1595. Apud Edinburgh, 18 Apr.

REX concessit JACOBO MURRAY in Dudingstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—peciam communie burgi de Dumbar ex orientali parte dicti burgi (juxta tenementa olim quondam Cuthberti Kellie tunc Geo. Clerksoun burgensis de Dumbar), extendentem ad 3½ rudas, cum ejusdem domibus, horreis et horto;—que regi devenit ob decessum Henrici Heriot burgensis de Dumbar, bastardi:—REDDEND. servitium burgi consuetum, et 3 sol. 6 den. ballivis dicti burgi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 282.

1596. Apud Edinburgum, 18 Apr.

REX confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig,— [qua,— virtute contractus inter se cum consensu Bernardi Lindsay incole ville de Leith ab una, et ANDREAM LOGANE de Coitfeild ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto And., heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Logane gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—villas et terras de Mountlautheane et Nethir Gogar (quarum terrarum de Nethir G. una dimedietas Jacobo Richertsone de Smetoun, altera diversis personis per portiones, in feudifirma locate sunt), cum maneriebus, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., in baronia de Restalrig per annexationem, vic. Edinburgh; peciam terre extenden. ad minus ad 39½ acras, et 2 *lie querrelhoillis* jacen. contigue (inter rivulum *lie strype* et terram vocatam Kikerlaw impignoratam quondam Willelmo Forrester in Leith ex boreali, viam publicam a villa de Leith ad portam vocat. Wattiryett terrasque vocat. Eirnesyd pertinentes ad M. Jo. Hairt ex australi et orien., montem et terras Alex.

Lasoun ex occiden.), peciam terre extenden. ad minimum ad 22 acras in *lie* Cannonflatt (inter terras impignoratas quond. Alexandro Moreis ex boreali, dict. viam et terras Jac. Logane ex australi, viam publicam a dicta porta ad maneriem de Restalrig ex orien., dict. Kickerlaw et terras impignoratas dicto Wil. jacen. super *lie* South Drum ex occiden.), peciam terre extenden. ad minimum ad 17 acras, et vireta vocata *lie* Nethir Querrelhoillis (inter *lie strype* ducen. a *lie Playfeild* ad dict. villam ex australi et occidentali, terras de Coitfeild ex boreali, publicam viam a dicta villa ad monasterium S. Crucis ex orien.), peciam terre extenden. ad minimum ad 20½ acras (inter Coitfeild et 7 acras ex occiden., communem viam a villa de Leith ad villam de Restalrig ex orien., *lie* Gallowflatt ex australi, *lie Linkis* de Leith ex boreali), peciam terre extenden. ad minimum ad 5 acras, et *lie grene-bank* vocatum Fillisyde-bank (inter terras ville de Restalrig pertinentes ad Jo. Arnot ex australi, terras de Restalrig et Cantismylnland ex boreali, peciam prati Rob. Logane de Personisknowis ex australi, terras ville de R. pertinentes ad Jo. Logane ex orien.), peciam terre *lie* Ferme-aiker (inter terras suas *lie Medoschott* et terras ville de R.), peciam terre *lie* Hill-(vel Hoil-)aiker (inter terras dicti And. ex boreali, viam publicam a villa de L. ex australi, terras dicti Rob. L. de Personisknowis ex occiden., terras ville de R. ex orientali), peciam terre vocat. 7 acras (inter *lie* Clayhoillis pertinen. ad Jo. Mathesoun ex boreali, terras de Coitfeild ex ceteris partibus), terras impignoratas dicto Alex. Moreis extenden. ad 20 acras aut eocirca (inter lacum de Restalrig ex boreali, viam a villa de R. ad dict. monast. ex orien., et *lie* Langmedow ex occiden.), terras et acras impignoratas dicto Wil. Forrester extenden. ad 24 acras aut eocirca (viz. 4 ac. juxta terras Pat. Aikin in Via Canonicorum, 12 acras in *lie* South Drum, 4 ac. juxta Coitfeild, 2 ac. juxta terras Florentii Balfour, 2 ac. inter columbarium ex australi et Coitfeild ex boreali), in dictis baronia et vic. :—Tenend. de rege :—cum precepto sasine directo Florentino Balfour seniori incole ville de Leith :—Test. Petro Dischingtoun, Jac. Auchincraw, Matheo Logane, servitoribus dicti Rob. L. de R., Jacobo Logane scriba communitatis burgi Vicicanonicorum, Gilberto Edingtoun servitore quond. Alexandri Hay de Eistir Kennet clerici registri, Pat. Small notario publico servitore M. Oliveri Colt advocati (scriptore carte):—Apud burgum Vicicanonicorum, 5 Feb. 1596]:—Necnon aliam cartam dicti Rob.,—[qua vendidit dicto And., heredibus &c. (*ut sup.*),—4 acras terrarum de Restalrig nuncupatas Kikerlaw, per Wil. Craig brasiatorem regis occupat. (inter terras suas impignoratas quond. Willelmo Forrester, tunc per Jo. Bellenden occupat., et terras de Westir Drum ex boreali, terras vocat. Spur-aikeris ad dictum Wil. C. pertinentes ex orien., terras Pat. Aitkin ex australi, viam publicam a burgo Vicicanonicorum ad villam de Leith ex occiden.), in dictis baronia et vic. :—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Arch. Logane fratri germano Jo. L. portionarii de Restalrig :—Test. Niniano Chirniesyde, Math. Logane, Wil. Crokkat, servitoribus dicti Roberti, Wil. Mosman notario:—carta scripta per Laurentium Robesoun notarium :—Apud burgum Vicicanonicorum, 1 Apr. 1605] :—Preterea rex, pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum And. ejusque predecessores prestito, et pro compositione persoluta, suprascripta (preter Nethir Gogar) dicto And. de novo dedit:—Reddend. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. de Monthlothiane ad 20 lib., ceterorum ad 46 libras 13 sol. 4 den., et maritagium ad 200 mercas:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 17.

1597. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX concessit ALEXANDRO VAUS mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—villam et terras de Almetwa (olim de monasterio de Ferne tentas, valentes annuatim 4 hedos, pretium hedi 6 sol. 4 den., et vaccam, pretium 10 libras), superioritatem ville et terrarum de Over Petneilly (extenden. ad ¼ davate), in comitatu de Ros, vic. Invernes ;—que fuerunt Joannis Vaus de Lochslyne ; et (dicto Jo. ad ejus domum infra burgum de Invernes citato) 29 Mar. 1605 (comparente M. Tho. Hoip

3 rudas ex occidentali parte dicte ville, cum horto &c.;—PATRICIO BLYTH 7½ rudas cum 6 ulnis ex australi parte vie dicte ville (inter *lie* Steidmureland et *lie Mylne-laid*), cum horto &c.;—HENRICO BOWTHORNE 8 rudas cum 12 ulnis ibid. (juxta *lie Mylne-leid*), cum hortis &c.;—WILLELMO STEVINSONE 14½ rudas ibidem (juxta idem), cum hortis &c.;—JACOBO SMYTH 3½ rudas cum 6 ulnis ibidem (juxta idem), cum horto &c.;—JONETE BALLINGALL 7½ rudas cum 6 ulnis ibid. (inter terras ecclesiasticas et *lie Mylne-leid*), cum hortis &c.:—INSUPER, virtute privilegii in antiquo infeofamento suo contenti,—pro fideli servitio sibi et suis predecessoribus per dictas personas earumque predecessores impenso, ac pro pecuniarum summis persolutis, — erexit dictam villam, ejus rudas, tenementa &c., in liberum burgum baronie, BURGUM DE STRAMIGLO nuncupand.;—RESERVANDO sibi potestatem ballivos eligendi, burgenses et fratres gilde admittendi;—cum potestate dictis ballivis et burgensibus ad *lie pack, peill*, emendum et vendend. &c., et tenendi in dicto burgo pretorium et crucem foralem et forum hepdomadatim die Veneris, cum duabus publicis nundinis annuatim, viz. festo S. Cyrilii 9 Jun. et festo S. Crispiani 25 Oct. (salvis sibi custumis &c.); et cum potestate ballivis resignationes recipiendi, rudas &c. quibuscunque personis disponendi, curias burgales tenendi &c.:—TENEND. de dicto D. Jac.; cum communi pastura in communi mora de Stramiglo, et in *lie Greines* (tam inter *lie Mylne-leid* aquamque *lie* Miglo quam ex australi parte dicte aque), et potestate effodiendi glebas, cespites et alia focalia in dicta mora:—REDDEND. dictus Walt. 8 sol. 4 den., cum 2 gallinis pro qualibet ruda, extenden. ad 5 gallinas; dicti Wil. L. &c. 7 sol. 3 den., cum 4⅓ gallinis; dictus Wil. G. 7 sol. 6 den., cum 4½ gallinis; dictus Jo. S. *ut Wil. G.*; dictus Ric. 11 sol. 1 den., cum 6¾ gallinis; dicta Mar. 9 sol. 6 den., cum 5¼ gallinis; dictus Alex. 10 sol., cum 6 gallinis; dicta Beat. 13 sol. 9 den., cum 8¾ gallinis; dictus M. Wil. 14 sol. 2 den., cum 8¾ gallinis; dictus Jo. D. 10 sol. 6 den., cum 6⅙ gallinis; dicta Hel. 7 sol. 8 den., cum 4⅓ gallinis; dictus Jac. 12 sol. 2 den., cum 7⅙ gallinis; dicta Jon. 25 sol. 6 den., cum 15⅓ gallinis; dictus Tho. regi 10 sol.; dictus Dav. regi 17 sol. 9 den.; dictus Pat. regi 25 sol. 6 den.; dictus Hen. regi 27 sol. 9 den.; et dicti Tho., Dav., Pat. et Hen. dicto D. Jac. 2 gallinas pro qualibet ruda; dictus Wil. Stevinsone regi 48 sol. 4 den., et dicto D. Jac. 16 gallinas; ac duplum feudifirmarum dicto Jac. in introitu heredum et aliorum quibus dicte rude alienate erant; et si tres termini minime soluti in quartum currerent, hoc infeofamentum (quantum spectaret ad personas deficientes) expiraret; et prestando tempore autumnali servitia consueta ad metendum et inducendum fruges terrarum de Rodie (quando per dictum D. Jac. S., heredes ejus et assignatos occuparentur) cum ceteris tenentibus baronie de Stramiglo, pro 4 denariis pro quolibet *lie scheirdarg* juxta antiquum usum; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie infra dict. burgum; necnon domos edificando, hortos plantando, politiam faciendo pro decoratione dicti burgi:—cum precepto sasine directo Ric. Maxwell de Kincragie et Jo. Scott in Casche:—TEST. Richardo Maxwell portionario de Kincragie, Joanne et Ric. Scott in Casche, Joanne Drone in Pitlour, Stephano Patersone notario publico clerico senescallatus de Fyffe (scriptore carte), M. Jo. Lyndsay fratre germano Jacobi L. de Dowhill, Jac. Stevinsone notario:—Apud Stramiglo, 22 Dec. 1600]:—[2] aliam cartam ejusdem D. Jac.,—[qua, cum consensu dicte Eliz. W., vendidit MATHEO BURT calceario in Stramiglo, et MATILDE HIRD ejus sponse,—domum ex boreali parte cemiterii de Stramiglo (per Andream Scott occupat.), cum pecia vaste terre inter occidentale gabulum dicte domus et communem viam, domum super borealem murum dicti cemit. (ex occidentali parte veteris et ruinose domus *lie auld scoolhous*), hortum ex occidentali parte dicti cemit. (juxta *lie Mylne-leid*), in baronia sua de Stramiglo, vic. de Fyffe:—TENEND. dictis Math. et Mat. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus sive assignatis dicti Math. quibuscunque, absque reversione, de

dicto D. Jacobo in feudifirma :—REDDEND. 40 den., cum 2 gallinis; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; et si tres termini insoluti in quartum currerent, hoc infeofamentum expiraret; et dando tres sectas ad 3 placita capitalia apud villam de Stramiglo :—cum precepto sasine directo Richardo Maxwell de Kincragie :—TEST. (omisso Jo. Drone) et de data *ut supra*:—carta scripta per Hectorem Arnote servum dicti Steph.]:—[3] aliam cartam ejusdem D. Jac.,—[qua vendidit THOME GUIDWILLIE in Stramiglo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—tenementum cum horto et domibus, ad 3 rudas et 2 ulnas extendens, ex boreali parte vie burgi de Stramiglo (inter tenementa Alex. Sybbald et Mariote Traill), in libertate dicti burgi, baronia et vic. antedictis :—TENEND. de dicto D. Jac. in feudifirma et libero burgagio; cum communi pastura &c. (*ut in carta*[1] *supra*); et cum potestate utendi libertatibus dicti burgi :—REDDEND. 10 sol. 3 den., cum 6 gallinis; cum duplicatione &c. (cum ceteris *ut in carta* [2] *supra*); et dando cetera servitia in erectione dicti burgi specificata :—cum precepto sasine directo Jo. Scott in Casche:—TEST. Jo. Scott in Casche, Pat. Gray servitore dicti D. Jac., Hectore Arnote servitore Stephani Patersone clerici senescallatus de Fyffe (scriptore carte) :—Apud Stramiglo, 30 Maii 1601]:—[4] aliam cartam ejusdem D. Jac.,—[qua vendidit WILLELMO SMYTH burgensi de Kirkcaldie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—tenementum terre cum horto et domibus ex boreali parte vie de Stramiglo (inter tenementa Walt. Smyth et Jo. Scott pistoris), extendens ad $1\frac{1}{4}$ rudas, in dictis libertate, baronia et vic.:—TENEND. *ut in carta* [3] *supra*:—REDDEND. 4 sol. 2 den., cum $2\frac{1}{2}$ gallinis; cum duplicatione &c. (et ceteris *ut in cartis* [2] *et* [3] *supra*):—cum precepto sasine directo Ric. Maxwell de West-mylne :—TEST. Ric. Maxwell in Dysert, Ric. Maxwell de West-mylne, Wil. Williamesone burgen. de Kirkcaldie, Steph. Patersoun clerico senescallatus de Fyffe, And. Broun, notariis publicis :— carta scripta *ut in carta* [2] *supra*:—Apud Kirkcaldie, 30 Sept. 1602]:—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 91. 49. 78. xlvi. 45.[1]

1637. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX concessit et, pro bono servitio D. Joannis Weymis de eodem militis, de novo dedit DAVIDI WEYMIS, filio maximo natu et heredi apparenti dicti D. Joannis,—terras de Weymis-schyre, cum castro, manerie et *lie* Maynis de Weymis, Littill Lun, Tulliebrek, Camrone-mylne, *lie* Hauch, Donyface, Petconochy, Wester Tarbet, Wester Drone et Hill-drone, vic. Fyiffe; terras de Elchok, cum castro, manerie et *lie* Maynis de E., Ballabrachm et Craigtoun, tertiam partem terrarum de Strathardall, dimidietatem de Ardargie, terras de Kinnaird, vic. Perth; terras de Balhelvall, vic. Forfar; cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem; villas et portus de Weymis, et Kirkhill-Kirkmichill, Ballinkellie et Ballinnald, ab antiquo in liberos burgos baronie erect.; terras de Littill Raith, Powgulde, Gl(e)nnystoun, dimid. de Maw, terras de Colystoun, cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Fyiff; omnes antea in unam baroniam de Weymis erectas; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kirkmichell in Strathardall, antea ad dict. baroniam unita;—quas dictus Jo. in favorem dicti Dav. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Weymis :—RESERVATO libero tenemento dicto Jo.:—TENEND. dicto Davidi et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Weymis gerentibus :—REDDEND. *ut in carta* 1653 *precedentis tomi*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 95.

1638. Apud Edinburgum, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (119.),—confir-

[1] The first confirmed charter has the following names of adjoining owners :—Walt. Smyth (or Smythie), Tho. Guidwillie, Alex. Seytoun, Joh. Duncane.

mavit cartam quondam Joannis Stewart de Muren,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Elgin et Culcowy, . . et 28 Jul. 1603,—vendidit D. JACOBO STEWART de Newtoun militi, filio suo et heredi apparenti, et JEANNE FRASER ejus sponse future, filie legit. Thome F. de Strachunn,—terras de Culcowy, Druminamarg, Muren, in dominio de Ardmannoch, vic. Invernes:—TENEND. dictis Jac. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. de corpore legit. procreandis quibuscunque, quibus def., Henrico Stewart filio secundogenito dicti Jo., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Joanni S. filio tertiogenito dicti Jo. senioris, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Joanni Stewart de Kynmachlone et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jacobi, cognomen et arma de Stewart gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. 39 lib. 13 sol. 4 den., 4 celdras 8 bollas victualium, 4 martas, 4 muttones, 8 duodenas pultrearum; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 235, omissis clausulis de convictione murthuri &c., et de prohibitione *lie osting*) :—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. S. de M.:—cum precepto sasine directo Hen. Stewart de Ardbrodin :—TEST. Alex. Stewart fratre germano dicti Jo. S. de M., Pat. Baird et Jac. Stewart servitoribus dicti Jo. S. de M., Hen. S. de Ardbrodin filio dicti Jo. S. de M., Alex. Cunniesoun filio Joannis C. de Edderadour, Wil. Campbell notario publico (scriptore carte) :—Apud Culcowy, 1 Aug. 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 116.

1639. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX dedit literas legitimationis JOANNI BLAIR servitori Jacobi dom. de Balmerinoch secretarii sui ac presidentis collegii justitie, filio naturali quondam Joannis B. in . . . xliv. 285.

1640. Apud Windsoir, 3 Jul.[1]
REX, pro illustribus in se regnumque suum meritis &c.,—sic censentibus regni proceribus, — creavit GEORGIUM HOME DOMINUM DE BERUIK, et heredes ejus masc.,—COMITES DE DUMBAR; cum omnibus prerogativis et ornamentis ad comitis dignitatem pertinentibus ;—quo honore eos investivit &c. (*ut in carta* 1565) : —TEST. 87. 95. 96. 97. 90. liv. 142.

1641. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit DAVIDI ARNOTE in Chapell, filio quondam Joannis A. in C., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —2 croftas terrarum arabilium ad vicariam ecclesie parochialis monasterii de Tungland et sacellum S. Salvatoris prope dictum monast. spectantes, cum 3 *lie daywarkis* prati nuncupati Vicaris-medow, cum dicto sacello et ejus horto *lie Chapell-yaird* (viz. unam croftam olim per Gilb. M'Quhon et Jonetam M'Gilvenzie ejus sponsam occupat., cum *the stallange for brewing*, alteram olim per Jo. M'Birny et Wil. Murheid occupat., ac dictis terris et prato invicem adjacen. inter *lie stoppis* de Cars (Tarf?) vocat. *lie Chappell-stoppis* ex occiden., maneriem seu messuagium de Tungland et *lie Mekill-wod* ejusdem ex orien.), in dominio dict monast., senesc. Kirkcudbrycht ;—que olim ad dict. vicariam pertinuerunt; et fuerunt dicti Dav. et ejus patris tanquam antiquorum tenentium et feudifirmariorum, virtute infeofamentorum et assedationum dicto Jo. A. confectarum per vicarios dicte ecclesie cum consensu commendatarii et conventus dicti monast., per regem prius ratificatarum : —REDDEND. 4 lib., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; et observando cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contenta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 122.

1642. Apud Edinburgh, 8 Jul.
REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam quondam Donaldi Ros de

[1] With note, 'Ex deliberatione dominorum concilii et sessionis registrat. in anno 1633.'

Ballamuchie,—[qua vendidit filio seniori suo WALTERO ROS in Myd Gany, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—villam et terras de Ballamuchie extenden. ad davatam terrarum, orientalem quarteriam occidentalis dimedie davate terrarum de Myd Gany extenden. ad 2 bovatas, quarteriam brasine et crofte brasinasie dicte ville, in abbatia de Fearne, comitatu Rossen., vic. Invernes :—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma :—REDDEND. pro Ballamuchie *ut in carta* 1195 *tomi precedentis*, in toto 11 lib. 7 sol. 4 den.; pro Myd Gany *ut in carta* 2301 *tomi precedentis*, in toto 10 libras; necnon molendo grana ibi crescentia super molendinum de Fearne, et reddendo multuras et sequelas consuet.; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Fearne aut alibi; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum : — RESERVATO dicto Don. vitali redditu de Ballamuckie : —cum precepto sasine directo And. Denune in Hiltoun :—TEST. M. Waltero Ros in Ballacherrie, Alex. Denune in Pittogartie, Tho. Ros in Plaidis, Walt. Ros in Wester Ganie, Jac. R. filio dicti Don., Carolo Pape notario publico :—Apud Ballamucky, 10 Apr. 1596]:—NECNON cartam Walteri Ros de Ballamuchie,—[qua concessit filio suo primogenito HUGONI ROS, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras &c. suprascriptas :—TENEND. et REDDEND. *ut supra* :—RESERVATO vitali redditu dicto Walt. :—cum precepto sasine directo Jo. Roy in Meikill Rany:—TEST. And. Denune de Litill Miltoun, Alex. Ros in Meikill Rany, Geo. Muirsone ibid., Alex. M. ejus filio, Jo. Ros fratre germano dicti Walt., Joanne Roy in Meikill Rany, Carolo Pape notario publico (scriptore carte):—Apud Ballamucky, 2 Oct. 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 111.

1643. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX confirmavit cartam M. Roberti Ros de Craigie,—[qua, cum consensu Margarete Eviot sponse sue et Willelmi R. patrui sui, —vigore contractus de data 18 Maii 1605, —vendidit WILLELMO ROS burgensi de Perth commoranti apud *lie* Chairterhousyett ejusdem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — terras et croftas *lie* Drummis-tung, Hungriehill, Carrishill et Hauch, per dictum Rob., Jo. Lethame et Wil. Dowie occupatas (intra bondas specificat.), in baronia de Craigie, vic. Perth;—necnon, in speciale warrantum earundem, solarem binam partem de *lie* Over-Maynis de Malar (per dictum Rob., Davidem Philp, Laurentium Dowie et Jac. Alexander occupat.), in dictis baronia et vic.:—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. Ros filio legitimo Joannis R. de Hoilmylne, Geo. Moncreiff in Kirktoun-Malar, Jo. R. filio legitimo dicti Wil. R. patrui, Jac. Tyrie scriba in Perth: —carta scripta in officina scriptoria Thome Gaw notarii burgen. de Perth, per dictum Jac. T.:—Apud locum de Malar et burgum de Perth, 1 Jul. 1605]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 288.

1644. Apud Edinburgh, 9 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi Chalmeris de Gaitgirth,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Irwing et Houstoun, 9 Jun. 1600, in libris concilii registrandi,—concessit JOANNI CHALMERIS filio suo et heredi apparenti, et ELIZABETHE HOUSTOUN ejus future conjugi, filie D. Patricii H. de eodem militis, in ejus pura virginitate,—10 mercat. terrarum antiqui extentus de Park et Fyntelach, in parochia de Kellis, senesc. Kirkcudbrycht : — TENEND. dictis Jo. et Eliz. in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque :—REDDEND. regi jura et servitia debit. et consuet.:— RESERVATA dicto Jac., pro ejus vita, possessione silve *lie* Park-wode cum omnibus ejus lignis et arboribus; absque prejudicio dictis Jo. et Eliz. in usu et pasturatione graminis atque pratorum in dicta silva, et lignorum que pro eorum usibus necesse essent :—cum precepto sasine directo Jo. M'Millane in Arie :—TEST. Joanne Peblis burgen. ac preposito de Irwine, M. Wil. Fullertoun ministro Verbi Dei apud Dregairne, Davide F. ejus fratre germano,

Roberto Wallace juniore de Barneweill, Hugone Power notario in Kilmernok (scriptore carte):—Apud burgum de Irwine, 10 Jun. 1600]:—PRETEREA dictas terras dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 100.

1645. Apud Edinburgh, 10 Jul.
REX,—cum consensu &c. (126.), —ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI CAIRLEILL filio Thome C. filii quondam Alexandri C. de Brydkirk, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 40 solidatas terrarum ecclesiasticarum vicarie de Torthorwald antiqui extentus,—exceptis 4 acris terre cum earum decimis, ac cum gleba, manso et hortis dicte vicarie,—vic. Drumfreis ;—que olim ad dictam vicariam pertinuerunt : —REDDEND. 4 merc., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 123.

1646. Apud Edinburgh, 13 Jul.
REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit THOME FOTHRINGHAME de Powrie —villam et terras de Halyairdis, in baronia de Ballindoche, vic. Perth; 4 acras terrarum templariarum in villa et territorio de Brichtie (cum jure regalitatis earundem, que fuerunt partes dominii de Torphichin), vic. Forfar ;—quas villam &c. David com. Crawfuirdie dom. Lyndsay, et quas acras Jac. dom. Torphichen cum consensu Jacobi Tennent de Linhous et M. Roberti Williamsone de Mureistoun scribe, in favorem dicti Tho. resignaverunt :—TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Alexandro F. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro F. de Scheilhill fratri germano quondam Thome F. de Powrie, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Tho., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque cognomen et insignia de Fothringhame gerentibus :—REDDEND. pro Halyairdis unum den. albe firme ; pro dictis acris 5 sol. albe firme ; cum servitiis in curiis et alibi consuetis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 104.

1647. Apud Edinburgh, 16 Jul.
REX dedit literas remissionis WILLELMO SCOTT fratri germano Roberti Scott de Hanyng, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte necis Willelmi Young in Darnik, anno 1586 aut eocirca commisse ; et pro ceteris ejus transgressionibus ante annum 1598 ;— perduellione in regis personam excepta. xliv. 55.

1648. Apud Edinburgh, 18 Jul.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit ALEXANDRO DOMINO SPYNIE, et Domine JEANNE LYOUN comitisse de Angus ejus sponse,—terras et villam de Ballysak, cum manerie loco, fortalicio et duobus molendinis granariis, multuris &c., et terras de Braidisfuttis-Gardene, cum tenentibus &c. et feudifirme firmis dict. terrarum respective, moram ad dict. terras adjacentem ab antiquo Dowglas-mure nuncupatam (in futurum Lyndsayis-mure nuncupandam), advocationem capellanie de Quhytfeild cum ejus terris, decimis &c., et terras de Burnesyde et Murehous, in baronia de Reidcastell - Coughoillis alias Inverkellour, vic. Forfare ;—que fuerunt Jacobi comitis Athollie dom. Balveny et Innermayth, Domine Marie Stewart comitisse de Athole ejus sponse, Henrici Futhie senioris olim de Ballysak, Henrici F. junioris ejus filii legit. natu maximi et heredis apparentis, Davidis Gairdyne senioris olim vocati de Leyis, Davidis G. de L. junioris ejus filii legit. natu maximi et heredis apparentis, et Joannis Auchterlony de Cairny, in proprietate, feudifirma et tenandria respective ; et quas iidem in favorem dict. Alex. &c. resignaverunt :—TENEND. dictis Alex. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Alex. quibuscunque :—REDDEND. rubram rosam nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 125.

1649. Apud Edinburgh, 18 Jul.
REX confirmavit cartam Henrici Home, filii tertiogeniti quondam D. Jacobi H. de Coldenknowis militis, — [qua, — virtute

contractus de data 4 Maii 1594, in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit WALTERO TURNBULL de Badderroull in vitali redditu, et WILLELMO TURNBULL ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. inter eum et Jonetam Ker ejus sponsam procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque cognomen et arma de Turnbull gerentibus, in feodo,—terras et baroniam de Badderoull (vel Bedreull), cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Roxburgh :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet. :—cum precepto sasine directo Jac. Turnbull in Hassindenbank :—TEST. Nic. Cairincors de Calfhill, Wil. Home juniore fratre dicti D. Jac. H., Tho. Ker de Caveris, Jo. Home in Gallowcheillis :—Apud Melros, 27 Aug. 1595] :—PRETEREA rex suprascripta dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 191.

1650. Apud Edinburgh, 19 Jul.

REX confirmavit cartam factam per quondam Jac. commendatarium perpetuum de Calco et Melros, ac conventum de Kelso,—[qua concesserunt (quondam) JOANNI HOG, et KATHARINE WALLACE ejus conjugi,—terras de Preistoun, in baronia de Bowdane, vic. Roxburgh ;—quas Wil. Hog personaliter resignavit : — TENEND. dictis Jo. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Joannis quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma :—REDDEND. 7 lib. ; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Calco ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—Apud dictum monast., 10 Feb. 1554] :—INSUPER, pro servitio sibi suisque predecessoribus prestito, ac pro compositione persoluta, dict. terras de novo in feudifirmam dimisit JACOBO HOG filio natu maximo dictorum Jo. et Kath., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, cum earundem pendiculo nuncupato Stobieschawrig :—REDDEND. *ut supra*, cum 2 sol. nove augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 99.

1651. Apud Edinburgh, 20 Jul.[1]

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. JOANNI PRESTOUN juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Baxtanleis, Over et Nether Cleifhoippis, Quheilkirk, Quheillandis, Ormescleuch, Abbottesyikis, Abbotischairis (Abbotischawis ?), Belschis in Liddisdaill, unam husbandiam terre in Scraisburgh (per Geo. Bell occupat.), terram ecclesiasticam de Abottrewll, terras de Harden extenden. ad 2 husb. terre, vic. Roxburgh ; terras eccles. de Overr-Ewes extenden. ad 2½ mercatas, terras eccles. de Cannabie, vic. Drumfreis ; —que olim ad abbatiam de Jedburgh spectaverunt ;—et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Cleifhoippis :—REDDEND. pro Baxtanleis et seqq. (usque ad Abbottissyikis) 10 lib., pro Scraisburgh 20 sol., 6 pultreas *lie foullis*, 6 *lie daywarkis*, unam *lie lang cariaige*, pro Abbottrewll 20 sol., pro Harden 44 sol., pro Belschis 20 sol., pro Abbottischairis 53 sol. 4 den., pro Overr-Ewes 33 sol. 4 den., pro Cannaby 13 sol. 4 den., tanquam antiquas feudifirmas, et 30 sol. 4 den. augmentationis, in toto 20 lib. 16 sol. 4 den. monete; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 129.

1652. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX confirmavit cartam M. Willelmi Leslye de Warthill,—[qua,—pro perimpletione contractus initi cum Joanne Gordoun de Newtoun,—vendidit JOANNI LESLIE de Cultis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Garioche subscriptas, viz. Duncanestoun, Glanderstoun cum molendino, Dunneduir cum molendino, davatam de Ardoyne cum molendino, terras de Harlaw, Inverrurie cum davata et molendino earundem, Torreis, cum forestis de Bannachie et Tillefour, terras de Knok-

[1] Dated an. reg. 2 et 38. Placed here according to the A.D. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 403.

inbard, Scottistoun cum molendino, Knokmorgyne, cum *lie foggage* et *foggage-maill* de Kirktoun de Oyne et Wasthall, et *lie tolbeir* de Auchlevin et Bourtye ;—necnon dicto Jo. L. et ELIZABETHE GORDOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibusque masculis inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. L. quibuscunque,—villas et terras de Meikill Durnocht, Tillefour et Rochmurreall, cum molendinis et forestis;—necnon dicto Jo. L., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—hereditarium jus ballivatus suprascriptorum ad easdem annexatum, cum tenentibus &c., in regalitate de Garioche, vic. Abirdene ; necnon villas et terras thanagii de Kyntoir (*ut in carta* 508) :—TENEND. de rege in feudifirma, libera regalitate, baronia et foresta :—REDDEND. pro Garioche 151 lib., 10 martas, 6 caponum et 14 pultrearum duodenas ; pro Kyntoir *ut in carta* 508 :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Straquhyne de Typpertie, Rob. Skene de Remoir, M. Geo. Tod et Davide Andersone scribis, Jo. Nicoll servitore dicti Davidis (scriptore carte), Patricio Innes scriba, et Antonio Haggart :—Apud Edinburgum, 20 Jul. 1605] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 107.

1653. Apud Edinburgh, 25 Jul.

REX,—cum consensu &c. (119.),—confirmavit cartam Archibaldi Dowglas de Pettindreich, —[qua, —pro perimpletione contractus initi cum Alex. Gordoun de Sidraw et M. Alex. Keithe filio legit. M. Joannis K. rectoris de Duffous, de data apud Elgyn, 19 Maii 1603, —vendidit dicto ALEXANDRO GORDOUN, et MARGARETE KEITHE ejus sponse,—tertiam suam partem villarum et terrarum de Kirktoun de Duffous, Corsleittis et Saltcoittis, in baronia de Douffous, vic. de Elgyn et Forres :—TENEND. dictis Alex. G. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. G. quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. 4 celdras 9 bollas hordei, et 6 lib.:—cum precepto sasine directo Rob. Keythe in Thornehill :—TEST. Jac. Keythe fratre domini de Craig, Rob. Keythe in Thornhill, Alex. Dumbar in Inverlochtie, Wil. Thome scriba in Elgyn, Alex. Mylne armigero ibidem, Geo. Annand burgen. de Elgyn notario publico (scriptore carte) :—Apud Elgyn, 21 Maii 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 110.

1654. Apud Edinburgh, 27 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (127.),—concessit et quitteclamavit WILLELMO HAY de Mayne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Dunskeith et Cowbyn, cum piscariis, stationibus, portubus et cimbis, *lie reidis*, *ferreis* et *ferrie-boitis*, in parochia de Nyg, vic. de Invernes ;—que fuerunt Willelmi Ros de Dunskeyth (tanquam heredis ejus patris), tente olim de capellanis de Dunskeyth ; et regi devenerunt ob forisfacturam contra dictum Wil. R. (26 Jul. 1605) latam pro lese majestatis, furti et murthurorum criminibus de quibus convictus fuit et ad mortem justificatus :—REDDEND. 15 libras, cum ceteris devoriis, arreagiis, carreagiis et debitis servitiis in antiquis infeofamentis et rentalibus contentis, et 20 sol. augmentationis, nomine feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 124.

ANNO REGNI 39 ET 3. ANNO DOMINI 1605.

1655. Apud Edinburgh, 1 Aug.

REX confirmavit cartam factam per Alex. Gordoun de Sidraw,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, in excambium concessit GULIELMO SUTHERLAND de Duffus, heredibus ejus masc. et assignatis, absque reversione,—terras tertie sue partis de Saltcoittis et Homes ejusdem, in baronia de Duffus, vic. Elgyn et Forres : —REDDEND. regi 6 lib. feudifirme :—cum precepto sasine directo M. Alex. Keyth in Unthank :—TEST. M. Alex. Keyth in Unthank, Wil. Sutherland in Burnesyid, Jo. Law servitore dicti Gul. S. de D., Geo.

Sutherland notario publico burgensi de Elgyn, Alex. Mylne in Elgyn (scriptore carte) :—Apud Elgyn, 7 Sept. 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 171.

1656. Apud Edinburgh, 1 Aug.

REX,—cum consensu &c. (119.),— concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit COLINO EVIOTE de Balhoussie, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras de Tullybeltane, cum moris et glebatoriis, vic. Perth ;—quas D. Jo. Creichtoun de Innernytie miles in ejus favorem resignavit :—REDDEND. 10 libras feudifirme ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 39.

1657. Apud Edinburgh, 1 Aug.

REX confirmavit cartam Willelmi Ruthven de Ardonochie senioris, et Willelmi R. junioris ejus filii legit. natu maximi et heredis apparentis,—[qua,—cum consensu Eliz. Dowglas conjugis dicti Wil. senioris,—virtute literarum obligatorialium de data presentium, — vendiderunt HENRICO CRICHTOUN de Benchellis, et JONETE SEYTOUN ejus conjugi,—terras de Ardonoquhy cum pendiculo vocato Ardbla, cum maneriebus, in baronia de Auchtergavin, vic. Perth :—TENEND. dictis Hen. et Jonete in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Hen. quibuscunque, irredimabiliter, de rege, loco quondam Joannis com. de Gowrie dom. Ruthven et Dirltoun forisfacti :—FACIEND. servitium warde &c.; cum servitiis homagii, venientes cum presentia et facientes 3 sectas ad 3 capitales curias baronie de Ruthven tunc Huntingtour nuncupate :—cum precepto sasine :—TEST. And. Merser, Alex. M'Brek, Andrea Boyd, burgen. de Perth, M. Alex. Ireland ministro apud Kinclevin :—carta scripta per Jac. Leslie notarium publicum :—Apud burgum de Perth, 10 Jul. 1605] :—INSUPER suprascripta dictis Hen. et Jon. de novo dedit :—FACIEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 93.

1658. Apud Edinburgh, 1 Aug.

REX,—cum consensu &c. (129. 126.),—concessit ANDREE WARDLAW juniori de Torrie—terras et baroniam de (Wester) Loquhorschyre, viz. terras de Bruntoun, Dalginche, cum lacu de Balfarg, advocatione capelle de Inchegall, terras de Tritoun cum *lie Myre*, Eister et Wester Newtoun, Over et Nether Markinche, cum molendinis et acris ad eas spectantibus, Bichtie, Pittinhagillis, in dominio de Inchegall (vel Dalginche), quarteriam terrarum de Blaircrambeth et Kynnard, dimidietatem de Drumlochornoch et Byn, cum villa de Corshill supra Inchegall cum privilegiis &c., cum fortaliciis, maneriebus, lacubus, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., in baronia de Wester Loquhorschyre per annexationem, vic. Fyffe ; necnon locum, tenementum seu tenementa terre, hortum et columbarium prope burgum de Cowper ad orientalem partem ejusdem (inter aquam de Edyn et ruda ac tenementa dicti burgi), in dominio et vic. de Fyffe ;— quas And. Wardlaw senior de Torrie resignavit ; et quas rex,—pro servitio sibi per dictum And. juniorem impenso et impendendo, ac pro magnis pecuniarum summis persolutis, —dicto And. juniori de novo dedit, includendo in dicta baronia terras dominicales nuncupat. terras de Inschegall cum manerie, terras nuncupat. *the Flokhous* et *Bouhous* de Inchegall, cum lacu de I., castro earundem, dicta advocatione, terras de Mylnetoun de Inchegall cum molendino, terras de Balbegie, Clune, Carthmoir, Lunquhinneis (vel Lunquhinnanes) australes et boreales, Locheheid, Spittell, Ballingrie, Navitie et Quontill, montes vocatos Bainnartie-hillis, cum advocatione rectorie et vicarie de Ballingrie, terras de Balfarg, marresium *the Bruntoun-mos*, et terras &c. suprascriptas, cum silvis et carbonibus ;—et omnia de novo incorporavit in liberam baroniam de Inchegall, ordinando maneriem de I. principale messuagium fore :—RESERVATO libero tenemento dicto Andree seniori :—TENEND. dicto And. juniori et heredibus masc. inter eum et Dominam Agnetam Leslie ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto And. juniori et heredibus masculis quibuscunque ejus de

corpore legitime procreandis, quibus def., dicto And. seniori, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque reversuras :—REDDEND. pro dicto tenemento prope Cowper 4 lib. feudifirme, ac duplum feudifirme in introitu heredum ; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 133.

1659. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX concessit PATRICIO MAGISTRO DE GRAY, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, — superioritatem terrarum et ville de Leitfie in baronia de Ballindoch, necnon villarum et terrarum de Bermony et Abirbothrie, cum molendino, terris molendinariis &c., in baronia de Alyth, vic. Perth ;—quam David comes Crawfurdie dom. Lyndsay in favorem dicti Pat., proprietarii suprascriptorum, resignavit ; et quas superioritatem et proprietatem rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Pat. ejusque predecessores prestito, dicto Pat. de novo dedit, cum fortaliciis &c. :—REDDEND. unum denarium albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 139.

1660. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit PATRICIO DOMINO GLAMES, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —terras de Ardecrok (vel Ardecork) alias Littill Cossynis, vic. Forfar ;—quas idem Pat. resignavit :—REDDEND. regi (virtute acti annexationis) 40 sol. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 221.

1661. Apud Edinburgh, 9 Aug.
REX,—cum consensu &c. (119.),—in feudifirmam dimisit RODOLPHO KER in Catcwne, fratri germano D. Andree K. de Heytoun militis,—terras de Braidmedowis cum mansione, in dominio de Ettrikforrest, vic. Selkirk ;—quarum dictus And. et ejus predecessores fuerant antiqui et nativi tenentes ultra hominum memoriam ; et dictus And. jus suum in dictum Rod. transtulerat :—TENEND. dicto Rodolpho et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, et eorum assignatis :—REDDEND. 30 lib., et 3 lib. 6 sol. 8 den. nove augmentationis ; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 235) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 127.

1662. Apud Edinburgum, 9 Aug.
REX,—cum consensu &c. (130. 93.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit D. JACOBO DOWGLAS de Spott militi, et heredibus ejus masculis tallie et provisionis in ejus priore infeofamento terrarum de Spott contentis, et ejus assignatis quibuscunque,—terras de Eister Spott cum pendiculis, viz. 14 terras husbandias ville de Spott cum cottagiis, cum orientali et occidentali molendinis de Spott, terras de Lochhousis, terras dominicales de Down et Brounisk(n)ow, terras de Helden et Dunley, *lie* Eister et Westir Brwmehousis, cum 4 terris husb. nuncupat. Pawlislandis et 2 terris husb. vocat. Pookislandis in villa et territorio de Spott, terras de Reidpethnuik, cum tenentibus &c., molendinis et silvis omnium suprascript., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; cum advocatione prebende de Spott infra ecclesiam collegiatam de Dumbar, comprehendentis rectoriam et vicariam de Spott ;—quas idem Jac. personaliter resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Spott : —REDDEND. 12 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 44.

1663. Apud Edinburgum, 10 Aug.
REX confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum, 10 Nov. 1602, in libris concilii registrandi,—vendidit ARCHIBALDO DOUGLAS de Pettindreich, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Fastcastell cum fortalicio, terras de Wester Lummisden, Cauldsyde et Dowla, cum molendinis, terris molendinariis, piscationibus tam super salsis quam dulcibus aquis, tenentibus &c., in baronia de Coldinghame, vic. de Beruick :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Geo. Small servo

Alexandri Home de Rentoun :—Test. Geo. Hay servitore dicti Arch. D., M. Davide Mureheid (scriptore carte), Wil. Mosman notario publico in Vico Canonicorum, Mich. M. ejus fratre :—Apud Edinburgum, 11 Dec. 1602] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 398.

1664. Apud Halyrudehous, 15 Aug. REX,—cum avisamento &c. (93. 131. 123.), —concessit et quitteclamavit JACOBO BROUN filio legit. quondam Joannis B. in Durisdeir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — decimamsextam partem terrarum ecclesiasticarum de Durisdeir et ville ejusdem jacen. in *ryndaill* (reservata tertia parte rude rectori de D.), per Margaretam Kirkpatrik in D. quondam, tunc per dictum Jac. occupatam, in villa de D., vic. de Drumfreis ;—que ab antiquo ad rectoriam de Durisdeir pertinuit :—Reddend. 5 sol. 8 den., et 8 den. augmentationis, nomine feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 114.

1665. Apud Edinburgum, 15 Aug. REX dedit literas legitimationis JEANNE ARNOT bastarde, filie naturali quondam Walteri A. fratris quond. Davidis A. de eodem. xliv. 134.

1666. Apud Halyrudehous, 16 Aug. REX,—cum consensu &c. (119.),—concessit et de novo dedit DAVIDI MURRAY filio natu maximo et apparenti heredi Walteri Murray de Cossoquhy, et BARBARE MURRAY ejus sponse affidate, filie natu maxime Roberti M. de Buchnie, —terras de Buchnies Eister et Wester, molendinum de Buchnie cum ejus terris &c., terras de Cultrannich, in dominio de Stratherne, vic. Perth ;—quas dictus Rob. in eorum favorem resignavit :—Reservando dicto Roberto vitalem redditum omnium ; Barbare Muschett ejus sponse vitali redditu de Cultranich ; et Katherine Murray matri dicti Rob. vitalem redditum terrarum in quibus tunc infeodata est :—Proviso quod liceret dicto Roberto, ad honesta et necessaria negotia peragenda, alienare suprascripta sub reversione 400 lib. :—Insuper rex voluit quod unica sasina apud maneriem de Buchnie capienda pro omnibus staret :—Tenend. dictis Dav. et Barb. Murray in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. quibuscunque, in feudifirma :—Reddend. pro Buchnies 14 libras, pro Cultranich 12 libras 12 sol., cum martis debitis ; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 235) :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 135.

1667. Apud Edinburgh, 22 Aug. REX confirmavit cartam Alexandri Meinzeis de eodem,—[qua, vigore contractus de data 15 Maii 1598, vendidit DUNCANO MEINZEIS de Carlinglippis fratri suo germano, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Ennoche, cum loco, fortalicio, manerie, silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus, tenandriis, donatione altaris B. V. M. in ecclesia parochiali de Durrisdeir, vic. de Drumfreis, et per annexationem in baronia de Meinzeis, vic. Perth :—Tenend. de rege: —cum clausula warrantizationis, excepta assedatione loci, fortalicii et maneriei de Ennoche cum genesta *lie park* ejusdem, Archibaldo Meinzeis pro ejus vita per dictum Alex. M. concessa :—cum precepto sasine directo Arch. Meinzeis :—Test. Tho. Meinzeis in Stuikis patruo dicti Alex., Arch. Meinzeis in Ennoch, Jo. Robertsoun alias M'Gibboun in Ballantyme, Jo. Henrie scriba servitore Thome Gaw notarii burgensis de Perth (scriptore carte), dicto Tho. Gaw, Hen. Broun, notariis :—Apud Perth, 16 Maii 1598] :—Necnon cartam ejusdem Alex., et Duncani M. de Comreis ejus fratris germani,—[qua,— pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et . . ., 22 Jul. et . . 1605,—vendiderunt ADAMO MEINZEIS de Baltoquhane, et MARGARETE LYNDSAY ejus conjugi,— terras et baroniam de Ennoche, cum castris, maneriebus, silvis &c. (*ut sup.*) :—Tenend. dictis Ad. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicti Adami heredibus masc. legit. et propinquioribus et assignatis quibuscunque, cognomen et

insignia de Meinzeis gerentibus, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Walt. Lyndsay de Balgawies milite, M. Alex. Meinzeis de Culteralleris, Jacobo Kynneir scriba, And. Hay ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh et . . ., 24 Jul. et . ., 1605]:—INSUPER, pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum Ad. et ejus predecessores prestito, suprascripta dictis Adamo et Marg. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 307.

1668. Apud Edinburgum, 24 Aug.
REX confirmavit cartam Jacobi comitis Atholie dom. de Balvenie et Invermey &c., —[qua,—cum consensu Archibaldi com. Ergadie domini Campbell et Lorne &c., Joannis com. Marrie domini Erskyne et Alloway &c., Alexandri episc. de Brechin, D. Davidis Lindsay de Edzell equitis aurati unius senatorum collegii justitie, Joannis Levingstoun de Donypace et Davidis Lindsay feodatarii de Edzell, ad quorum instantiam interdictus est,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JOANNI WRQUHART de Craigfintrie, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—binam partem et tertiam partem terrarum et baronie de Latheris cum molendino, terris molendinariis &c., et terrarum de Durlatheris, Glaslawes cum molendino de G., terris molendinariis &c., terrarum de Racloche, Wodheid, Brunthall, Daricorie, Barricorie, Kingisfuird, Drauchlaw, cum molendino et terris de Drawchlaw-mylne, molendinis fullonum, silvis, *lie parkis*, maneriebus, fortaliciis, salmonum piscariis in aqua de Doverne, tenentibus &c., vic. Abirdein:— REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Creichtoun de Cluny equite aurato, Jo. Gordoun de Bukie, Petro Hay de Kirkland, Jo. Ros servitore dicti Jo. W., Donaldo Wrquhart notario publico (scriptore carte), Petro Algeo servitore M. Jacobi Donaldsoun advocati, dicto M. Jac. D., D. Alex. Fraser de Fraserburgh milite, Geo. Ogilvy de . ., M. Pat. Carnegy, M. Geo. Bonyman scriba:—Apud Edinburgh et . ., 9 et 22 Maii et 5 Jun. 1605]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Jo. W. de novo dedit, et a terris et baronia de Reidcastell dissolvit et univit terris et baronie de Craigfintray, vic. Abirdene:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 126.

1669. Apud Edinburgh, 27 Aug.
REX confirmavit cartam D. Joannis Moncreiff de Kynmonth militis,—[qua, cum consensu Domine Jeanne Spens conjugis sue, — pro perimplemento contractus de data apud Perth, . . Jun. 1605,—vendidit PATRICIO CREYCHTOUN de Strathurde militi, et Domine MARJORIE MERSER ejus sponse,—terras de Ragartoun et Blakhall, cum earum piscariis tam salmonum quam aliorum piscium tam super aqua de Tay quam in aliis partibus, cum maneriebus, molendinis, tenentibus &c., que fuerunt dicti Jo. tanquam pars baronie de Eister Moncreiff, — necnon, in speciale warrantum earundem, terras et territorium de Innernytie, cum fortalicio, silvis, molendinis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium, tenentibus &c., vic. Perth:—TENEND. dictis Pat. et Mar. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque, de rege:—REDDEND. pro Ragartoun &c. 6 lib. tanquam summam taxatam pro warda et relevio; pro Innernytie feudifirmas &c. in infeofamento D. Joannis Creychtoun de Innernytie contentas:—TEST. Colino Eviot de Balhoussie, Abrahamo Creychtoun fratre dicti Pat. C., M. Colino Ramsay fratre Willelmi R. de Murie, Jacobo Logy procu(ra)tore fiscie in Perth (scriptore carte), Wil. Martine servo dicti Pat., Geo. Lamb servo dicti Colini, Pat. Andersone servo dicti Jo. M.:—Apud Perth, 6 Jul. 1605]:—INSUPER, pro servitio sibi et suis predecessoribus prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dictis Pat. et Mar. de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*; et pro maritagio heredis de Ragortoun &c. 20 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 154.

1670. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit ROB-

ERTO MAITLAND de Ecclis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—28 solidat. terrarum de Clonheis, 28 sol. de Over Hathak, 20 sol. de Wollistoun et M'Quhorstoun, 23 solidatas 4 den. de Croftjeane et Ecclis, 21 sol. de Nether Hathak, 7 sol. de Ecclis, mercatam de Courthill, ½ mercat. de Mylnetoun cum molendino, astrictis multuris &c., 3 mercat. de Fluiris, Banistoun et Camestoun, antiqui extentus (omnes de rege tentas per servitium warde), necnon 19 sol. terrarum de M'Quhirstoun, 14 sol. de Tippet, et 40 den. de Clonkirkie, ant. ext. (de principe et senescallo Scotie similiter tentas), in parochia de Penpont, baronia de Ecclis, vic. Drumfreis; cum earum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscationibus;—quas idem Rob. apud burgum de Perth personaliter resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum jure suo ad easdem ratione alienationum factarum per quondam Rob. Maitland de Ecclis, quond. Rob. M. de E. qui ultimo obiit ejus filium, aut per dictum Rob. M. tunc de E.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 112.

1671. Apud Edinburgum, 4 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (126.),—confirmavit cartam Allani Cowttis de Wester Rossyith,—[qua,—pro perimpletione contractus cum Geo. Bruce de Carnok initi, de data presentium,—vendidit (familiari regis) EDUARDO DOMINO BRUCE DE KINLOS, fratri germano dicti Geo., et Domine MAGDALENE CLERK ejus conjugi in vitali redditu, et EDUARDO BRUCE eorum filio et apparenti heredi hereditarie et irredimabiliter,—terras ecclesiasticas et glebam de Rossyith (una acra vicario de R. reservata), cum decimis inclusis ex eo quod terre et decime semper inseparate assedate erant, vic. Fyiff:—TENEND. dictis dom. et Magd. *ut sup.*, dicto Edw. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Thome B. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Edw. B. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. regi 14 mercas, et 18 *lie pultreis*, nomine feudifirme; cum geminatione feudifirme in introitu heredum; cum areagiis careagiis consuet., et cum adjutorio unius equi pro inductione decimarum garbalium et feni ad granaria S. Columbe; et si duo termini elaberentur insoluti, satisfacerent duplum feudifirme de terminis insolutis; si vero tres termini currerent in unum insoluti, satisfacerent triplum de terminis insolutis, et hoc infeofamentum nullius esset roboris; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dominii S. Columbe apud Barnhill; cum prohibitione alienandi sine licentia regis et postquam terras venales regi obtulissent; et si carbonaria effoderent, deliberarent annuatim 20 equorum onera super *lie Coilheuchehill* si requisiti essent:—cum precepto sasine directo M. Geo. Tod portionario de Schirefmylne:—TEST. M. Geo. Cowttis filio legit. dicti Allani, Rob. Mortoun ballivo burgi de Culros, Alex. Coustoun seniore burgen. ibidem, Jo. Forret notario publico clerico burgi de Culros (scriptore carte):—Apud Culros, 9 Jun. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 208.

1672. Apud Edinburgh, 16 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (127.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. THOME ROLLOK advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 20 mercat. terrarum de Kilmorich, cum decimis garbalibus inclusis que nunquam a trunco separari solebant, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, in episcopatu Dunkelden., vic. Perth;—que olim ad episcopatum Dunkelden. pertinuerunt:—REDDEND. 13 lib. 6 sol. 8 den., 26 pultreas (aut quatuor den. pro qualibet), 40 bollas avenarum decimalium (aut 3 sol. 4 den. pro qualibet), 4 bollas ordei (aut 6 sol. 8 den. pro qualibet), cum ceteris devoriis in antiquis rentalibus contentis, et 20 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si duo termini in tertium concurrerent insoluti, hec infeodatio nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 115.

1673. Apud Edinburgh, 26 Sept.

REX,—cum consensu &c. (119.),—confirmavit cartam quondam Joannis Home fratris germani quond. Alexandri H. de

Manderstoun,— [qua vendidit JACOBO PRINGILL apparenti de Buckholme, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— terras de Tynneis, cum turre et manerie, in dominio de Etrikforrest, vic. Selkirk :—REDDEND. regi 50 lib. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Tho. Hoppringill in Tinneis : —TEST. Geo. Home de Quhytlaw, And. Hoppringill servitore Jo. Home, Alex. Pringill de Leyis, Jac. P. fratre germano dicti And.:—carta scripta per Jo. Ros servitorem M. Joannis Paip scribe Edinburgi :— Apud Buckholme, 20 Jul. 1600] :—ULTERIUS, pro bono servitio, dict. terras dicto Jac. P. apparenti de B. de novo in feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut supra* :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 128.

1674. Apud Edinburgh, 21 Oct.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI REID juniori filio legit. Joannis R. senioris de Ballochmyle, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—40 solidat. terrarum de Ballochmyle cum mansionis loco, cum *lie mos* de Clonfyne, 26 sol. 8 den. terrarum in Overwod Lammerburne nuncupatas, 3 solidatas *lie* Poffillis de Machlene, antiqui extentus, et dimedietatem molendini de Catherene, ejus terrarum &c., ac *lie sowmes gras* eorundem, in dominio et regalitate de Kyilismure, vic. de Air;—quas dictus Jo. senior in favorem dicti Jo. junioris resignavit: — INSUPER rex ratificavit cartam feudifirme per Jac. commendatarium de Melros et ejusdem conventum, cum consensu Alexandri commendatarii de Culros, factam Joanni Reid juniori de Ballochmyle, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — de dictis terris de Ballochmyle, *lie mos* de Clonfyne, 40 solidatis de Overwod Lammerburne nuncupat., 3 solidat. de Weltoun ant. ext., cum dicta dimed. molendini et pertinentiis, et 2 *lie sowmes gres* infra terras et villam de Katherene :—REDDEND. pro Poffillis de Machlene alias Woltoun 25 sol. 2 den., pro molendino 10 libras 10 sol., pro ceteris (9 lib.) 3 sol. 9 den., in toto 20 lib. 18 sol. 11 den.; cum ceteris devoriis et debitis servitiis (si que essent) in antiquis infeofamentis contentis: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 242.

1737. Apud Grenewiche, 17 Maii.
REX,—cum avisamento &c. (93.),—concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo ad feudifirmam dimisit GEORGIO HAY de Nether Lyffe, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Donynald &c. (*ut in carta* 1543);—quas capitaneus And. Gray, filius legit. quondam Georgii G. de Scheilhill, in favorem dicti Georgii Hay resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 295.

1738. Apud Edinburgh, 21 Maii.
REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Roberti Grahame de Auchinhowie, fratris germani heredisque masculi quondam D. Joannis G. de Knokdolian militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Glasgow, 3 Jan. 1606,—vendidit JOANNI MAGISTRO DE MONTROISE, heredibus ejus masc. et tallie, irredimabiliter,—40 librat. terrarum et baronie de Grugar antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air :—TENEND. de Henrico principe :—cum precepto sasine :—TEST. D. Wil. Levingstoun de Kilsyth milite, Wil. Levingstoun apparente de Kilsyth, M. Alex. Forbes episc. de Caithnes, Joanne Grahame servitore dicti magistri, M. Alex. King advocato, Joanne Diksone ejus servitore :—carta scripta *ut in carta* 914 :—Apud Edinburgh, 21 Maii 1606] :—PRETEREA dedit dicto magistro licentiam suprascripta dicto Rob. alienandi, de dicto magistro tenenda :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 240.

1739. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Oliveri Kennedy de Glenmuke,—[qua, pro impletione cujusdam appunctuamenti, concessit ELIZABETHE MURE relicte Georgii K. de Glenmuk fratris sui, in vitali redditu,—4 libratas terrarum de 5 libratis suis de Glenmuk, viz. 10 sol. de Knoknemak, 10 sol. de Kirkbryide, 20 sol. de Gawincrowboich, 20 sol. de Garleffeyn, et 20 sol. de Ballemoir, cum mansione et manerie;—necnon GEORGIO KENNEDY filio suo et heredi apparenti, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Oliv. reversuras et heredibus suis quibuscunque,—terras supradictas, et 20 sol. terrarum de Ballemalloche, extenden. in integro ad 5 librat. antiqui extentus de Glenmuk et Ballemalloche, in parochia de

Girvane et comitatu de Carrik :—RESERVATO dicto Oliv. libero tenemento omnium post decessum dicte Eliz., et de Ballemallache instanter:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie :—PROVISO quod liceret dicto Oliv. supradicta a dicto Geo. redimere per deliberationem vel consignationem 10 lib. in ecclesia parochiali de Girvane super premonitione 40 dierum:—TEST. Gilb. Ros preposito ecclesie collegiate de Mayboill (scriptore carte), Jo. Kennedy notario in Maybole, Andrea Makilwraith ibidem, Jo. Makilwraith servo dicti Gilb.: —Apud Mayboll, 15 Feb. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 306.

1740. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REX confirmavit cartam Margarete Dischingtoun,—[qua, cum consensu (quondam) Jacobi Hammiltoun de Rouchbank sponsi sui,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Langherdmestoun, Edinburgh et Balfoure, 3 et 15 Feb. 1591, —vendidit JACOBO HAMMILTOUN juniori, filio suo legit. seniori, et AGNETI BETOUN ejus affuture sponse, filie legit. Roberti B. de Balfour, in ejus pura virginitate, — terras de Kynbrachmont, cum molendino, terris molendinariis &c., in parochia de Kynnewquhair, vic. Fyffe:—RESERVATO dictis Marg. et Jac. seniori pro ipsorum vita annuo redditu 4 celdrarum victualium, viz. 2 celd. ordei cum charitate, 1 celd. tritici et 1 celd. farine avenatice de *lie ryn-met* cum charitate, de dictis terris &c., cum tertia parte *lie kayne-foullis* earundem:—TENEND. dictis Jac. juniori et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jacobi quibuscunque arma et cognomen de Hammiltoun gerentibus, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Arch. et David Hammiltoun filiis legit. dicti Jac. senioris, Rob. Nasmyth servitore ejusdem, M. Tho. Monypenny filio legitimo Davidis M. de Petmyllie:—Apud Longhirdmestoun, 25 Feb. 1591]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 247.

1741. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REX, — cum consensu &c. (126.),— in feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO MAITLAND de Lethingtoun, heredibus et assignatis ejus quibuscunque, — terras de Snadoun, in balliatu de Lauderdaill, vic. Beruik ;—que olim ad monasterium de Dryburgh pertinuerunt :—REDDEND. 4 mercas feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 330.

1742. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REX concessit et,—pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit M. THOME MEINZEIS burgensi de Abirdene, et JONETE GORDOUN ejus sponse,—piscariam dimedii retis piscationis salmonum piscium de *lie* Raik et Stellis super aqua de Dee, infra libertatem burgi de Abirdene, vic. ejusdem ;—quam Tho. Meinzeis de Durne in eorum favorem resignavit:—INSUPER rex ratificavit cartam per dictum Tho. M. de Durne dictis personis absque reversione desuper factam, de data 13 Mar. 1605:—TENEND. dictis M. Tho. et Jon. in conjuncta infeodatione, et assignatis dicti M. Tho., quibus deficientibus, Alexandro M. filio secundo legitimo dicti M. Tho., heredibus ejus et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 237.

1743. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo ad feudifirmam dimisit M. JOANNI CHALMERIS de Sandifurde, et HELENE KENNEDIE ejus conjugi,—5 librat. terrarum *lie* Grange de Monkland (*et cetera in carta* 1715 *contenta*);—quas Jac. Kennedye, filius legit. quondam Thome K. de Ardmillane et Margarete Chalmeris domine de Trochrig ejus conjugis, in eorum favorem resignavit : — RESERVATO libero tenemento dicte Marg. :— TENEND. dictis Jo. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. firmas *in carta* 1715 *contentas*, tanquam feudifirmam in antiquis infeofamentis concessis per commendatarios et conventus de Melros et Corsraguell, et 6 sol. 8 den. augmentationis;

necnon triplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et observando cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contenta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliv. 241.

1744. Apud Edinburgh, 29 Maii.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit [1] cartam factam per quond. Jo. Maxwell dom. Hereis, —[qua vendidit (quondam) HUGONI MAXWELL consanguineo suo, et MARGARETE MAKDOWALL (vel M'Dowgall) ejus sponse,—7 mercatas terrarum antiqui extentus de Culnathry, in baronia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. dictis Hug. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Hug. quibuscunque, de dicto Joanne: —REDDEND. abbati de Dundranane 10½ mercas (et custodiendo unam capitalem curiam dicti abbatis); et dicto Jo. 3 sol. 4 den. albe firme: et duplum dict. 10½ mercarum dicto Jo. in introitu heredum vel assignatorum:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Makclellane in Balmangane, Roberto Gurstoun, Alexandro Forrestar clerico, D. Jo. Greir vicario de Drumfreis, Harberto Andersoun notario publico:—Apud Drumfreis, 6 Dec. 1567]:—[2] cartam quond. Willelmi Scott de Abbottishall,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Abotishall, 18 Sept. 1589, registrandi in libris dominorum concilii,—vendidit dictis Hug. et Marg.—5½ mercatas terrarum de Drummoirsyide, cum decimis garbalibus inclusis astrictisque multuris (per eosdem occupatas), in baronia sua de Dunrod, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis:—TENEND. *ut supra*, de dicto Wil.:—REDDEND. unum denarium albe firme; necnon monasterio S. Crucis 15 mercas 12 sol. 8 den. pro eorum parte feudifirme contente in infeofamentis dicto Wil. et quondam Thome Scott de Abbotishall ejus patri desuper concessis; cum aliis in dictis infeofamentis contentis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Ramsay, Nathaniele Moncreiff, Jo. Broun, servitoribus dicti Wil., Jac. Maxwell filio dicti Hug., Andrea Young notario, Hen. Young ejus servo:—Apud Abbotishall, ... 158–]:—[3] cartam quondam Jo. Maxwell de Newlaw,—[qua, cum consensu Eduardi M. abbatis Dundrenani, fratris sui,—pro pecuniarum summis persolutis, ac pro assignatione rentalis 10 mercat. terrarum de Butill, ac pro perimpletione contractus de data apud Kirkcudbrycht, 18 Jun. 1583, in libris commissariatus de Kirkcudbrycht registrati eodem die,—vendidit (dicto) Hugoni Maxwell de Culnachtrie consang. suo, heredibus ejus et assignatis, —40 solidat. terrarum de Fagra ant. ext. (per eum occupat.), 5 sol. de Auchinleck (per quond. Ric. M'Kartnay et Adamum M. ejus filium possess.), in baronia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. de dicto Jo.:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; et abbati de Dundrenane pro Fagra. . . lib., pro Auchinleck 5 sol., feudifirme, et multuras et alia devoria consueta: —cum precepto sasine directo Adamo M'Kartnay juniori:—TEST. Jac. Rig, Petro Turnour, notariis publicis, Jo. Maxwell filio dicti Hug., Jo. Andersoune famulo dicti Jo. M. de Newlaw:—Apud Terreglis, 7 Oct. 1583]:—[4] cartam quond. Joannis Stewart in (vel de) Newabay,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit D. ROBERTO MAXWELL de Spottis militi, et (quond.) Domine ELIZABETHE GORDOUN ejus conjugi,—suas 5 solidatas terrarum ant. ext. ex 3 mercatis de Auchinleck (per Hugonem Maxwell occupatas), in parochia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus sive assignatis dicti Rob. quibuscunque, de rege (virtute acti annexationis) in feudifirma:—REDDEND. 20 sol., et 20 den. augmentationis, cum decimis et multuris consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Jo. M'Kartnay in Littill Sypland:—TEST. Pat. M'Clellane, Edw. Hendersoun, servitoribus dicti Rob., Jo. M'Cartnay in Lytill Sypland, Adamo et Jo. M'Cartnay in Auchinleck: —Apud Auchinleck, 6 Nov. 1590]:—[5] cartam fact. per quond. Adamum M'Cart-

nay in Auchinleck liberetenementarium, et Jo. M. ejus filium dom. feodi infrascriptorum,—[qua,—cum consensu Katherine Quheithyid conjugis dicti Jo., conjuncte infeodatricis eorundem,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt dictis Rob. et Eliz.—suas 10 sol. terrarum ex 3 mercatis de Auchinleck ant. ext., in parochia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. *ut in carta* [4] *supra*:—REDDEND. 16 sol. 2 den., cum decimis et multuris debitis et consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine *ut in carta* [4] *supra*:—TEST. Pat. Makclellane, Edw. Hendersoune, servitoribus dicti Rob., Jo. Stewart in Newabay, Jo. M'Cartnay in Littill Sypland:—Apud Auchinleck, 6 Nov. 1590]:—INSUPER suprascripta JACOBO MAXWELL de Culnachtrie, filio et heredi dicti Hug., heredibus ejus et assignatis, quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 331.

1745. Apud Edinburgh, 29 Maii.

REX,—cum consensu &c. (130. 126.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO M'GHIE de Balmakghie—4 mercatas terrarum de Litill-Airdis *lie* Maynes de L. vocat., 2½ mercat. de Dornell, 20 sol. de Fynnenes, 22 sol. de Arneganoch cum fortalicio, 22 solidat. de Quintennespik cum molendino et terris molendinariis, 16 solidat. de Ballimak, in parochia de Balmakghie, 10 libratas de Edinghame et Culloch cum molendino et piscariis in parochia de Wr, 40 solidat. de Killerne in parochia de Anueth, omnes antiqui extentus, infra senesc. Kirkcudbrycht; cum earum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., ab antiquo in unam baroniam de Levingstoun unitas; et 16 sol. 8 den. terrarum de Slogarrie, in senesc. Kirkcudbrycht; et advocationem rectorie ecclesie parochialis de Balmakghie, ad dict. terras de Slogarrie antea annexam;—quas idem Alex. resignavit:—PRETEREA rex advocationem vicarie de Balmakghie cum ejus terris, decimis &c. (per Jacobum Maxwell ultimum vicarium et per M. Gavinum Maxwell tanquam jus habentem ad dict. vicariam resignate) ad dict. terras de Slogarrie univit, constituendo dictum Alex. hereditarium patronum ejusdem;—et voluit quod unica sasina apud fortalicium de Litill Airdis capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo M. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque arma et cognomen de M'Ghie gerentibus:—REDDEND. pro dicta baronia jura et servitia debita et consueta; pro Slogarrie et pro advocatione dicte ecclesie albas firmas et devorias debitas et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 249.

1746. Apud Regiam de Greneweiche, 30 Maii.

REX,—cum avisamento &c. (130. 135. 126.),—concessit DAVIDI DOMINO DE SCONE, computorum rotulatori,—terras et baroniam de Sagy, cum molendinis, tenentibus &c., cum advocatione tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Orwall cum decimis &c., vic. Kinroschire; terras et baroniam de Ballinbla (specificat. *ut in carta* 1355),—reservata regi parte terrarum de Ballinbla prius per dictum Dav. ad remanentiam resignata, extenden. ad 50 acras aut eocirca, que conjuncte sunt vivario regio de Falkland, in excambium quarundam partium de Elein et aliorum,—necnon illam partem terrarum de Falkland vocat. *lie* Newlandis tam ex oriente quam ex occidente aque de Mospie et occidente maneriei de Nutthill, acram terre vocat. Croftangrie alias Crysties-croft infra libertatem burgi de Falkland, *lie Castelsteid* de Falkland (*et cetera ut in carta* 1101), fundum et terram super quo domus Jacobi Seytoun ex boreali dict. *lie Castelstead* contigue ad portam castri olim edificata fuerat, cum hortulo olim orientaliter ab eodem jacente, et camera olim in eodem, cum domo dicti Jac. olim edificata ad orientalem angulum stabuli regii (que omnia tunc diruta sunt et hortus desuper edificatus), jacen. juxta burgum de Falkland, in senesc. et vic. de Fyfe; officium foresterii de Falkland et omnium silvarum et vivariorum ejusdem, cum

feodis &c., officium edificationis et sustentationis prati et *lie park-dykis* silvarum de Falkland, cum proficuis et pasturagiis *lie cattell and guidis*, cum officio scrutationis *lie rangeing* de *lie* Lowmounthes de Falkland, cum *lie spaid-silver* pro effossione petarum, turbarum et cespitum, et punire animalia desuper pascentia, cum omnibus devoriis ad dict. *lie range* spectantibus, vic. Fyfe; villam et terras de Gospartie, terras de Kilgour et Cairnegat, vic. Fyfe; terras de Eister Casche, cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., in senesc. et vic. de Fyfe; cum communi pastura et privilegiis communie terrarum de Kilgour et seqq. in *lie* Lowmounthis et mawris de Falkland; tertiam partem terrarum de Craighall et maneriem ejusdem, terras de Schyris, Mugdrum, Callenge, Hairop, Drumduff, maneriem de Wester Casche, Petscottie, Rumgally, Pittillie, Kyngarrak, Balquhy, tertiam partem de Pitfirrane et maneriem earundem, cum tenentibus &c. et superioritatibus omnium suprascript., in baronia de Stramiglo, vic. de Fyfe; cum advocatione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum et parochiarum de Abernethie et Strathmiglo, vic. Perth et Fyfe; terras de Glendowak &c. (*ut in carta* 1289), cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Kinnfawnis, vic. Perth; terras de Nether Freirtoun, cum decimis garbalibus inclusis, in dominio prioratus S. Andree, regalitate ejusdem, vic. Fyfe;—quem fundum juxta *lie Castelstaid* Jac. Seytoun, dicta officia (Wil. Fairnay senior de eodem et)[1] Wil. Fairnay junior de eodem ejus filius, Gospartie dictus dom. Scone (quoad proprietatem) et And. Murray de Balvaird, proprietatem et superioritatem de Nether Freirtoun M. Wil. Ramsay olim in Nether F., D. Rob. Crichtoun de Cluny miles, et D. Jacobus Stewart de Ballachquhan miles, Kilgour et seqq. (usque ad Pitfirrane) D. Jacobus Scott de Balwerie miles, cetera predicta (exceptis ecclesiis) idem dominus Scone, ecclesiam de Orwall Anna regina tanquam domina de Dunfermeling cum consensu regis, ecclesiam de Abernethie Jac. marcio de Hammyltoun comes Arranie dom. de Avene &c. tanquam commendatarius de Aberbrothok (toto ejus conventu mortuo), rectoriam de Strathmiglo Petrus episcopus Dunkelden. cum consensu decani et capituli Dunkelden. apud Dunfermling, in favorem dicti dom. Scone resignaverunt; vicaria de Strathmiglo antea ad regem spectabat; et ecclesia de Kinphawnis ad regem spectabat tanquam pars dominii et senescallatus de Huntingtour, olim ad abbatiam de Scone pertinen. et ad coronam annexat. in parliamento 15 Nov. 1600 tento: —INSUPER rex,—pro servitiis sibi prestitis per 30 annos ultime elapsos tam in privatis suis servitiis quam in statu publico tam in Scotia quam in Anglia,—suprascripta dicto dom. Scone de novo dedit (comprehendendo in baronia de Sagie *lie* Manis et alias terras de Mekle S., villas et terras de Litill Segie, Over et Nether Craigow, molendinum de Craigow cum ejus terris &c., villas et terras de Knaggour, Ledlennoch, Rentoule, Laidlaischioun et pendiculum de L. tunc vocat. Douglas-fauldis, cum maneriebus, molendinis granorum et fullonum, moris, marresiis, communiis), cum pastura et communia de Gospartie in *lie* Lowmounthis et mauris de Falkland, et cum propriis moris de Kilgour, Carnegat et Eister Casche; et omnia incorporavit in liberum dominium et baroniam de Segie, ut unica sasina apud principale messuagium de Mekill Segie capienda pro omnibus staret: —TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto And. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Quintigerno Murray filio legit. Joannis dom. M. de Tullibairdin et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque cognomen et arma de Murray gerentibus:—REDDEND. pro Ballinbla *ut in carta* 1349; pro Blakhillis, mauris de Falkland et carbonibus earundem *ut in carta* 1355; pro tenemento in Falkland, Neulandis et Croftangrie servitium burgale consuet.; pro *lie Castelstaid* 20 sol., pro fundo &c. per Jacobum Seytoun resignat. . . . sol., pro Eister

[1] Supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxv. fol. 117.

Casche 24 libras 6 sol. 8 den., 5 celdras avenarum, 40 bollas hordei, 12 anseres, 16 capones, 72 pultreas, cum reliquis devoriis (si que essent) in originalibus cartis contentis, et pro Nether Freirtoun 50 merc., nomine feudifirme; ac duplicando feudifirmas in introitu heredum; pro antiqua baronia de Segie, manerie de Nutthill, dictis officiis, terris de Kilgour et Carnegat, dictis terris baronie de Stramiglo, Glendowak, et dictis advocationibus, 5 den. argenti sterlini nomine albe firme, cum servitiis ad dicta officia spectantibus:—PRETEREA non liceret dictis Andree et heredibus sine consensu dictorum Quint. et heredum, nec dictis Quint. et heredibus sine consensu dictorum heredum masc. quorumcunque, aliquid suprascriptorum vel annuum redditum de iis alienare, dilapidare vel abdare irredimabiliter, vel debita contrahere super quibus appreciatio sequi posset, neque impignorare nisi sub reversione 10000 mercarum; cum clausulis irritante et resolutiva:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 349.

1747. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REX concessit D. DAVIDI LYNDSAY de Edzell militi, uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Canterland, *lie* Hill de C., et Kynnaird, cum maneriei loco, in parochia de Eglisgreg, vic. Kincardin;—quas, antea in baroniam de Canterland incorporatas, Jac. Keyth de Canterland in favorem dicti Dav. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Dav. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Dav. de novo dedit, cum salmonum aliisque piscariis in aqua de Northesk, molendinis, terris molendinariis, silvis, forestis; et easdem de novo incorporavit in liberam baroniam de Canterland:—TENEND. cum liberis forestis:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 328.

1748. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REX,—cum consensu &c. (133.),—dissolvit decimas garbales et vicarias seu minutas decimas terrarum de Watterstoun cum pertinentiis (viz. *lie* Maynis de W., Eister et Wester Hiltoun de W., molendini de W. et ejus terrarum, Windisoir et Blaklawis), jacen. in parochia de Brechin distan. per spatium 4 miliarium et majus ab ecclesia parochiali Brechinen., vic. Forfar,—ab episcopatu Brechinen. et vicaria dicte ecclesie paroch.;—et easdem mortificavit ad ECCLESIAM PAROCHIALEM DE FERNE (que distabat per spatium unius milie aut eocirca a dictis terris, et cujus antiqui redditus ministrum sufficienter sustinere minime valuerunt), et rectoriam nuncupat. personagium et vicariam ejusdem, constituendo incolas dict. terrarum parochianos dicte ecclesie de F.;—quas decimas garbales Alex. episc. Brechinen., vicarias decimas Rob. Kynneir vicarius ecclesie parochialis Brechinen., cum consensu regis tanquam patroni rectorie et vicarie de Brechin, et decani et capituli Brechinen., de data apud Brechin et . . ., 17 et . . Oct. 1601, ad dictam ecclesiam de Ferne mortificaverant, et tunc resignaverunt:—REDDEND. rectores de Ferne unum den. albe firme; cum suffragiis et precibus omnibus temporibus requisitis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 329.

1749. Apud Edinburgh, 5 Jun.

REX,—cum consensu &c. (119.)—confirmavit et de novo dedit JOANNI SYBBALD portionario de North Kinkell et KATHERINE MURRAY ejus sponse in conjuncta infeodatione, et eorum heredibus infrascriptis,—umbralem dimedietatem tertie partis ville et terrarum de North Kinkell, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—necnon dicto Jo., et heredibus masc. inter eum et dictam Kath. legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. de corpore legit. procreandis, quibus def., seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat., quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jo. S. et assignatis quibuscunque,—solarem dimed. earundem;—quam integram tertiam partem idem Jo. resignavit:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. 9 lib. 2 sol. 9 den., cum marta consueta; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 173.

1750. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Jacobi Hoppringill de Wodhous tunc de Quhytbank senioris, et Jacobi H. de Q. junioris ejus filii et heredis apparentis,—[qua, virtute literarum obligatorialium de data presentium, vendiderunt D. GEDEONI MURRAY de Elibank militi, et DOMINÆ MARGARETÆ PENTLAND ejus conjugi,—villam et terras de Langschaw, earundem molendinum et terras molendinarias, cum maneriebus, communiis, moris, marresiis, in dominio de Melrosland, vic. Roxburgh:—TENEND. dictis Ged. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Ged. quibuscunque, irredimabiliter, de rege (loco abbatiæ de Melros) in feudifirma:—REDDEND. 19½ mercas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Jo. Scot in Nework:—TEST. Wil. Carnecors de Comislie, Wil. Murray fratre germano dicti Gedeonis, Wil. Hunter de Williamelaw, Jac. Chisholme in Grenewod, Laurentio Scot scriba:—carta scripta per M. Blassium Colteum filium M. Oliverii C. senioris advocati:—Apud Edinburgum, 5 Jun. 1606]:—INSUPER suprascripta dictis Ged. et Marg. de novo in feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut sup.*; cum ceteris (si que essent) in antiquo rentali contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 246.

1751. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam quondam D. Patricii Murray de Ganeis militis,—[qua,—cum consensu et virtute contractus *ut in carta* 1709[1],—vendidit GEORGIO ROS de Balnagowne, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras de Wester Ferne, Downie, piscariam de Banache, terras de Rilonie, Mekill Rany, Pitkerie, Mildarg, Torrendow, dimidium de Wester Ganye, terras de Cullin, terras et croftam de Ballinsirache, terras de Eister Drum de Ferne, 4 acras de Catbollfischar, ustrinum et molendinum de Ferne, terras dominicales *lie* Wester Drum de Ferne, cum devoriis et feudifirmis, cum dimid. maneriei et hortorum de Ferne de antiquo monasterii de F. nuncupati, cum maneriebus, piscationibus, tenentibus &c., in baronia de Ganies, vic. Invernes:—TENEND. de rege (loco monasterii de Ferne) in feudifirma:—REDDEND. 134 lib. 8 sol. 6¼ den. firme pecuniarie, 11 celdras 13 bollas 2 firlotas 3 peccas ordei, 8 bol. avenarum, 4 *lie martis*, 24 muttones, 8 duodenas caponum, 20 gallinas, 8 onera abietum, 8 onera straminum, 8 onera *lie turvis*, 200 onera glebarum, cum ceteris devoriis et debitis servitiis in antiquo rentali contentis (vel pretia *ut in carta* 650), cum 20 sol. prioris augmentationis, et 24 lib. majoris augmentationis, in toto 222 libras 11 sol. 2¼ den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—et unica sasina apud maneriem de Wester Ferne capienda pro omnibus staret:—absque prejudicio dicto Geo. de ejus hereditario officio balliatus de omnibus terris dicti monast.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Nicolsoun advocato, M. Tho. Hoip ejus servitore, Jo. Inglis, Jo. Gordoun, servitoribus dicti Pat., Wil. Innes servitore Georgii Sinclair de Mey, Arch. Ros burgen. de Edinburgh, Wil. Graham servitore comitis Cathanesie, M. Rogero Mowat servitore M. Thome Craig advocati (scriptore carte):—Apud Edinburgum, 28 Feb. 1601]:—cum decretis per vicecomites de Invernes datis penes bondas, *lie wrak* et *wair* de Catboll et Pitkerie:—PRETEREA,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Geo. Ros ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—suprascripta dicto Geo. Ros de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut sup.*, cum 6 sol. 8 den. ulterioris augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 243.

1752. Apud Edinburgh, 9 Jun.

REX concessit familiari suo M. ALEXANDRO HAY de Forrestersait, uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Lochloy cum molendinis, terras de Park cum earum pendiculis vocatis Knokaudye, Newtoun et Hunterboig, terras de Incheok cum mansione, et pendiculis vocat. *the Heidis*, Paddokfurde, Mylnehill, Kyl-

hill, Muretoun et Loneheid, terras de Knoknagilyie, Urchnye et Lynemoir, cum piscationibus de Lochloy et Incheok tam salmonum quam aliorum piscium in aquis dulcibus et salsis, cum foresta de Lochloy, ceteris forestis, silvis et pratis, villam et terras de Kynnowdy cum crofta vocata Ailhouscroft, vic. de Narne;—que fuerunt quondam Joannis Hay senioris de Lochloy, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob dispositionem per eum factam quond. Joanni H. ejus nepoti et quibusdam heredibus masc. et tallie, sine consensu regis:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud maneriei locum de Incheok capienda pro omnibus staret:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 239.

1753. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX,—cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam locavit et quitteclamavit UMPHRIDO GRAY burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—5 cottagia (viz. 3 per Jo. Blak, unum per Jo. Polwart, unum per . . Arneill in Coldinghame occupat.), 2 cottagia (per Alex. Blyth occupata), tria cottagia (per Petrum Loriemeir occupata), cottagium (per Rob. Home occupat.), cottagium (per Davidem Hude in Coldinghame occupat.), 1½ cottagia (per Wil. Gray occupata), 2 cottagia (per Jo. Craufurd ibidem occupat.), ½ cottagium (per Geo. Tompsoun ibidem occupat.), ½ cottagium (per Alex. Tod ibid. occupat.), cottagium (per Herculem King ibid. occupat.), cottagium (per Alex. Tod ibid. occupat.), 3 cottagia (per . . Petrie ibid. occupata), cottagium (per Wil. Crawfurd ibid. occupatum), cottagium (per . . Gray occupat.), cottagium (per . . Hopper ibid. occupat.), cottagium (per Jo. Lummisdane ibid. occupat.), cottagium (per Alexandrum Rannald ibid. occupatum), cottagium (per Rob. Wobstar ibid. occupat.), 2 cottagia (per Quintigernum Wobstar ibid. occupat.), 2 cottagia (per Jo. Polwart ibid. occupat.), extenden. in integro ad 32 cottagia, necnon ½ acram terrarum apud *lie* Bronislop (per Gavinum Blyith occupat.), in villa et territorio de Coldinghame, vic. Beruik;—que olim ad monasterium de Coldinghame pertinuerunt:—REDDEND. pro dictis 5 cottagiis 10 sol. 8 den., pro 2 cottagiis Alex. Blyth 4 sol., pro 3 cottagiis Petri Lorimer 6 sol. 8 den., pro cottagio Rob. Home 6 sol. 8 den., pro cottagio Davidis Hude 18 den., pro 1½ cottagiis Laurentii Gray 4 sol. 6 den., pro 2 cottagiis Jo. Craufurd 6 sol. 8 den., pro ½ cottagio per Alex. Blyth occupat. 9 den., pro ½ cottagio Geo. Tompsoun 9 den., pro ½ cottagio Alex. Tod 9 den., pro cottagio Herculis King 5 sol., pro cottagio Alex. Tod 2 sol. 4 den., pro tribus cottagiis . . Petrie 14 sol. 4 den., pro cottagio Wil. Crawfurd 18 den., pro cottagio Laurentii Gray 18 den., pro cottagio Joannis Hopper 18 den., pro cottagio Joannis Lummisdane 18 den., pro cottagio Alex. Rannald 18 den., pro cottagio Rob. Wobstar 18 den., pro 2 cottagiis Quintigerni Wobster 3 sol., pro 2 cottagiis Jo. Polwart 3 sol., pro dicta ½ acra 4 sol., cum ceteris devoriis debitis si que essent, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 250.

1754. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX, — cum consensu &c. (93.), — ad feudifirmam dimisit JOANNI THOMESONE juniori, filio legit. quondam Joannis T. senioris in Kirkhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem terrarum ecclesiasticarum *lie gleib* de Capeth cum decimis tam rectorie quam vicarie (per dictum Jo. seniorem et Jonetam Adamsone ejus sponsam occupat.), in baronia de Dunkeld, vic. Perth:—REDDEND. 38 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 252.

1755. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX, cum consensu &c. (93.), confirmavit et, pro servitio sibi suisque predecessoribus impenso, de novo in feudifirma dimisit PATRICIO DOMINO GLAMIS, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —villam et terras de Kingisseat, vic. Abirdene;—quas idem Pat. resignavit;—

cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Balhelveis cum ejus terris, decimis &c., vic. Abirdene ;—quam M. Pat. Gardyne rector et vicarius dicte ecclesie in favorem dicti domini resignavit:—REDDEND. 3 lib. 4 sol., 6 anseres silvestres (vel 4 sol. pro pecia), cum servitiis solitis (vel 3 sol.), et 3 solidis 4 den. pro antiqua augmentatione ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum ; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia in palatio Abirdonensi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 244.

1756. Apud Edinburgh, 17 Jan.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam dimisit personis subscriptis, nativis tenentibus et hereditariis feudifirmariis infrascriptorum, heredibus earum et assignatis quibuscunque,—terras et villam de Newsteid, cum pratis vocatis Henlaw-medow, Four-aker-medow et Spensaris-medow, cum decimis garbalibus que nunquam ab eis separari solebant (intra bondas in vulgari specificatas), in regalitate de Melros, vic. de Roxburgh ;—viz. THOME WILSONE in Newsteid 2 acras dictarum terrarum cum tofta *lie onsteid*; — WILLELMO MERSER ibidem 4 acras cum tofta ;—ANDREE SCLATER ibid. 8 acras cum tofta, et 3 acras in Langmedow, et hortum *lie* Quhytyaird, et peciam terre *lie* Serjandbuttis ; — ANDREE MEYNE fabro murario ibid. 4 acras cum tofta ;—JOANNI MEYNE fabro murario ibid. 2 acras cum tofta ;—RICARDO MEYNE ibid. 8 acras cum tofta ;—DAVIDI MEYNE ibid. 2 acras cum tofta ;—JOANNI MERSER ibid. 4 acras cum tofta ;—ALEXANDRO MAR ibid. 12 acras cum tofta, necnon dimidietatem terrarum *lie* Coityairdis ;—RICARDO COITT ibidem 2 acras cum tofta ;—WILLELMO MEYNE ibidem 6 acras cum tofta, et 6 acras in Eildouncoitt ;—BERNARDO MEYNE ibid. 16 acras cum tofta, et dimid. terrarum *lie* Coityairdis, et peciam terre vocat. Monkisland (sero per eum a Roberto Wallace in Melros acquisitam) dict. *lie* Coityairdis adjacentem;—ALLISONE JOHNSTOUN, soli filie legit. quondam Joannis J. ibid., 8 acras cum tofta, et ½ acram in *lie* Henlawbutt ;—WILLELMO FISCHAR ibid. 8 acras cum tofta, et peciam terre *lie* Allayis ;—JOANNI BOUYIE ibid. 8 acras cum tofta ;—ALEXANDRO TROTTER ibid. 8 acras cum tofta, et terras ejus de Welmedow et Tupmedow ;—ANDREE MEYNE filio et heredi quond. Mathei M. ibid. 10 acras cum tofta, et peciam terre *lie* Plumerland ;—JACOBO BROUN ibid. 8 acras cum tofta ;—ROBERTO MEYNE ibid. 2 acras cum tofta ;—ALEXANDRO MEYNE ibid. 4 acras cum tofta ;—WILLELMO MEYNE vocato *the Laird* ibid. 8 acras cum tofta ;—ALEXANDRO MERSER ibid. 8 acras cum tofta, et 2 acras *lie Medowland* ;—BERNARDO BELL ibid. 4 acras cum tofta ;—JOANNI MEYNE ibid. 6 acras cum tofta ;—GEORGIO WILSONE ibid. 4 acras cum tofta, et ½ acram in Henlawbutt ;—THOME BROUN ibid. 10 acras cum tofta ;—ROBERTO THOMSOUN ibid. 8 acras cum tofta ;—ANDREE WAIR ibid. 2 acras cum tofta ;—JACOBO MERSER ibid. 4 acras cum tofta, et ejus terras vocat. Langmedow ;—GEORGIO MEYNE ibid. 8 acras cum tofta ;—ISSOBELLE MERSAR seniori legit. filie quond. Joannis M. ibid. 6 acras cum tofta ;—MARIOTE LAYNG filie legit. quond. Joannis L. ibid. 2 acras cum tofta ;—THOME MAR ibid. 6 acras de Eildouncoitt, et 3 quarterias de *lie* Monkisland ;—que omnes olim ad monasterium de Melros pertinuerunt :—REDDEND. dictus Thomas Wilsone 6 firlotas 2 peccas ordei, 1 *lie kain-foull, ane schort carrage, ane laid of peittis* ; dictus Wil. Mersar 3 bollas 1 firl. ordei, 2 *lie kain-foulis*, 1½ breves carreagias, 1½ sarcinas glebarum ; dictus And. Sclater 6 bollas 2 firl. ordei, 4 *lie cayne-foullis*, 2 breves carriagias, 1 longam carreagiam, 3 sarcinas glebarum, et pro 3 acris in Langmedow 6 firl. farine avenatice et 6 firl. ordei, pro *lie* Quhyteyeard 3 bol. ordei, pro *lie* Serjandbuttis bollam ordei ; dictus And. Meyne faber murarius 3 bollas 1 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, brevem carriagiam, ½ unius *langcarreage*, 1½ sarcinas glebarum ; dictus Jo. Meyne faber murarius *ut Tho. Wilsone* ; dictus Ric. Meyne 6 bollas 2 firl. ordei, 4 *lie cayne-foullis*, 2 breves carriagias, unam longam garreagiam, 3 sarcinas glebarum ;

dictus Dav. Meyne *ut Tho. Wilsone*; dictus Jo. Mersar *ut And. Meyne*; dictus Alex. Mar 9 bollas 3 firl. ordei, 6 *lie cayne-foullis*, 3 breves carreagias, unam longam carreagiam, 4½ sarcinas glebarum, et pro *lie* Coittyaird 34 sol.; dictus Ric. Coitt *ut Tho. Wilsone*; dictus Willelmus Meyne 4 bollas 3 firl. 2 pec. ordei, 3 *lie cayne-foullis*, 2 sarcinas glebarum, 1 brevem et 1 longam carreagiam, et pro 6 acris in Eildouncoitt 3 bol. ordei; dictus Bernardus Meyne 13 bol. ordei, 8 *lie cayne-foullis*, 4 breves et 2 longas carreagias, 6 sarcinas glebarum, et pro *lie* Coityairdis 34 sol., pro Monkisland 6 sol. 8 den.; dicta Alisona 6 bol. 2 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, 1 longam et 2 breves garreagias, 3 sarcinas glebarum, et pro Henlawbutt 7 sol.; dictus Wil. Fischar *ut Ric. Meyne*, et pro *lie* Allayis 10 sol.; dictus And. Meyne filius Mathei M. 8 bol. 2 pec. ordei, 5 *lie cayne-foullis*, 3 breves carreagias, 1 longam carreagiam, 4 sarcinas glebarum, et pro Pinnerland bollam ordei; dictus Jo. Bouyie *ut Ric. Meyne*; dictus Alex. Trotter *ut Ric. Meyne*, et pro Wel-medow &c. 20 solidos; dictus Jac. Broun *ut Ric. Meyne*; dictus Rob. Meyne *ut Thomas Wilsone*; dictus Alex. Meyne 3 bol. 1 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, 1 brevem carreagiam, ½ longe carreagie, 3 sarcinas glebarum; dictus Wil. Meyne vocatus *the Laird ut Ricardus Meyne*; dictus Alex. Mersar *ut Ric. Meyne*, et pro *lie Medowland* 20 sol.; dictus Bern. Bell 3 bollas 1 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, 1 longam carreagiam, 1½ sarcinas glebarum; dictus Jo. Meyne 4 bol. 3 firl. 2 pec. ordei, 3 *lie cayne-foullis*, 1 longam et 1 brevem carreagiam, 2 sarcinas glebarum; dictus Geo. Wilsoun 3 bollas 1 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, 1 longam carreagiam, 1 sarcinam glebarum, et pro Henlawbutt 7 sol.; dictus Tho. Broun 8 bol. 2 pec. ordei, 5 *lie cayne-foullis*, 3 breves carreagias, 1 longam carreagiam, 4 sarcinas glebarum; dictus Rob. Thomsoun *ut Ric. Meyne*; dictus And. Wear *ut Tho. Wilsone*; dictus Jac. Mersar 3 bol. 1 firl. ordei, 2 *lie cayne-foullis*, 1 longam carreagiam, 1 sarcinam glebarum, et pro Langmedow 5 sol.; dictus Georgius Meyne *ut Ric. Meyne*; dicta Issobella *ut Jo. Meyne*; dicta Mariota *ut Tho. Wilsone*; dictus Tho. Mar pro Eildouncoitt 3 bol. ordei, pro Monkisland 20 sol. 4 den.; aut pro qualibet bolla ordei 9 sol.; necnon 8 lib. 19 sol. 3 den. antique augmentationis, et 26 sol. 8 den. nove augmentationis; cum ceteris devoriis (si que essent) in antiquis infeofamentis contentis; necnon 20 sol. pro qualibet *lie aucht-aiker-cavell* dictarum terrarum pro duplicatione feudifirme in introitu heredum et assignatorum; ac multuras granorum ibidem crescentium molendino dicti monasterii consuetas; et comparendo in curiis dicti monast.; et si tres termini currerent in quartum nulla solutione facta, perderent hanc locationem: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 253.

1757. Apud Edinburgh, 17 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam locavit et quitteclamavit JOANNI GREIRSOUN, filio naturali quondam Rogeri[1] G. in Amiligantoun (nativo tenenti infrascriptorum),—mercatam terre ville de Amiligantoun alias vocat. Ferdindrumblane (viz. ½ mercat. per quond. Gilb. Greirsoun, et ½ mercat. per quond. Jo. Greir et Eliz. M'Cubene ejus sponsam, et postea per dictum quondam Rogerum occupat.), in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuit: —TENEND. dicto Jo. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rog. quibuscunque:—REDDEND. 24 sol., et 32 den.[2] augmentationis, in toto 26 sol. 8 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 254.

1758. Apud Edinburgum, 18 Jun.

REX concessit GEORGIO COMITI DE CAITHNES, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Berrydell, aquam et salmonum piscariam earundem, terras et duo molendina de Auldwick,

---

[1] So in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxv. fol. 104 verso. The Great Seal Register reads *Roberti*. See further on in the charter.

[2] So in *Regist. Secreti Sigilli*, *l. c.* The Great Seal Register reads "24 sol."

terras de Cambuster, Sarclaith, Ulbuster, Thrumbuster, Stambuster, Hasbuster, Thurissetter, Over et Nether Bulbuster, Clarden, Brodlandis, Mwrkill, terras de Stangirgill et earum molendina, terras de Dwn, terras et molendinum de Tusbuster, terras et molendinum de Brabusterdorane, terras de Subuster-brawle, Sower, Gersten, Brawlbynd, Skaill, Arsksary (vel Asksary), Borrowstoun, terras et molendinum de Lybuster, terras de Swordaill, Ormelie, aquam et salmonum piscariam de Thursocht, terras de Thurdistoft, Subamster, Dwnnat, Wester, Barrak, Ratter, Corsbak, Rossetter (vel Ressettar), Greinland, Hayland, Dungasbie, Latheryn, Rosbuster, Cambuster (Ambuster ?), et Sex denariatas terrarum, cum castris, maneriebus, tenentibus &c., olim infra vic. de Invernes, tunc vic. Caithnes;—quas Laurentius dom. Oliphant in favorem dicti Geo. resignavit; et quas rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, dicto Geo. de novo dedit, cum *lie halkis* et *halk-nestis* de Berrydell, monte de Ord cum forestis, et cum pendiculis suprascriptorum, presertim terris de Knoppo (vel Knappo), viz. *lie Half* Aikergill, *lie Half* Reis, *lie Half* Wester, *lie Half* Harland, 2 den. terrarum in Weik, quarteria aque et salmonum piscarie earundem, molendino de Gillak cum ejus terris &c., 2 den. in Myrlandnorne, cum molendinis, silvis, piscariis, pasturagiis, montibus, aquis, *lie scheillingis*;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Berrydell, ordinando maneriem de B. principale messuagium fore:—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 323.

1759. Apud Edinburch, 19 Jun.
REX,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per Gilbertum Guthrie seniorem, Merchemont heraldum et burgen. de Abirdene, prestito,—concessit et quitteclamavit GILBERTO GUTHRIE juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—domum in *lie* Gallowgait burgi de Abirdene ex parte occidentali ejusdem (inter terras M. Jo. Nicolsoun, heredum quondam Rob. Craig et heredum quond. Jo. Baith);—que regi devenerat tanquam ultimo heredi quondam Thome Henrysoun burgensis de Abirdene, et in minore regis etate concessa erat dicto Gilb. seniori de data 4 Nov. 1579:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 245.

1760. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirma dimisit GEORGIO MAIRTYNE apud molendinum fullonum de West Restoun (nativo tenenti et feudifirmario dicti molendini), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—molendinum fullonum de West Restoun cum ejus terris, in villa de West Restoun, baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—quod olim ad monasterium de Coldinghame pertinuit:—REDDEND. 3 lib. 9 sol. 2 den., et 34 den. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie; cum aliis servitiis debitis et consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 324.

1761. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et quitteclamavit D. GEORGIO HOME de Wedderburne militi, in vitali redditu, et DAVIDI HOME ejus filio legitimo, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Home gerentibus, et eorum assignatis,—2 terras husbandias in territorio ville de Eymouth (viz. unam per Jo. Hoppringill filium quondam Willelmi H., alteram per Wil. Home fratrem germanum quond. Alexandri Home in *lie* Crocegait de Coldinghame occupat.), necnon cottagia et *lie* Baillie-croft (*in carta* 668 *specificat.*), 2 terras husb. in eadem villa cum cottagiis (viz. unam per quond. Tho. Hude et Jac. H. ejus filium, ½ ter. husb. per Wil. Home de Ayttoun, ½ ter. husb. per Wil. Lyndesay occupatas), necnon burgum et villam de Eymouth cum portu et navali ejusdem, cum terris et cottagiis, in villa et territorio de Eymouth, baronia de Coldinghame, vic. de Beruik;—quas, olim de prioratu de Coldinghame tentas, idem Geo. resignavit;—necnon terras ecclesiasticas ad rectoriam

et vicariam de Duns pertinentes, terras de Preistissyde extendentes ad 2 husbandias terrarum (olim per Hugonem Nicolsone et Cuthbertum Currie in Duns occupat.), cum 4 acris terrarum arabilium cum mansione (olim per quond. Mariotam Nisbit et . . Cairnis ejus sponsum occupatis), cum pasturagiis 8 summarum animalium super terris, moris et marresiis de Rewlismaynis et Sampsowniswallis ad dominum de Spott pertinentibus, in parochia de Duns, vic. Beruik;—quas Wil. Danielstoun filius et heres quondam M. Patricii D. in eorum favorem resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam, burgum, portum et navalem de Eymouth, ut unica sasina apud burgum de E. capienda pro omnibus staret; — et de novo erexit BURGUM DE EYMOUTH &c. (*ut in carta* 668):—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. pro terris de Eymouth 7 lib. 11 sol. 6 den., cum 98 pultreis et 12 caponibus, cum servitio sequesti (equestri?) super equum, et 5 sol. augmentationis; pro dicto burgo 2 den. albe firine; pro dictis terris de Duns pro qualibet terra husb. 40 sol., cum 21 sol. augmentationis, et pro dictis 4 acris 20 sol., in toto 6 lib. 12 den., et 2 sol. augmentationis; et duplicando pecuniariam devoriam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 193.

1762. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO OGILVIE de Boyne, filio legit. primogenito quondam Alexandri O. de B.,—terras, baroniam et thanagium de Boyne, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis tam in aqua dulci quam salsa, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, 6 merc. annui redditus de burgo de Banff, burgum et portum de Portsoy ab antiquo in liberum portum et burgum baronie erect., comprehenden. villas et terras de Bogtounes *lie* Over et Nether, terras de Reidheicht et earum cimbas piscarias, terras de Ardinboith, villam et terras de Portsoy et portum ejusdem, terras de Skulhenrie, Aird et Dammis, Achmoir, Roquhillie, Smyddie-boyne, Kindrocht, cum marresiis *lie mosis* et communiis earum, Cowhicht et Scottismylne, Ardbrowgane (Ardbrangane?), Carnetoun, Quhentie, Grenefauld, Threipland et Grenecoit, Dullacheis *lie* Over et Nether, cum novis terris earundem, Wairdlip (Wairelip?) et Quhytehillis cum earum piscariis, terras et mansionem de Boichragie, Kilbuchleis, Denheid, Quhyeutie, Fischekillie et *lie* Hillandis de Bochcragie, terras de Mylne de Boyndie, Padocklawis, Cullienorttis, Garrotsloth, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Banff;—quas And. Ogilvie filius legit. secundogenitus dicti Alex., dictus Jac., D. Geo. Ogilvie de Dunlewgous miles, Walterus O. ejus filius feodatarius ejusdem, et D. Walt. Ogilvie de Finlater miles, pro suis partibus in favorem dicti Jac. resignaverunt:—INSUPER rex de novo erexit burgum de Portsoy &c. (*ut in carta* 334);—et de novo incorporavit omnia suprascripta in liberam baroniam et thanagium de Boyne, ordinando castrum de B. principale messuagium fore:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. inter eum et Issobellam Ogilvie tunc ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. ejus de corpore postea legit. procreandis, quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti Jac. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 258.

1763. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo in feudifirmam dimisit JOANNI STEWART de Balfoure, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Balfour, cum quinta parte terrarum de Glencatt, cum communi pastura in forestis de Birs et Glenawin consuet., cum potestate abscindendi arbores et ligna pro edificatione et reparatione domorum necessaria, necnon villam et terras ecclesiasticas (Kirktoun) de Bras, cum communi pastura in forestis de Bras, Glenawin et Glencatt consuet., cum potestate abscindendi &c. (*ut supra*), in schyra et baronia de Bras, vic. Abirdene;—quas idem Jo. resignavit:—REDDEND. pro Balfour et Glencatt 7 lib. 13 sol.; pro Kirktoun 8 mercas, 1 martam, 1 muttonem, 2 anseres domesticos, 6 gallinas,

bollam cum bato hordei, bollam avenarum, pro bondagio 3 sol. 4 den., pro gressuma 21 sol. 4 den., pro taxatione forestarum 9 sol. 8 den., cum onere *lie dry-tymmer*, servitium consuet. 3 sol. 4 den., 3 sol. 4 den. augmentationis, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum curiarum sectis, et ceteris (si que essent) in antiquo rentali contentis:—INSUPER rex ratificavit cartam feudifirme, de data 25 Jun. 1558, per quondam Wil. episc. Abirdonen. cum consensu decani et canonicorum ejusdem factam Joanni Stewart, heredibus ejus et assignatis,—de terris de Balfour et ⅛ de Glencatt:—cum carta, de data 9 Apr. 1570, per Jac. Stewart in Bountie facta Joanni Stewart ejus fratri germano, heredibus ejus et assignatis,—de eisdem:—cum confirmatione ejusdem per dictum episc., de data 8 Maii 1570:—cum carta per dictum episcopum facta dicto Jacobo (in Casteltoun de Oboyne intitulato), et heredibus masc. inibi expressis, quibus deficientibus, Joanni S. ejus fratri germano, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—de solari dimedietate dict. Kirktoun; de data . . Apr. 1570:—cum carta feudifirme per quond. M. Alex. Seytoun cancellarium Abirdonen. concessa Joanni Stewart de Balfour, heredibus ejus et assignatis,—de umbrali dimed. ejusdem; de data 2 Apr. 1567:—cum ceteris cartis per dictum episcopum, vel per quond. Davidem episc. Abirdonen. ejus successorem, desuper factis dicto quond. Joanni S. de Balfoure, dictis Jac. et Jo. S. ejus filiis, vel dicto Jo. S. tunc de B.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 327.

1764. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO BURNETT de Leyis—villas et terras de Muchallis cum terris dominicalibus et manerie earundem, terras et villas de Pittyet, Contlawhillis, Blakbuttis, Montgatheid, Stranathro, Stralathin, Dennabuk, Quartennis et Greinheidis, cum piscariis, cimbis piscariis et terris piscariis, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., jacen. in baronia de Cowy, parochia de Fetteresso, vic. de Kincardin;—quas Franciscus com. Errolie dom. Hay resignavit; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Muchallis:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Burnett gerentibus, et eorum assignatis:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; et rex,—quia suprascripta annexa erant ad terras, dominium et baroniam de Erroll per cartam de data 10 Aug. 1600, in qua warda, maritagium &c. sunt taxate,—pro bono servitio dicti Alex., ac pro pecuniarum summis persolutis, taxavit wardam &c. ad 24 libras, et maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 336.

1765. Apud Greinweich, 24 Jun.

REX,—cum consensu &c. (136. 119. 126.),—pro bono servitio, concessit THOME LUMMISDEN uni suorum generosorum pensionariorum, et GEORGIO RAMSAY uni equarie principis, heredibus eorum et assignatis, equaliter inter eos,—terras de Wester Stalfford et Holdenrig, jacen. inter comitatus de Jedburgh et Northumberland (limitatas per inquisitionem utriusque nationis virorum expertorum, viz. Stalfforde alias Quheitfeild incipiendo a pede de Countiburne, sursum usque ad parvum torrentem delabentem in Countiburne sinistrorsum, ad quem torrentem rex terras D. Raphidii Gray militis, . . Swynnowe et . . Strother virorum illustrium limitavit, illinc sursum Countiburne ad caput ejusdem, et sic per veteratum aridum murum terra erutum ad Homeltone-swayer, et sic ad Stobbestonis, et illinc sursum per viam altam ducentem versus eurum ad Bertiescrucem apud caput de Eldesburne, et sic insistendo eandem viam versus austrum vertendo ad dorsum de Quhytelaw per flexuosum Wideopenhead, et illinc versus occiden. per eandem viam ad Quhyte-swayer vel Gibbisgrene [que omnia sunt limitata juxta terras dicti Raphidii sinistrorsum], et a Gibbisgreene deorsum per torrentem preter Swerles ad Helterburne, et sic revertendo versus septentrionem deorsum per Helterburne ad pedem de Stobbisclughe-

letche, et per eundem torrentem ad pedem de Countiburne; Holdenrig incipiendo super Reddenburne apud septentrionalem et occidentalem angulum de Knottieleese, et versus orien. extra Threppemoss ad viam paludosam, et extra dict. viam per dict. glebariam ad Carran-dainis, et per Carran-dainis per orientale latus de Midrig et ad Threppeburne [terris sinistrorsum extantibus in possessione Mathei Foster viri illustris], et sursum per dictum torrentem versus zephyrum ad aque decursum in eundem labentem sinistrorsum, et illinc per aridum limitem in stricta linea ad Clarelaw aggerem, et sic per Toddis aggerem ad aque decursum ex orientali latere de Quhytelaw, et sic per altam viam versus Pressoun vadum, et per eandem viam ad Howburne vadum [terris sinistrorum existentibus in possessione dicti Raphidii], et illinc ad Pressoun vadum et Pressoun glebarie caput, et sic sursum ad Quhyteleeburne ad pedem de Mosseburne [terris sinistrorsum extan. hereditate domini de Pressoun], et versus septentrionem sursum per altam viam ad duos eminentes lapides, et sic ad pedem de Caldronburne [terris sinistrorsum extan. D. Jo. Ker militis], et illinc ad Botreewell in Botree torrente, et sic deorsum ad finem ejus ubi convenit cum Holden stagni fine, et deorsum per Holden stagnum per terras domini de Bugcluch dum eedem convenissent cum terris domini de Holden, tunc sursum per montem per ejus altas vias ad Threppeburne, illinc ad aggerem super Holdenrig, ad caput de Holdencleugh, et deorsum per Holdenclugh ad Knottieleese aggerem, et sic ad Reddenburne [terris sinistrorsum extan. in possessione et hereditate dominorum de Pressoun et Greenhead]); — que multis etatibus retroactis inter regna Scotie et Anglie fuerant debettabiles, et occupate per vicinos uniuscujusque regnorum pascendo catella et abstinentes ab arando :—REDDEND. unum bonum canem leporarium (*ane hair hound*) ad festum S. Michaelis si peteretur tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 338.

1766. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REX confirmavit cartam D. Andree Balfour de Montquhany (militis),—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus,—cum consensu Domine Margarete Melvill sponse sue, et onus suscipiens pro Michaele B. de Montquhany patre suo et Mariota Adamesoun matre sua pro eorum jure ad vitalem redditum vel tertiam infrascriptorum, et pro D. Andrea Balfour de Balledmonth pro ejus jure ad eschaetam et vitalem redditum dicti Mich.,—vendidit D. JOANNI ARNOT de Birswik (militi), thesaurario deputato Scotie, et MARGARETE CRAIG ejus conjugi, irredimabiliter,—terras de Kirkbuster-bewest (*et cetera in carta* 1553 *contenta*), cum castro de Noltland :—TENEND. dictis Jo. et Marg. C. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de rege (loco episcopi Orchaden.) in feudifirma :—REDDEND. 103 libras; et tres sectas &c. (cum ceteris *ut in carta* 1553) :—cum precepto sasine :—TEST. (ad subscriptionem dicti And. B. de M.) Wil. Balfour burgensi de Edinburgh, Waltero Richie servitore dicti D. Jo., Jo. Balfour scriba, Tho. Lawrie ejus servitore (scriptore carte), M. And. Lamb de South Torrie; (ad subscriptionem dicte Margarate Melvill) M. Andrea Patersone, M. Willelmo Scott ministro Evangelii apud Cowpar, Davide Huntar :—Apud Edinburgh et Cowper, 21 et 2 Jun. 1606] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 395.

1767. Apud Edinburgh, 25 Jun.
REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO HAY de Kingask, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter, —firmas feudifirmarias terrarum de Grange et Grangemure, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; extenden. ad 8 celdras victualium mensure *lie met* de Melros, $\frac{2}{3}$ tritici et $\frac{1}{3}$ farine avenatice;—quas, olim de monasterio de Melros tentas, Robertus Lummisden de Airdrie, frater germanus quondam Jacobi L. de A., in favorem dicti Jac. H. resignavit :—REDDEND. 6 sol. 8 den. pro unaquaque bolla tritici, et 3 sol. 4 den. pro bolla farine :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 255.

1768. Apud Edinburgh, 26 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit ANDREE WENTOUN (apparenti)[1] de Stradichtene-Mertene et MARJORIE OGILVY ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque, —villam et terras de Pitpoyntie, partem terrarum apud finem pontis de Auchry (olim per quondam Math. Oistlar occupat.), molendinum de Fallowis cum ejus terris &c., dimidietatem terrarum de Balmadoun ad Tho. Wentoun de Stradichtene-Mertene spectantem, vic. de Forfare;—necnon dicto And., heredibus ejus masc. et assignatis antedictis,—*lie* Maynis de Stradichtene-Mertene, dicti Tho. dimid. terrarum de Kirktoun de Stradichtene-Mertene, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Pittempin, dicti Tho. dimid. ville et terrarum de Pitdragoun, et terrarum de Hilhous, cum molendino fullonario *lie* Craig-mylne et ejus terris, dicti Thome dimid. ville et terrarum de Auchinhervie, in regalitate de Sanctandrois, vic. Forfare; terras de Pitcorpie alias Annestoun, in baronia de Rescobie, vic. Forfare;—quas omnes dictus Tho. cum consensu Jacobi Scrymgeour de Dudope militis resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Tho., dictum And. ejus filium, eorumque antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictis personis respective de novo ad feudifirmam dimisit, cum fortaliciis, maneriebus, silvis, piscationibus, tenentibus &c.:—Reservatis Issobelle Hay sponse dicti Tho. libero tenemento de Pitpoyntie, dimidietatis de Stradichtene-Mertene et dimid. de Pitdragoun; et dicto Tho. libero tenemento de *lie* Maynis et seqq.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 341.

1769. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam dimisit GEORGIO HOME de Ecclis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras, silvas et piscarias sequentes, cum moris, marresiis et pratis, viz. dimedietatem unius terre husbandie in *lie* Burnehousis (per Pat. Dicsone filium Joannis D. in Cames occupatam), terram husbandiam in Ernislaw (per Jo. Graden ibidem occupat.), croftam terre in Darnchester (per Geo. Kinghorne ibid. occupat.) extendentem ad ¼ terre husb., croftam in occidentali fine ville de Litem (per Rob. Dicksone filium quondam Jacobi D. de Peill occupat.) extenden. ad ¼ terre husb., ½ terre husb. (per Jo. Dicksone de Balchester occupat.) in dicta villa de Litem, 2 croftas extenden. ad ½ terre husb. ibidem (per dictum Joannem Dicksone de Cames possessas), croftam *lie* Nwncroft in villa de Birgem (olim per Arch. Wondrum ibid., tunc per Jo. Dicksone de Quhytrig possess.), terram husb. in Bangoiswallis (per Jac. Bruntfeild de Nether Mainis occupat.), ½ terre husb. vocat. *lie* Nwncroftis in Hassingtoun (per Rob. Dicksone de Hassingtoun-manis occupat.), ¼ terre (husb.) vocat. *lie* Nwncroft ex boreali latere de Mersingtoun (per Wil. Ker de Mersingtoun occupat.), terram husb. apud occidentalem finem de Mersingtoun, 2 terras husb. vocat. *lie* Nwnbank (per Jac. Downie in Byrecluche occupat.), terram husbandiam vocat. Huntrodland (olim per Oliverum Edyar de Flas, tunc per Geo. Home ibid. occupat.), maresium *lie* Nwn-mos ex occidentali latere de Fawsyide (per Jo. Seatoun de Tillibodie occupat.), pratum *lie* Nwn-myre infra terras de Todrig, vic. Beruik; 3 terras husb. de Wensyide, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; 4 terras husbandias de Grubethauch, 2 terras husb. in villa et territorio de Langnewtoun (occupatas per Mariotam Patersone relictam Roberti Robertsoun, Walt. Dowglas in Langnewtoun et Geo. Buckome in Belches-mylne), 2 terras husbandias in Stitchell, cum 22 summarum pecorum in dominio de Stitchell pastura, vic. Roxburgh; omnes in dominio de Ecclis, extenden. ad 20½ terras husbandias;—que ad dictas personas pertinuerunt, tente olim de priorissa et conventu de Ecclis:—Reddend. pro unaquaque terra husbandia 20 sol., et 2 sol. augmentationis, in toto 22 lib. 11 sol.; necnon

[1] Supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxv. fol. 124.

duplum feudifirme in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 257.

1770. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—ratificavit omnes cartas factas RICHARDO DONALDSOUN polentario burgensi de Glasgow (nativo tenenti ac feudifirmario subscriptorum), quondam Issobelle Kyle ejus sponse, quond. Andree D. eorum filio, et quondam Willelmo Kyle, burgensi de Glasgow avo dicte Issobelle, vel eorum predecessoribus vel autoribus,—de duobus posterioribus tenementis cum horto in burgo de Glasgow in venella *lie* Drygaitt ex parte ejus boreali (inter tenementum et hortum olim rectoris de Cardros tunc Geo. Huchesoun notarii, tenementum cum horto olim capellanie S. Jacobi tunc Walt. Stewart feodatarii de Mynto, torrentem de Malyndinor, et anterius tenementum olim ad rectorem de Erskirk, tunc ad Gabrielem Corbett de Hargray pertinens):—INSUPER dicta tenementa dicto Ric., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 33 sol. 4 den., et 2 sol. nove augmentationis ; necnon observando ceteras provisiones (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contentas : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 340.

1771. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirma dimisit et quitteclamavit THOME VICECOMITI DE FENTOUN domino Dirltoun (nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—croftam terre que pomarium antea fuerat, ac *lie* Freiris-croft eidem adjacen. (intra bondas specificatas), terras de Bonyaird, dimedietatem piscarie unius cimbe in aqua de Forth, piscariam alterius dimed. cimbe ibidem, molendinum granarium *lie* Borrow-mylne prope burgum de Striviling, cum multuris &c., ac terras vocatas Sanct-Michaellis-hill et Ryelliscroftis dicto molendino adjacentes, ac molendinum granarium *lie* Brig-mylne ibidem jacens, cum multuris &c., vic. de Striviling; terras prope villam de Drumfermeling vocatas Halbank, in dominio et regalitate de Drumfermeling, vic. Fyiffe ;—que olim ad Fratres Predicatores de Striviling pertinuerunt ; et quas rex, pro bono servitio dicti Tho., incorporavit in unam liberam tenandriam de Ryellcroft :—REDDEND. pro pomario 40 solidos, pro Freiriscroft 6 libras 13 sol. 4 den., pro Bonyaird 5 sol., pro prima piscaria 10 sol., pro altera 20 sol., pro Borrow-mylne 12 libras, pro Sanct-Michaellis-hill et Ryellcroftis 50 sol., pro Brygmylne 7 lib., pro Halbank 46 sol. 8 den., et 40 sol. augmentationis, in toto 36 libras 5 sol.; necnon duplum feudifirme in introitu heredum : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 344.

1772. Apud Edinburgh, 28 Jun.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et de novo dedit HENRICO STEWART de Barskymminge, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 mercat. terrarum de Arcardane cum fortalicio, 20 mercat. terrarum de Glencarden, Auchinsaull, Ranydoch, Auchinbreak, Keironasche (vel Carronesche), Auchinreoch, Corremakondie et Cordell jacentes proxime dictis 4 mercatis, antiqui extentus, necnon insulam de Rachrie cum castro et piscaria, in dominio de North Kyntyre, vic. Tarbert ;—quas quatuor heredes portionarie quondam Adami Reid de Barskymming (viz. Hugo Wallace filius et apparens heres Joannis W. de Auchinweit ac senior nepos dicti Ad., Joneta Reid secunda filia dicti Ad. cum consensu dicti Hen. sponsi sui, Jo. Spottiswoode de Follar nepos et tertius heres, et Margareta Reid junior filia dicti Ad. cum consensu Willelmi Campbell de Grenok-maynes sponsi sui) resignaverunt : —INSUPER rex concessit quod unica sasina apud Arcardane capienda pro omnibus (preter Rachrie) staret :—TENEND. Rachrie de Henrico principe et senescallo Scotie, cetera de rege:—REDDEND. pro Arcardane et seqq. (usque ad Cordole) wardas, relevia et maritagia cum contingerent; necnon sustinendo sex architenentes bene suffultos arcubus et sagittis ad deserviendum regi tempore guerrarum (si contingerent) inter regem et insularum incolas, si requisiti essent;—pro Rauchrie wardas &c.; ac sex

architenentes sustinendo more prescripto: —Test. *ut in aliis cartis &c.* xliv. 256.

1773. Apud Maneriem Regiam de Quhitehall in Anglia et apud Perthum in Scotia, 1 et 9 Jul.

REX,—animo revolvens servitia sibi per familiarem suum GEORGIUM DUMBARI COMITEM dom. Home de Beruik, primarium thesaurarium Scotie et in Anglia scaccarii cancellarium, prestita, qui a prima statim adolescentia omnem vitam suam regi dedicasset, et conjurationis Bothuelie et sociorum nove factionis tempestate orta fidem suam expressit, et postea officium thesaurarii Scotie (quam propter angustiam erarii alii renunciaverant alii suscipere detractaverant) regis rogatu subiret et ita exerceret ut nihil regie amplitudini sustinende deesse passus esset, et enixe laborasset ut, regina Elizabethe fatis concedente quod tunc brevi sperabatur, rex summa pace regni Anglie possessionem adiret,—cum consensu regni Scotie Ordinum in Parliamento, et cum consensu &c. (135.),—confirmavit dicto Georgio, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Greinlaw-Reidpeth (comprehenden. terras et baroniam de Greinlaw, cum turre, manerie, communi mora, molendinis, advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Greinlaw, terras de Brumehill, Blassinbraid, terras de Greinladene, cum manerie, molendino, terris molendinariis, astrictis multuris consuetis, terras de Polkhauch et Blassinbraid alias Blassinberrie, *lie* Tennandrie, Eistfeild, Quhytesyde, Markisworth, Claydub, terras ecclesiasticas de Greinlaw, burgum et villam de Greinlaw cum privilegiis, terras de Horsley et Greinwode et Deringtoun cum earum decimis inclusis), vic. Beruik; tenandriam de Crumstane (continen. terras et fundum super quo vetus castrum de Dumbar situm fuerat, cum precinctu, propugnaculis, *lie foirtis*, *castelsteid*, domibus, hortis ac peciis terrarum ad dictum castrum pertinere solitis, terras et bondas magni lacus de Dumbar, terras de Brumepark cum pratis et equorum pascuis, cum viridariis et cunicularis de Eist Barnis, cum pertinentiis quibuscunque ad dominium et baroniam de Dumbar ab antiquo pertinen.; terras de Reullismaynis, Sampsouniswallis, Crumstane cum molendino, terras et acras infra et prope villam de Duns cum cottagiis earundem, terras de Newtoun-Quhitsume, 2 terras husbandias in Hiltoun, terras vocat. Prestounwairis, vic. Beruik; cum advocatione decanatus de Dumbar includentis rectoriam et vicariam parochie de Quhittinghame, archipresbyteratus vicarieve de D. includentis omnes terras ecclesiasticas et decimas consuetas totius antique parochie de D., prebende de Duns includentis rectoriam et vicariam parochie de Duns, prebende de Chirneside includentis rectoriam et vicariam parochie de C., prebendariarum, canonicatuum sive rectoriarum de Dumbar, Pinkertoun, Beltoun et Pitcokis, capellaniarum vulgo *lie Saull-preistis* et ceterarum capellaniarum ab antiquo infra ecclesiam collegiatam de Dumbar fundatarum, cum communiis seu communibus decimis &c.); terras, villam et baroniam de Fouldene, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Fouldene, terras, villam et baroniam de Edingtoun, cum earum fortalicio, manerie, terris dominicalibus, molendinis, terris molendinariis, comprehenden. etiam terras de Clarebald, Reidheuch, terram husbandiam in villa et territorio de Huttoun, terram husb. in villa et terris dominicalibus de Duns, cum tenentibus &c., vic. Beruick; hereditarium officium custodie castelli Sancti Andree &c. (*ut in carta* 1491);—quod castellum Georgius archiepiscopus S. Andree, cetera idem comes personaliter, resignaverunt; et que omnia rex dicto com. de novo dedit, cum jure patronatus prebende de Spot, et prebende parochie de Lintoun includentis rectoriam et vicariam ejusdem, ab antiquo ad dictam ecclesiam colleg. annexe; et cum terris de Lochend cum pratis, terris et villa de Mekill et Litill Pinkartounes, Quhytrig et Burt, cum tenentibus et tenandriis, in dominio et parochia de Dumbar (que fuerunt partes patrimonii corone); et cum terris et terris dominicalibus de Fastcastell aut Wester Lumsden appellat. Dowlaw, Duddoholme alias Cauldsyde,

Auldtoun, Newtoun, cum molendino, terris molendinariis, piscationibus, et decimis inclusis, cum castello et manerie de Fascastell, terris de Fleymingtoun vocat. Nathir Aytoun, Reidhall, Natherbyre, Brounsland et Gunisgreene, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., et decimis inclusis, terris de Fairnyside cum decimis inclusis, terris de Lambertoun cum earum molendinis et cum decimis inclusis, in baronia de Coldinghame, vic. de Beruik (què olim ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt);—et omnia (cum dicto castro Andreano) incorporavit in liberum comitatum dominiumque parliamenti ac liberam baroniam de Dumbar, ut unica sasina apud maneriem antiquam de Fouldene capienda pro omnibus staret:—TENEND. cum liberis forestis:—REDDEND. regi pro Greinlaw-Reidpeth, Brumehill et Blassinbraid unam rosam rubeam apud castrum de Greinlaw, pro jure patronatus rectorie et vicarie de Greinlaw unam albam rosam ibidem, pro Rewlismanis et seqq. (usque ad advocationem beneficiorum dicte eccles. colleg.) 12 den. apud maneriem de Crumstane, pro Fouldene et Edingtoun 2 rosas albas (viz. unam apud castrum de F. et alteram apud castrum de E.), pro dicto officio albam rosam, cum debito servitio in eodem, nomine albe firme; pro Greinladene et seqq. (usque ad Claydub) et pro dicto burgo 46 lib. 7 sol. 6 den., et 4 sol. 6 den. augmentationis, nomine feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro *lie* Castelsteid de Dumbar 3 lib. feudifirme, necnon duplum &c. (*ut sup.*); pro Pinkartounes, Burt et Quhytrig 50 libras, cum 10 sol. augmentationis, nomine feudifirme, et duplum &c. (*ut sup.*); pro Lochend 53 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; pro Broomepark et pascuis equorum 2 celdras avenarum, cum pecca avenarum augmentationis, pro cuniculariis et viridariis de Eist Barnis 140 paria cuniculorum (supputando bis sexaginta ad centum), cum 5 sol. augmentationis, nomine feudifirme; pro terris eccles. de Greinlaw 3 libras 14 sol., pro Horsley 22 lib., pro Greinewode 50 sol., pro Deringtoun 10 sol., pro Fastcastell, Flemyngtoun et Fairnyside cum pertinentiis 60 libras, pro Lamertoun 40 lib., nomine feudifirme:—DENIQUE rex,—cum consensu dicti archiepisc. personaliter in parliamento comparentis, cui rex in compensatione dicte resignationis concesserat prefecturam de Kirkhill, vicariam et archidiaconatum S. Andree, cum dicto archiepiscopatu remansuras, ultra annuam pensionem 300 merc., —dissolvit dictam arcem Andreanam cum pertinentiis a dicto archiepiscopatu, ut dict. officium ad dictum com. pertineret in perpetuum:—TEST. 99. 46. 111. 81. 72. 86. 49. 78. l. 256.[1]

1774. Apud Regiam Albe Aule, 10 Jul.
REX, de consilio procerum et regni primatum, creavit MARCUM NEWBOTELII DOMINUM, et heredes ejus masculos,—LOTHIANE COMITES, cum omnibus privilegiis, ornamentis &c.;—quo honore eos investivit &c. (*ut in carta* 1565):—TEST. 109. 55. 110. 81. 91. xliv. 182.

1775. Apud Perthe, 10 Jul.
REX confirmavit cartam Jacobi Murray de Cokpule,—[qua concessit JONETE DOWGLAS conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Arbigland, cum molendinis, terris molendinariis &c. (exceptis *lie* Maynis de A., 14 bovatis terrarum de Talloquheirne et 6 bovatis de Sandequhat), in parochia de Kirkbene, baronia de Cokpule per annexationem, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis; necnon salinam *lie saltcoitt* nuncupat. Newcoitt cum ejus proficuis, jacen. in terris de Auld Cokpule, parochia de Ruvell, baronia de Cokpule, senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis:—REDDEND. dicto Jac. unum den. albe firme:—PRETEREA dictus Jac. obligavit se et successores suos in dicta baronia ad warrantizand. dictas terras de Arbigland annuatim valere dicte Jon. 80 bollas farine avenatice et ordei mensure de Nith:—cum precepto sasine directo Jo. Murray juniori de Moryquhat:—TEST. Carolo Jardane de Aldgirth, Rob. Maxwell fratre germano Willelmi M. de Kirkhous, Wil. Cokburne juniore de Claverhill, Jo. Irland, Wil. Murray, servitoribus

[1] Recorded "ex deliberatione dominorum," about A.D. 1624.

dicti Jac., Rob. Phillope notario publico, Tho. P. ejus filio (scriptore carte):—Apud Cumlongane, 11 Maii 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 325.

1776. Apud Burgum de Perth, 11 Jul.
REX concessit et,—pro servitio sibi per Geo. archiepisc. S. Andree prestito, ac pro compositione persoluta, — de novo dedit JOANNI GLAIDSTANIS de Ovir Kelwod, in vitali redditu, et ALEXANDRO GLAIDSTANIS filio legit. natu maximo dicti Geo., et MARGARETE GLEDSTANIS ejus sponse affidate, hereditarie,—10 librat. terrarum de Ovir Kelwod, cum fortalicio, manerie loco, silvis, molendinis, tenentibus &c., cum donatione officii heremitagii capelle S. Laurentii martyris super dict. terras, et cum jure patronatus ejusdem, necnon capellanie Sancti Georgii in ecclesia parochiali de Drumfreis, vic. de Drumfreis;—quas idem Jo. resignavit:—TENEND. dicto Jo. *ut sup.*, dictis Alex. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., M. Harberto Glaidstanis ludimagistro de Drumfreis et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni G. mercatori burgensi de Drumfreis, filio quondam Gulielmi G. mercatoris burgen. ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masculis dicti Joannis Glaidstanis de Ovir Kelwod quibuscunque, arma et cognomen de Glaidstanis gerentibus, et eorum assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 84.

1777. Apud Edinburgh, 14 Jul.
REX confirmavit cartam quondam M. Jacobi Makgill de Rankelour-Nether senioris,—[qua,—virtute contractus matrimonialis de data apud Monymaill, . . 1598, inter se et Janam Weymes conjugem suam et Jac. M. juniorem, filiorum ipsorum legit. natu maximum, et D. Rob. Melvill juniorem de Brunteland militem et Davidem Wod de Craig cautionarios suos, ab una, et Geo. Clepane de Carslogie et Annam C. ejus filiam legitimam natu maximam, et Davidem Kynnynmonth de eodem et Jac. Weymis de Balquharg cautionarios dicti Geo., ab altera partibus,—concessit dicto JACOBO MAKGILL juniori—terras de Nether Rankelour, cum molendinis, tenentibus &c., fortalicio et manerie, vic. Fyfe:—TENEND. dicto Jac. juniori et heredibus masc. inter eum et dictam Annam ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. junioris, cognomen et insignia de Makgill gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque, de rege:—RESERVATO libero tenemento dicto M. Jac.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Makgill et M. Davide M. fratribus germanis dicti M. Jac., Arthuro Clepane servitore dicti Jac. junioris, M. Olivero Colt advocato, Jac. Leslie ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgum, 18 Dec. 1600]:—NECNON aliam cartam ejusdem M. Jac.,—[qua vendidit dicto Jac. juniori, et heredibus ejus masculis quibuscunque arma et cognomen de Makgill gerentibus,—annuos redditus 100 merc. de magnis custumis burgi de Abirdein, et 40 lib. de firmis burgalibus et aquaticis dicti burgi, vic. de Aberdein:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Roberto Meingzeis de Boghoill burgensi de Abirdein:—TEST. Geo. Clepane de Carslogie, Wil. Knowis, Davide Andersone, Pat. Glasfurd, Joanne Hadderuik, notariis publicis:—carta scripta per Davidem Patersone in Cowpar:—Apud Cowpar, 29 Nov. 1600]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Jac. junioris, suprascripta quitteclamavit:—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 291.

1778. Apud Greneweiche, 16 Jul.
REX, pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (119.),—ad feudifirmam locavit familiari servitori suo D. WILLELMO STEWART de Banchrie militi, generoso in secreto cubiculo suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras et baroniam de Strabrawin, viz. villas et terras de Inverchochill, Cablea, Mylnetoun, Denishauch, Ballinreich, Ballichragane Eister et Wester, Tomnagreve, Tomnagarne, Borlik, Tombane, Drumour, Salachar, Pitcleoche, Tulloche, Carstorune, Ballichchlachane, Ballinlone cum molendino et terris molendin-

ariis, Smyddiecroft, Ballinlik, Mekill Logie, Middill Logie, Eister Logie, Kirktoun de Logiealloquhy, Ballintume, Keandnacalye alias Wodend, Tomnagarve, Tiriefowak, Littill et Mekill Trochrie, fortalicium de Trochrie, et Mekill Fandowie, cum molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus, vivariis, forestis, *lie grissingis*, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, capellaniarum, prebendarum, altaragiorum et beneficiorum infra easdem, in diocesi de Dunkeld, vic. Perth;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. de Gowrie; et in parliamento tento apud Perth mense Jul. 1606, pro bono servitio dicti Willelmi, a corona dissolute sunt; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Strabrawin, ut unica sasina apud fortalicium de Trochrie capienda pro omnibus staret:—REDDEND. 176 lib. 19 sol. 4 den., 29½ petras buttiri (vel 10 sol. pro qualibet petra), 52 hedos (vel 3 sol. 4 den. pro hedo), 24 capones (vel 2 sol. pro capone), 2 sues unius anni (vel 13 sol. pro alterutro), in toto 204 lib. 2 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 302.

1779. Apud E(d)inburgh, 18 Jul.

REX confirmavit cartam Rodolphi Ker de Dalcoiff,—[qua concessit ALISONE KER sue sponse, in vitali redditu,—annuum redditum 60 bollarum victualium (⅓ tritici, ⅓ hordei et ⅓ farine avenatice) de bina sua parte terrarum de Dalcoiff ac terrarum dominicalium de Littill Newtoun, cum molendino;—necnon ANDREE KER filio suo legit. et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dictam binam partem de Dalcoiff cum fortalicio, dict. binam partem terrarum dominicalium, molendinum et *lie Cruik* ejusdem, jacen. in balliatu de Lawderdaill, vic. de Beruik:—RESERVATO libero tenemento dicto Rod.:—REDDEND. regi pro annuo redditu unum den. albe firme; pro terris &c. jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—PROVISO quod quandocunque dictus Rod. in vita sua dicto Andree *ane angell nobill of gold* in ecclesia Divi Egidii de Edinburgh persolveret, aut sub premunitione 8 dierum in manibus decani gilde seu thesaurarii burgi de Edinburgh consignaret, haberet regressum ad dictas terras &c.:—TEST. And. alias *Dand* Ker fratre germano dicti Rod., Adamo Lawte scriba, Daniele Melvill (scriptore carte) et Tho. Forbis ejus servitoribus, Jac. Dowie scriba in Edinburgh:—Apud Edinburgh, 18 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 337.

1780. Apud Grenewiche, 18 Jul.

REX,—consideratione habita magnarum pecunie summarum per familiarem servitorem suum M. ALEXANDRUM HAY secreti concilii ac sessionis clericum expositarum in obitione regis negotiorum,—cum consensu trium regni statuum in parliamento apud Perth, . . Jul. 1606,—et cum avisamento &c. (119.),—disposuit dicto Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—feudifirmas et devoria terrarum de Ardett et Drone cum molendino, vic. Fyff; viz. feudifirmas &c. de Drone cum molendino ad 28 libras 6 sol. 8 den., 2 celdras 8 bollas tritici, 2 celd. 2 bol. ordei et 50 capones, de Ardett ad 33 lib. 6 sol. 8 den., 3 celd. 4 bol. tritici, 4 celd. 4 bol. ordei, 8 capones et 60 pultreas extendentes;—de quibus dictus Alex. antea sufficiens jus habuit pro vita sua:—et hoc sub reversione continente 20000 merc. super premonitione 40 dierum in ecclesia parochiali de Edinburgh templo S. Egidii vocat., ubi sepulchrum Jacobi comitis Moravie situatum est, persolvenda aut in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de Edinburgh consignanda:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 348.

1781. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX confirmavit cartam Domine Helene Bruce, relicte Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Eliz. Cheyne filiam suam ab una, (quondam) PATRICIUM HAY de Pitculane et Petrum H. ejus filium et heredem apparentem ab altera partibus, de data apud Essilmonth et . . ., 29 Oct. et . . 1596,—necnon in partem solutionis summe pecunie

dicto Patricio nomine dotis cum dicta Elizabetha persolvende, — vendidit dicto Patricio Hay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 60 bollarum farine avenatice (sibi incumbentem ex venditione quond. Willelmi dom. Ruthven et Dirltoun vicecomitis de Perth facta sub reversione) de terris et baronia de Cowgask, vic. Perth:—TENEND. de dicta Hel., necnon a dicta Hel. de superiore dicti ann. red.:—REDDEND. dicto superiori 2 den. duplicis albe firme:—cum precepto sasine directo Marco Hynd in Brigend de Twyn:—TEST. Alex. Diksoun in Kirktoun de Erroll, Jo. Bruce filio quond. Willelmi B. de Fingask, Petro Hay servitore dicti Pat. H., M. Jo. Leyth notario publico:—Apud Abirdene, 14 Oct. 1597]:—PRETEREA, —pro servitio sibi suisque progenitoribus per PETRUM HAY de Meginche filium et heredem dicti Pat. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictum ann. red. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 342.

ANNO REGNI 40 ET 4. ANNO DOMINI 1606.

1782. Apud Edinburgh, 30 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit M. PATRICIO LYNDSAY burgensi de Cowper,[1] heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras baronie de Chalmerlanenewtoun, vic. Roxburgh; et terras baronie de Airthe, vic. Striviling; cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, silvis, piscationibus, cunicularíis, carbonibus, tenentibus &c.;—que fuerunt quondam Joannis de Lyndsay filii et heredis quond. Willelmi de L. de Byris equitis aurati, vel aliorum ejus predecessorum, vel eorum heredum dominorum Lyndsay de Byris, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt propter alienationem absque licentia regis factam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 343.

1783. Apud Edinburgh, 31 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (126.),—de novo dedit HOMERO MAXWELL commissario de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Litill Speddoche, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., jacen. in parochia et baronia de Halywod, vic. de Drumfreis;—quas Gulielmus Maxwell in Kilbane in ejus favorem resignavit:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. regi 5 merc. 3 sol. 4 den., cum multuris consuetis, et cum presentia in una curia capitali apud abbatie locum de Haliewode, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 347.

1784. Apud Edinburgum, 4 Aug.

REX dedit literas remissionis WILLELMO MAXWELL filio legitimo primogenito Edwardi M. de Tinwald, pro ejus vita duraturas,—pro traditoria violatione warde e castro de Blaknes (in eo regis directione existen.) A.D. 1597, et pro arte et parte interfectionis Joannis Reddick in Park mense Mar. 1593, et pro arte et parte combustionis domuum de Bracoche cum frumentis in eis existen. et *lie barneyaird* ejusdem mense Nov. 1595 aut eocirca, et pro arte et parte combustionis domorum de Barnehowrie et frumentorum earundem (ad Rob. Redick ibidem pertinentium) mense Jan. 1595 aut eocirca, et pro gerendo et mittendo machinationum aliquo tempore preterito; necnon pro ceteris offensis quibuscunque; — traditione contra regis personam, pecunia adulterina, incantatione, furti receptione et raptione mulierum exceptis. P. R. i. 44.

1785. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Roberti Ramsay de Balmonth,—[qua vendidit ALEXANDRO RAMSAY, filio suo secundogenito,—

[1] The word *Cowper* is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxv. fol. 160.

terras de Balmonth cum molendino, vic. Fyiff:—RESERVANDO dicto Rob. vitalem redditum medie partis dictarum terrarum, et Eliz. Wirschart sponse Thome R. filii maximi natu dicti Rob. vitalem redditum omnium:—redimabiles per heredes masc. dicti Tho. de corpore legit. procreatos per solutionem summe 2000 merc. in ecclesia de Cowpro in Fyiff sub premonitione 40 dierum, aut ejusdem consignationem in manibus thesaurarii burgi de Cowpro:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Georgio R. ejus fratri et heredibus (masc.) ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque, de rege:—REDDEND. 5 sol. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. D. Jo. Moncreiff de Kinmonth milite, Arch. Dundas de Fyngask, Davide Tullie portionario de Kinmonth, Davide Carmichaell de Balmedie:—carta scripta per Pat. Andersone servum dicti D. Jo.:—Apud Fyngask, 1 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 332.

1786. Apud Edinburgum, 7 Aug.

REX,—cum consensu &c. (119.),—confirmavit [1] cartam Willelmi Airth burgensis de Auchtermuchtie,—[qua,—cum consensu Margarete Bonar conjugis sue,—pro observatione contractus de data presentium, vendidit RICARDO BALCANQUELL seniori burgensi et portionario de Auchtermuchtie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — terras *lie outfeild-landis* decimesexte sue partis de *lie* Bondhalff de Auchtermuchtie extendentis ad unam librat., in partibus *lie* Trawellay et Leyis nuncupatis, necnon cottagiatam acram *lie* Windgaitdaill nuncupatam cottagii sui terre in australi quarteria de Auchtermuchtie (per Ric. Stirk, Jo. Buist et Joannem Hwnyman occupat.), cum pleno jure libere proprie communie in monte *lie Hill* de Auchtermuchtie et in *lie* Quhytfeild, in territorio de Auchtermuchtie, senesc. et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi bollam avenarum, ac 3 sol. 4 den., nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Stephano Patersone portionario de Colsay-Eister, Jac. Vallange burgen. de Falkland, Jac. Maxwell portionario de Auchtermuchtie, And. Page ibidem, Steph. Patersone, Gilb. Gray in Auchtermuchtie (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Auchtermuchtie, 26 Maii 1596]:—[2] cartam Ricardi Balcanquell senioris portionarii de Auchtermuchtie, et Ricardi B. junioris ibidem portionarii,—[qua, virtute contractus de data presentium,—cum consensu Jonete Hardie (vel Harvie) sponse dicti Ricardi junioris, necnon Roberti Schetho burgensis de Falkland et Margarete Niniane ejus sponse pro ipsis et pro Anna S. eorum filia legit.,—vendiderunt JOANNI ROBERTSOUN mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—dictas *outfeild-land* et cottagiatam acram, necnon *lie outfeild-landis* 10 solidatarum terrarum borealis quarterie de Auchtermuchtie (viz. *lie* Hoill jacen. inter terras Wil. Gilmour et dicti Jo. R. et *lie* Travalay, duas *lie buttis* in *lie* Tippermacoy, duas *lie buttis* in *lie* Flouris), in dicto territorio, dominio et senesc. de Fyiff; cum pleno jure &c. (*ut sup.*):—REDDEND. regi 1 bollam 2 firlotas avenarum, ac 5 sol., feudifirme; necnon duplicando &c. (*ut supra*):—cum precepto sasine directo Jac. Maxwell seniori portionario de Auchtermuchtie:—TEST. Davide Cowpar portionario de Newtoun de Falkland, Tho. Gregour in Schereis, Hectore Arnot servitore Stephani Patersone clerici senescallatus de Fyiff, Thoma Traill de Daffmylne, Jac. Maxwell seniore, Patricio Laing, Davide Rentone, portionariis de Auchtermuchtie, Andrea Pirie ibidem:—carta scripta per Jo. Nicoll notarium publicum:—Apud Falkland et Auchtermuchtie, 23 Nov. 1602]:—[3] cartam Roberti Maxwell portionarii de Auchtermuchtie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit dicto Jo. Robertsoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—partem de *lie feild-landis* sue librate terre borealis quarterie de Auchtermuchtie *lie* Scheiphirdhillis et Murispott nuncupatam (inter terras dicti Jo. R. et Jacobi Gilmour), in dictis territorio, senesc. et vic.; cum pleno jure &c. (*ut sup.*):—REDDEND. regi firlotam avenarum, et 6 sol. 8 den., feudifirme; necnon duplicando &c.

(*ut sup.*):—cum precepto &c. (*ut in carta* [2] *supra*):—TEST. Jacobo Maxwell seniore portionario de Auchtermuchtie, Jac. Maxwell juniore ibidem, Thoma Robertsoune serjando, Hectore Arnott (scriptore carte) et Jo. Robertsoun servitoribus Stephani Patersoun clerici senescallatus de Fyfe, Jo. Nicoll notario:—Apud Falkland, 26 Nov. 1602]:—[4] cartam Jacobi Clerk de Balbirny,—[qua vendidit Joanni Robertsoun seniori, mercatori burgensi de Edinburgh, —duodecimam suam partem sive 1 libratam terre australis quarterie de Auchtermuchtie cum toftis et croftis (per Jo. Kincragie portionarium de Auchtermuchtie et Eliz. Baxter relictam Davidis Broun ibidem occupat.), in dictis dominio, senesc. et vic.; cum pleno jure &c. (*ut sup.*, intra bondas specificatas):—TENEND. dicto Joanni R. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. 2 bol. 1 firl. tritici, 2 bol. 3 firl. 1 peccam ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 44 sol., 5 pultreas, 2 anseres, et pro tofta et crofta servitium burgi consuet., cum 6 den. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando &c. (*ut supra*):—cum precepto sasine directo Jac. Maxwell seniori portionario de Auchtermuchtie:—TEST. Jacobo Seytoun burgen. de Faulkland, Steph. Patersone clerico senescallatus de Fyffe, Hectore Arnott,notariis publicis, Alex.Merschell servitore dicti Steph. (scriptore carte):—Apud Faulkland, 24 Jul. 1605]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 409.

1787. Apud Edinburgum, 7 Aug.

REX,—cum consensu &c. (119.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI ROBERTSONE seniori burgensi de Edinburgh, in vitali redditu, et JOANNI ROBERTSOUN juniori ejus filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—libratam *lie pund-land* australis quarterie de Auchtermuchtie (occupat. per Joannem Sym, And. Rankene, And. Cuik, Cristinam Baxter et And. Sybbie, omnes in Auchtermuchtie) vocat. *lie* Cuikis-pund-land (alias Rysseis-pund-land), cum pleno jure communitatis in monte de Auchtermuchtie et in *lie* Quhytfeild (intra bondas specificatas), in senesc. et vic. de Fyff;—quam David dominus Scone computorum rotulator, cum consensu D. Jacobi Scott de Balwerie militis, in eorum favorem resignavit:—SOLVEND. 2 bollas unam firlotam tritici, 2 bol. 3 firl. unam peccam ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 1¼ anseres, 3 pultreas, et 27 sol. 4 den., feudifirme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 410.

1788. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam D. Jacobi Scott de Abbottishall militis,—[qua,—cum consensu Domine Margarete Prestoun sponse sue, necnon Joannis dom. Lyndsay de Byris, Davidis domini de Scone, D. Andree Murray de Balwaird militis, Jacobi commendatarii de Melros, Roberti Durie de eodem, ad quos interdictus est,—pro perimpletione contractus de data apud Cuprum, Falkland et . . ., 21, 27 et 28 Jul. 1606,—vendidit ALEXANDRO MONCREIFF famulo regio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Falsyid cum manerie ejusdem, molendinum de Pittinweyme cum terris molendinariis et acris ei adjacen., extenden. ad 18 acras aut eocirca (per Jo. Scott et Euphameam Clephen occupat.), cum astrictis multuris et *lie suckin* dicti molend., et presertim astrictis multuris terrarum et baronie de Pettinweyme, in dicta baronia, vic. Fyiff:—REDDEND. regi pro Falsyid 20 libras, 8 capones, 16 pultrias, pro molendino &c. . . . ., nomine feudifirme; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum:—cum precepto sasine Willelmo Moncreiff de eodem et Joanni Borthuik de Gordounshall:—TEST. Davide Melvill de Touche, Arch. Hammiltoun burgen. de Faulkland, M. Jo. Petre regente collegii S. Salvatoris in civitate Sancti Andree, Charolo Murray servitore domini de Scone, Joanne Nicoll notario, Stephano Patersone clerico senescallatus de Fyiff, Alexandro Merschell ejus servitore (scriptore carte), Jo. Arnott de Pettmedden:—Apud Falkland, Cowper,

Scone et . ., 1, 2 et . . Aug. 1606]: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 333.

1789. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO BURNETT de Leyis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Eister Camphell, Blairheid, Wester Camphell et Ailhouscroft earundem, Cormoir, Craigour, molendinum ejusdem, terras molendinarias &c., Fordie, Mylnetoun de Camphell, croftam in Lumphannane (per Arthurum Adame occupat.), partem montis de Faire cum *lie foggage* et pasturagio ejusdem (que per Jo. Charterous de Kynfaunis quondam . . Skene de eodem in feudifirma concessa fuit), cum tenentibus &c., in baronia de Lumphannane, vic. Abirdene;—quas D. Hen. Lyndsay alias Charterhous de Carrestoun miles in favorem dicti Alex. resignavit:—Reservando hereditariis feudifirmariis et tenentibus infeofamenta eis facta per dictos Jo. Chairterous et Hen. Lyndsay alias Chairterous, sub reversionibus per eos dicto Hen. concessis:—Redd. unum den. albe firme:—Test. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 334.

1790. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX confirmavit cartam M. Georgii Meldrum burgensis de Carraill,—[qua, cum consensu Jonete Williamsoun sponse sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis sui, de data apud Coupar, 17 Feb. 1582,—vendidit GEORGIO MELDRUM, filio suo,—1½ decimassextas partes suas terrarum de Kingis-barnis, in senesc. et vic. de Fyiff:—Tenend. dicto Georgio juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem., quibus def., dicto M. Geo. et heredibus suis, de rege in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153):—Solvend. 3 libras 15 sol., 13 bollas 2 firlotas frumenti, unam celdram 2 firl. ordei, 11¼ capones; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 153):—Reservato libero tenemento dictis M. Geo. et Jon.:—cum precepto sasine directo Davidi Ramsay:—Test. Hen. Williamesoun, Tho. Balcomy, burgen. dicti burgi (de Coupar?), Andrea Honneyman incola dicti burgi:—Apud Coupar, 26 Oct. 1586]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 339.

1791. Apud Winsoire, 29 Aug.
REX concessit et,—pro bono et diuturno servitio sibi facto in societate advocatorum suorum suas actiones attendendo,—de novo dedit M. WILLELMO KELLIE scribe signeti sui de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—7 acras arabiles cum pastura, in territorio burgi de Dunbar infra *lie* Cruikis de Belheavin, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas, per servitium warde tentas, Alex. Spens in Auld Listoun, cum consensu Margarete Sandilandis sponse sue, apud Lymnuchum in favorem dicti Wil. resignavit:—Redd. unum den. argenteum nomine albe firme et liberi burgagii:—Preterea rex dict. acras annexuit ad burgales terras burgi de Dunbar:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 292.

1792. Apud Linlithgow, 2 Sept.
REX,—cum avisamento &c. (130. 126.), —concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE LINLITHGOW domino Levingstoun et Callender, heredibus ejus masc. et tallie, ejus cognomen et insignia gerentibus, et assignatis quibuscunque,—feudifirmarias terras de Airth et Abbottisheuch, Beircroftis, Saltcoittis nuncupat. *lie* Grahames-Saltcoittis, terras de . . Saltcoittis nuncupatas *lie* Oiswaldis-Saltcoittis, terras de Reidheuche, terras vocatas *lie* Heuck, terras de Falkirk cum cottagiis, annuos redditus 40 sol. de terris de Manuell et 6 lib. de terris de Quarrell, cum tenentibus &c., castris, manerierum locis, molendinis, silvis, piscariis, feudifirmis, in baronia de Kers vocata *lie* Abbottis-kers, vic. Striviling; cum privilegio regalitatis et officio hereditarii balliatus et justiciarie dictarum terrarum, cum feodis &c.;—que D. Jacobus Ballenden de Brochtoun miles in ejus favorem resignavit;—necnon advocationem ecclesie parochialis de Falkirk, et ecclesiarum de Morrowinsyid et Diane que fuerunt pendicula ejusdem, tam rectoriarum

quam vicariarum hujusmodi, cum decimis &c., vic. de Striviling;—quam dictus D. Jac., cum consensu M. Adami Bellenden titularii, rectoris et vicarii dict. ecclesiarum, in favorem ejusdem Alex. resignavit;—et que omnia rex incorporavit in liberam baroniam de Falkirk:—REDDEND. 10 lib. albe firme (pro relevamine partis devorie 200 lib. in infeofamento predecessorum dicti Jac. contente):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 293.

1793. Apud Linlithgow, 2 Sept.

REX confirmavit cartam factam per Petrum episc. Dunkelden.,—[qua, cum consensu decani et capituli Dunkelden., in feudifirma dimisit ALEXANDRO DOWGLAS uni clavigerorum ordinariorum in collegio justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Maynis de Crawmond (*et cetera in carta* 1070 *contenta*), terras, villam et portum de Nether Crawmond cum pertinentiis (*ut in carta* 1444);—quas idem Alex. de rege in feudifirma habuit; et actum annexationis in parliamento tento apud Perth mense Jul. 1606 rescissum est quantum pertinuit ad terras episcoporum:—PRETEREA dictus episc. suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Nether Crawmond:—REDDEND. dicto episc. 120 merc., et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Wil. Creichtoun feodatario de Drumcroce:—TEST. M. Thoma Rollok advocato, Jacobo Chalmeris, M. Wil. Stewart, clavigeris ordinariis, M. Jo. Rollok de Pitmedie, Rob. Rawsoun scriba signeto regio (scriptore carte):—Apud Perth, 10 Jul. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 300.

1794. Apud Edinburgh, 16 Sept.

REX confirmavit cartam Patricii Maxwell de Newwark,—[qua concessit sorori sue EUPHAMIE MAXWELL relicte Alexandri Leckie feodatarii de eodem, in vitali redditu,—intuitu matrimonii inter eam et Adamum Cunynghame filium germanum quondam Adami C. de Auchinhervie solemnizati,—$2\frac{1}{2}$ mercatas terrarum de Over-Maynis de Wester Leckie (per Jo. Gourlay et Jo. Mitchell occupat.), terras de Birkinwode (per Rob. Suter alias Johnstoun occupat.), Garlabane et Boge (per Jo. Gourlay in Nether Kers occupatas), 15 solidat. in Wester Leckie et 5 acras in *lie* Wode (per Rob. Smyth et Rob. Leckie occupat.), alias 15 sol. de Wester L. (per Jo. Maltman occupat.), acram de Wester L. (per Alex. Kneland occupat.), terras de Hawrig, Butterland et Ros, cum inferiore mansione seu manerie et hortis de Leckie, infra 10 librat. terrarum antiqui extentus de Wester Leckie, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Davidi Cunynghame de Ibert:—TEST. Jo. Maxwell feodatario de Southbar, Georgio Cunynghame burgen. de Cannogait, Wil. Stewart, Ric. Glen, servitoribus dicti Pat.:—carta scripta per Rob. Muschett servitorem Joannis Williamsoun scribe vicecomitatus et communitatis burgi de Striviling:—Apud Edinburgum, 17 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 311.

1795. Apud Letham, 16 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit WILLELMO GOLDMAN ballivo burgi de Dundie, heredibus ejus et assignatis,—terras de West Plewland de Sandfuird et Flashill (per And. Small, Davidem Mortoun et Jac. Sym occupat.), in baronia de Nauchtoun, vic. de Fyfe;—quas Geo. Ramsay de Flashill et Agnes Gibsoun ejus sponsa, cum consensu M. Alexandri Gibsoun de Wester Grantoun et M. Alexandri Wedderburne scribe curie burgi de Dundie, ad quorum instantias dictus Geo. interdictus est, in favorem dicti Wil. resignaverunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 350.

1796. Apud Edinburgh, 18 Sept.

REX confirmavit cartam Willelmi Rowane de Ballindane,—[qua,—virtute contractus inter quondam Walt. Rollok de Gardyn militem et Jeannam Stewart ejus sponsam, cum consensu M. Davidis Gardyn olim de eodem et Eliz. Stewart ejus conjugis, Georgii G. ejus fratris olim feodatarii de eodem (pro ipso et tanquam heredis quond. Joannis G. ejus fratris), et Helene G. filie dicti M. Davidis cum consensu Willelmi Gordoun feodatarii de Knokaspeck ejus

mariti, ab una, et quondam Wil. Rowane de Ballindene militem patrem dicti Wil. R. tunc de B., Dominam Jeannam (vel Katherinam) Stewart ejus sponsam, se et Cristinam Barclay sponsam suam, ab altera partibus, de data apud Edinburgh et . . ., 17 Oct. 1601 et . . ., in libris concilii registrati, qua dicti Wil. Rowane senior et junior et eorum sponse astricti sunt ad alienand. infrascripta dicto Walt. et ejus sponse irredimabiliter, — cum consensu dictarum Domine Jeanne et Cris., necnon Andree Rollok filii et heredis dictorum Walt. et Jeanne, dicte Jean., et Willelmi Rollok de Croftis tutoris legitimi dicti And.,—vendidit ROBERTO CREYCHTOUN de Cluny militi (assignato ad dict. contractum per dictum And. cum consensu ejus matris et tutoris constituto), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Airlywycht cum fortalicio et manerie loco, terras de Lytil Preistoun (per And. Tailyeour occupat.), Blairfarkill (per And. Eleis, Tho. Mar, Jo. Lytiljohnne et Wil. Fynik occupat.), Burneheid (per Jo. Ruthven [vel Ralstoun]), Blakfauldis (per Wil. Smyth et Jac. Muling occupatas), tanquam pendicula de Airlywicht, in baronia de Auchtergawin, vic. Perth:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Alex. Lyndesay de Cultranie: — Test. Davide Hering feodatario de Glasclune, Arch. Campbell servo dicti Rob., Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay ejus servo (scriptore carte), Jac. Chalmer servitore dicte Jean., Jac. Fyiff burgen. de Dundie, Rob. Rollok de Muretoun, And. R. fratre germano dicti Walt.:—Apud Edinburgh, Rettray et . . ., 15 et 19 Mar. et 25 Apr. 1604]:—Insuper, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob. C. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto Rob. C. de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 304.

1797. Apud Edinburgh, 22 Sept.

REX confirmavit cartam Alexandri Boig feodatarii de Burnehousis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit JOANNI SINCLARE mercatori, fratri germano Roberti S. de Langformagus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Utherstoun et Harcarris cum pasturagiis, in comitatu Marchie, vic. Beruik:—Reddend. dicto Alex. pro Utherstoun 24 lib., pro Harcarris 48 merc.:—cum precepto sasine:—Test. Adamo Gibsoun, Tho. Millar, mercatoribus burgensibus de Edinburgh, Daniele Hall servitore Alexandri Makmath burgensis ibidem, Adamo Lawtie scriba, Daniele Melvill ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 29 Aug. 1606]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 294.

1798. Apud Edinburgum, 24 Sept.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam M. Joannis Hay de Eister Kennett,—[qua vendidit Domine ISSOBELLE HAMMILTOUN domine Seytoun in vitali redditu, et ALEXANDRO DOMINO WRQUHART presidi collegii justitie,[1] et LILIE DRUMMOUND ejus conjugi, hereditarie, — tenandriam de Haillis-brig, continen. terras ecclesiasticas de Haillis (prius ad M. Jacobum Borthuik de Adinstoun pertinentes, tunc occupat. per Cuthbertum Blyth), vic. de Edinburgh; —exceptis mansione et 4 acris pro gleba ministro ecclesie de Haillis assignatis;—necnon decimas garbales terrarum de Reidhall, Colingtoun, Oxgangis, et dimidietatis de Comistoun, in parochia de Haillis, ac vicariam totius dicte parochie cum ejus decimis &c., cum ceteris decimis garbalibus et aliis, cum tenentibus &c.; omnes olim ad preceptoriam S. Anthonii pertinentes:—Tenend. dicte Is. *ut sup.*, dictis Alex. et Lilie in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, D. Willelmo Seytoun de Kylismure militi fratri germano dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, absque reversione, de rege:—Reddend. 13 sol. 4 den. albe firme; ac ministro de Haillis 70 lib. 11 sol. 10 den.:—cum precepto sasine directo Jo. Mathesoun armigero:—Test. M. Alex. Hay de

[1] In introductory clause styled "comes Dumferline, magnus cancellarius Scotie."

Forresterseat, Geo. Duff filio quondam M. Joannis D. de Maldavatt, M. Jac. Drummound filio Alexandri D. de Medhope :—carta scripta per Nic. Kynneir servitorem M. Alexandri Hay scribe :—Apud Edinburgh, 16 Feb. 1596] :—Test. 99. 46. 94. 72. 86. 49. 78. xliv. 172.

1799. Apud Edinburgum, 24 Sept.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Alexandri dom. Spynie, et Domine Jeanne Lyoun comitisse Angusie ejus sponse,— [qua vendiderunt ALEXANDRO DOMINO WRQUHART regis collegii justitie presidi, et Domine LILIE DRUMMOND ejus conjugi, — mansum precentorie Moravien., cum horto et domibus, in collegio ecclesie cathedralis Moravien., regalitate de Spynie, vic. Elgin et Fores : —Tenend. dictis dom. W. et Lil. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti dom. W. quibuscunque, de rege in feudifirma :—Reddend. 53 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Davidi Torrie burgen. de Elgin :—Test. Rob. Lyndesay de Bailhailluell, Gilberto Billie, Jac. Lyndesay, Wil. Gray, servitoribus dicti dom. Spynie:—carta scripta *ut in carta* 796 :—Apud Edinburgh, 29 Jun. 1596] :—Preterea rex, pro bono servitio, dict. mansum de novo dedit dicto Alex. tunc Fermelinoduni com. cancellario Scotie, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., D. Willelmo Seytoun de Kylismure militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti comitis quibuscunque ; cum jure suo ratione bastardie quondam Georgii episc. Moravien. et Joannis Dowglas prebendarii Cult et Fethane feudifirmariorum dicti mansi :—Reddend. *ut supra* :—Test. 99. 46. 94. 72. 86. 49. 78. xliv. 296.

1800. Apud Edinburgh, 24 Sept.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Georgii episc. Moravien.,— [qua vendidit consanguineo suo JOANNI DOWGLAS prebendario de Cult et Fethane, ejusque heredibus aut assignatis quibuscunque, — mansum precentorie Moravien. cum domibus et horto, in collegio ecclesie cathedralis Moravien. et regalitate de Spynie :—Tenend. de M. Jacobo Dundas tanquam precentore Moraviensi in feudifirma :—Reddend. 53 sol. 4 den.; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum et assignatorum :—cum precepto sasine directo Alex. Hoppringill burgen. de Elgin :—Test. Wil. Dowglas de Erlismylne, Jo. Dumbar, M. Wil. Andersoun, Jacobo Law, Davide Cuming, servis domesticis dicti episc.:—Apud palatium de Spynie, 4 Aug. 1588] :—Necnon cartam (dicti) Jo. Dowglas prebendarii de Ruffill,—[qua,— cum consensu Jacobi Dowglas servitoris quondam Georgii episc. Moravien.,—pro perimpletione cujusdam contractus, vendidit ALEXANDRO DOMINO DE SPYNIE, heredibus ejus et assignatis,—dictum mansum &c.:—Tenend. de rege in feudifirma : —Reddend. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Jac. Law incole collegii ecclesie cathedralis Moravien.:—Test. Wil. Gordoun de Geicht, Arch. Dowglas de Pettindreich, M. Waltero Lyndsay de Balgayis, Joanne Gordoun de Bulkie :—Apud Elgin, 21 Sept. 1591] :—Insuper ratificavit confirmationem de priore carta suprascripta datam per dictum precentorem, de data 5 Aug. 1588 :—Test. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78. xliv. 298.

1801. Apud Edinburgh, 4 Oct.

REX dedit literas legitimationis JOANNI AIRD officiario in villa de Lowdoun, bastardo, filio naturali quondam Petri A. in Crownane. xlv. 94.

1802. Apud Palatium de Roystounese, 5 Oct.

REX, — cum consensu &c. (130. 123. 126.),—concessit et quitteclamavit suis familiaribus famulis domesticis JACOBO MAXWELL sanctioris cubiculi sui admissionali palatino, et ROBERTO DOWGLAS hippocomo filii sui primogeniti, inter eos equaliter, et eorum heredibus masc. et assignatis quibuscunque,—pro honorabili servitio non tantum intra Scotici regni verum etiam intra Anglici imperii ditiones sibi prestito,—terras de Terrasfute,

Munkbiehirst, Bruntsheilhill, Quheitliesyde et Bankheid, terras de Murburne, Harlaw et Harlaw-wode, Rowingburne, Wodheid, Thorniquhattis et Wabrethhillis, terras de Barresknowis, Wodhousleyis, Hoilhous, Tercune, Brounscheilburne[1], Auchinriffock, cum maneriebus, molendinis, silvis, piscationibus, cunicullariis, tenentibus &c., in parochia de Cannabie, necnon terras de Glunzaird, Mortoun et Barniegleis, cum maneriebus, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., in parochia de Mortoun, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Mortoun cum omnibus altaragiis, capellaniis aliisque beneficiis quibuscunque infra dict. ecclesiam fundatis (specialiter in vulgari bondatas), extenden. ad 10 libratas terrarum antiqui extentus, vic. de Drumfreis ;—quas omnes incorporavit in liberam baroniam de Tarres, ordinando maneriem de Tarresfute principale messuagium fore;—cum potestate curias justiciarie quater annuatim tenendi, et constituendo dictos Jac. et Rob. hereditarios justiciarios infra bondas dict. terrarum: —PRETEREA,—considerans dict. ecclesiam ministris destitutam fuisse, que principalis causa fuit et incrementum omnium enormitatum fede et libidinose vite inter incolas, —constituit eos hereditarios patronos dicte ecclesie, cum potestate alternatis vicibus rectores et pastores presentandi, qui pro sua sustentatione haberent mansum cum 4 acris arabilibus pro gleba dicte ecclesie adjacentibus, cum annuo stipendio 200 merc. de decimis decimisque garbalibus tam rectorie quam vicarie, reliquis fructibus rectorie et vicarie pertinentibus ad dictos patronos :— TENEND. cum privilegio libere foreste super omnia :—REDDEND. unum par calcarium auratorum, necnon officium justiciarii fideliter exercendo, nomine albe firme :—et rex promisit hoc infeofamentum in proximo parliamento ratificare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 408.

1803. Apud Edinburgum, 17 Oct.

REX confirmavit cartam quondam Jonete Newtoun de Dalcoif,—[qua,—cum consensu (quond.) Ade Ker de Schaw sponsi sui, et Thome K. ipsorum filii et apparen. heredis, —vendidit (quond.) JACOBO MOLL filio (quond.) Willelmi Mow, heredibus ejus et assignatis,—terras de Mow-maynes extenden. ad 6 mercat. (per dictum Wil. M. occupatas), vic. Roxburgh :—REDDEND. dicte Jon. unum den. argenti nomine albe firme: —TEST. D. Geo. Davidsoun capellano, Rob. Rutherfurd preposito de Jedburgh, Rob. Moll, And. Moscrop, Jac. Slewthman, Wil. Moll :—cum subscriptione notarii de mandato dicte Jon., et appensione sigilli dicti prepositi per dictum Tho. procurati :— Apud villam de Jedburgh, 19 Maii 1552]: —NECNON preceptum sasine per dictam Jon., cum dicto consensu, desuper directum Jo. Davidsoun in Quhitton et Ric. Moll, TEST. et de data *ut supra* ; cum subscriptione dicti Thome Ker manu ad calamum ducta per D. Joannem Wilsoun capellanum notarium publicum :—NECNON instrumentum, sub signo et subscriptione Joannis Wilsoun presbyteri Glasguensis diocesis notarii publici,—[de sasina per dictum Jo. Davidsoun desuper data Jacobo Moll filio Willelmi M. de Moll-manis :— TEST. Rob. Tait in Mains, Rob. Newton, Rob. Scott, Petro Alesoun, Ric. Wulsoun, Wil. Moll, et dicta Joneta :—circa 10 a.m., 20 Maii 1552, indictione 10, anno Julii III. pape 2]:—INSUPER rex, pro bono servitio, dict. terras WILLELMO MOW tunc de Mow-maynes, filio et heredi aut saltem heredi dicti Jacobi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo dedit, cum manerie, et cum jure suo ratione recognitionis &c.: —REDDEND. regi jura et servitia antea debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 303.

1804. Apud Lynlithgow, 23 Oct.

REX confirmavit cartam Thome Monypenny de Kinkell,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, — cum consensu Euphamie Spens sponse sue,— vendidit WALTERO HAY tenenti in Barnis-mylne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Calmrone, in parochia S. Andree, vic. Fyiff; —necnon, in speciale earum warrantum,

[1] In the Privy Seal Register (lib. lxxv. fol. 256) "Tumescheilburne."

portionem terrarum de Kinkell (intra bondas specificatas), cum pasturagiis &c., in dictis parochia et vic.; cum libertate colligendi *lie wrak* et *wair* infra maris fluxum :—REDDEND. dicto Tho. pro Calmrone unum den. albe firme ; pro Kynkell 40 lib. feudifirme :—cum precepto sasine : —TEST. Jo. Monypenny feodatario de Pitmillie, Wil. Barclay de Innergelly, M. Tho. B. ejus fratre, Wil. Leirmonth fratre germano Joannis L. de Balcomie militis :—carta scripta per Jo. Dingwall servitorem Joannis Makiesonn scribe burgi de Craill : —Apud Edinburgh, 13 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 299.

1805. Apud Edinburgh, 20 Nov.

REX confirmavit cartam Jacobi magistri de Rothes,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et quondam Dominam Grissillidem Leslie filiam suam legit. ab una, et Alex. dom. Fyvie et Wrquhart presidem supremi senatus Scotie tunc intitulatum ab altera partibus, de data apud Leslie, 27 Oct. 1601, pro matrimonio inter dictos Alex. et Gris. postea completo, et in contentationem 20000 merc. de resta summe 30000 merc. dicto Alex. cum ea debite (cujus summe dictus Alex. die date dicti contractus 10000 merc. accepto tulit, pro residuo vero dictus Jac. eum in annuo redditu 2000 merc. de terris et dominiis de Leslie, Ballinbreich, Rothes, vel aliis terris suis infra regnum infeodare tentus est,—vendidit dicto ALEXANDRO COMITI DE DUMFERMELING dom. de Fyvie et Wrquhart cancellario Scotie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 2000 merc. de terris, dominio et baronia de Leslie, cum palatio, fortalicio, molendinis, terris molendinariis &c., ac de terris de Parkhill et *lie* Insches de Lundoiris, vic. Fyiff ;—absque prejudicio redemptionis dicti ann. red. per solutionem dicte summe :—REDDEND. dicto Jac. unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo M. Davidi Aytoun de Kinglassie advocato :—PROVISO quod presens infeofamentum suspenderetur pro dimedia parte dicti ann. red. durante vita Andree com. de Rothes dom. Leslie patris dicti Jac. :—TEST. M. Jac. Aytoun de Graynge, Wil. Durye, Wil. Abirnethye, M. Jac. Raithe, servitoribus dicti Alex.:—carta scripta per M. Jo. Schairpe advocatum:—Apud Leslie, 4 Nov. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 174.

1806. Apud Edinburgh, 20 Nov.

REX confirmavit cartam D. Joannis Cokburne de Ormestoun militis, clerici justiciarie et unius senatorum collegii justitie,—[qua concessit Domine ELIZABETHE BELLENDEN sponse sue, in vitali redditu,—terras baronie de Ormestoun, viz. villam et terras de O. cum molendino et pratis, terras de Westbyres et Murrayis, terras dominicales de O., cum fortalicio, manerie, *lie parkis*, silvis, pratis, tenentibus &c., dimedietatem baronie de Paistoun, viz. dimed. ville et terrarum de Paistoun cum molendino, terras vocatas Manerhill, terras de Wester Tempilhall et Tofthousis, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. D. Jacobo Bannatyne de Brochtoun milite, Ludovico Hairt servitore M. Alexandri Hay scribe, M. Adamo Bellenden rectore de Falkirk, M. Waltero B. ejus fratre, Jo. Bannatyne servo M. Patricii Bannatyne scribe (scriptore carte):—Apud Humbie, 16 Oct. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 305.

1807. Apud Edinburgh, 20 Nov.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit JOANNI HAY de Sandfurde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Lucklaw, cum monte *lie* Lucklawhill et Brountod, vic. de Fyiff ; — quas David Ramsay de Brakmonth resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 310.

1808. Apud Edinburgh, 20 Nov.

REX concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit ALEXANDRO DUMBAR de Westfeild, vicecomiti de Murray,—tertiam tertie partis terrarum de Golfuird, Moynes, Murraylawis, Clune, Cracheis, Bordland, Reidruittis et Craigheid, cum tenentibus &c., vic. de

Nairne;—quam Dorathia Dunbar sponsa dicti Alex., una trium heredum portionariarum quondam D. Alexandri Dunbar de Cumnok militis proavi sui, resignavit;—necnon tertiam partem ville et terrarum de Westfeild, vic. Elgyne et Forres;—quam dicta Dor., una trium filiarum et heredum portionariarum quondam Jacobi D. de Cumnok, resignavit:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, ejus propinquioribus et legit. heredibus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 3 sectas apud 3 placita capitalia vicecomitatuum de Elgyne, Forres et Nairne, cum warda &c.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xlv. 89.

1809. Apud Edinburgh, 25 Nov.

REX confirmavit [1] cartam factam per Jac. Kay de Pincartoun, cum consensu Elizabethe Scott ejus sponse,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Cowper in Fyiffe et . . ., 17 et 25 Sept. 1604, in libris dominorum concilii registrandi, et pro 12000 merc. persolutis,—vendidit GULIELMO TURNBULL de Pittincreiff, et JONETE BOWSTOUNE, conjugibus,—terras de Pincartoun &c. (*ut in carta* 848);—que per dictum Jac. conqueste erant a Joanne Arnote seniore de Wodmylne cum consensu Cristine Fernie ejus sponse, Joannis A. ejus filii et heredis apparentis et Eliz. Aytoun ejus sponse:—TENEND. dictis Gul. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Gulielmi quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. *ut in carta* 848:—cum precepto sasine:—TEST. Thoma Myretoune de Cambo, M. Wil. Murray ministro apud Craill, Jo. Makesoune clerico communi burgi de Craill, Davide Weymis notario publico ejus servitore (scriptore carte):—Apud Craill, 25 Sept. 1604]:—[2] cartam D. Michaelis Balfoure de Balgarvie militis,—[qua, virtute contractus de data . . Dec. 1599,—cum consensu fratris sui Jacobi B. feodatarii de Pitculloche,—vendidit dicto Wil. Turnbull, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—villam et terras de Balgarvie, in parochia de Cowper, vic. Fyiff;—et hoc in speciale warrantum terrarum ecclesiasticarum prope burgum de Cowper vocat. *lie* Kirkfeild, extenden. ad 39 acras arabiles aut eocirca, cum decimis garbalibus inclusis, in dictis parochia et vic.:—REDDEND. regi . . . feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Hen. Balfoure fratre germano dicti Mich., Jo. Jamesoune et . . Balfoure servitoribus dicti Mich., Alex. Lowry mercatore burgen. de Edinburgh:—carta scripta *ut in carta* 1013:—Apud Leyth, 22 Apr. 1600]:—[3] cartam Roberti Lummisden de Airdrie,—[qua,—cum consensu Issobelle Cor sponse sue,—pro perimpletione contractus de data infrascripta,—vendidit dicto Wil. Turnbull, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Sypseis, in baronia de Airdrie, vic. Fyiff; cum communi pastura et communia in *lie* Kingis-mure et Burrowmure de Craill; extendentes annuatim ad 8 celdras 8 bollas ordei cum charitate, 80 capones et 80 pultreas;—et, in speciale warrantum earundem (necnon domus *lie girnall* nuncupate, olim ad priorissam de Hadingtoun spectantis, et horrei et horti ejusdem, et crofte eis adjacentis, prope villam et burgum de Carraill, necnon 3 croftarum infra rudas burgales dicti burgi, per dictum Rob. cum dicto consensu dicto Wil. alienatarum), terras dominicales de Airdrie cum fortalicio et manerie, in dictis baronia et vic.:—REDDEND. dicto Roberto pro Sypseis 8 libras, pro terris dominicalibus 12 lib., feudifirme:—cum precepto sasine:—TEST. (ad subscriptionem dicti Rob.) Jo. Makesoun scriba burgi de Craill, Jo. Williamsoun scriba Edinburgensi, Arch. Kennedy incola burgi de Edinburgh; (ad subscriptionem dicte Is.) Jo. Cunynghame feodatario de Barnes, Gilb. Abirnethie:—carta scripta per And. Hay servitorem dicti Jo. W.:—Apud Edinburgh et Sanctandrois, 6 et . . Mar. 1598]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Wil. Turnbull, suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliv. 308.

1810. Apud Edinburgh, 6 Dec.

REX,—cum consensu &c. (126.),—rati-

ficavit cartam per quondam Wil. Reid in Craikstoun factam JACOBO REID ejus filio et heredi apparenti, et SARE DOUGLAS tunc future sponse dicti Jac., —de 53 solidatis 4 den. terrarum antiqui extentus de Middelfeild in Overwode (per Adamum Reid, Jo. Reid, Jac. Beg, Tho. Reid ac Mariotam Gibsoun occupatis), in dominio de Kylismure, vic. Air;—TENEND. dictis Jac. et Sare in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de rege in feudifirma;—de data apud Cumnok et Craikstoun, 18 Nov. 1602 et 14 Apr. 1603;—per Jo. Gemmill et Davidem Ros connotarios publicos, ex mandato dicti Wil. scribere nescientis subscriptam:—INSUPER rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jac. ejusque predecessores prestito, suprascripta dictis personis de novo dedit:—REDDEND. 53 solidos 4 denarios, 2 sol. pro arreagiis et carreagiis, 9 den. pro *lie bondage-sylver*, 20 sol. augmentationis, et 3 solidos nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et observando cetera in antiquis infeofamentis per commendatarium et conventum de Melros concessis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 177.

1811. Apud Edinburgum, 6 Dec.

REX confirmavit cartam M. Roberti Ros de Cragie, et Margarete Eviott ejus conjugis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Perth, 4 Jun. 1605, registrati in libris dominorum concilii 28 Jun. 1606,—vendiderunt M. ALEXANDRO PEBLIS advocato, et AGNETI M'AIRTNAY ejus sponse,—*lie* Manes de Malar, viz. Over et Nethir Manes de Maler cum fortalicio, in parochia de Forteviot, vic. Perth:—TENEND. dictis Alex. et Ag. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege per servitium warde:—cum precepto sasine:—TEST. Donaldo Johnestoun mercatore, Olivero Donaldsoun, Rob. Keir thesaurario, Pat. Brusoun, burgensibus de Perth, Jo. Johnestoun filio dicti Donaldi, Laurentio Wilsoun servitore dicti Alex., Henrico Elder, Davide Chalmer in Perth (scriptore carte), notariis:—Apud Maler, 20 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 391.

1812. Apud Quhytehall, 8 Dec.

REX,—pro servitiis sibi et in publicis negotiis regni Scotie prestitis, nominatim in officiis infrascriptis, et pro ingentibus expensis desuper factis,—cum consensu &c. (130. 119.), — post dissolutionem annexationis corone comitatus de Gowrie et dominii de Ruthven, tunc dominii de Huntingtour nuncupati, — concessit JOANNI MONTISROSARUM COMITI dom. Grahame et Mukdok &c., pridem Scotie cancellario et tunc commissionario generali regis in regno Scotie, in vitali redditu, et JOANNI MAGISTRO MONTISROSARUM et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et tallie in carta principali dicti comitatus quibuscunque contentis,—terras de Culgask, cum earum molendinis, silvis, piscationibus, pratis, villas et terras de Peill, Lethame, Eister Heichame, Guidlieburne, *lie* Holl de Huntingtour, Halyland, Few et Wester Heichame, cum molendinis &c. (*ut supra*), in senesc. de Stratherne et Huntingtoure respective, vic. Perth;—que regi devenerunt ob forisfacturam Joannis olim com. Gowrie;—et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Culgask:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 314.

1813. Apud Edinburgh, 16 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis Seytoun de Tullibody, — [qua, pro impletione literarum obligatoriarum de data presentium, concessit ELIZABETHE HOME sponse sue, in vitali redditu,—terras et baroniam de Tulliebody, cum tenentibus &c., molendinis et silvis, vic. Clakmannane; terras et baroniam de Towch-Fraser, cum fortalicio et manerie de Towch, tenentibus &c., molendinis, silvis, piscariis, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, terras et baroniam de Gargunnok, cum

mansione et fortalicio, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Striviling :—Tenend. de rege :—cum precepto sasine :—Test. M. Alex. Home in Ecclis, Wil. Cranstoun in Hamiltounlaw, Jacobo Home servitore dicti Jo., Niniano Foullis notario publico : —carta scripta per Wil. Auld in Edinburgh :—Apud Fawsyde, 23 Aug. 1606] : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 175.

1814. Apud Edinburgh, 16 Dec.

REX confirmavit cartam D. Georgii Home de Wodderburne militis,—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus, vendidit ALEXANDRO MITCHELSONE filio legit. quondam Roberti M. in Blakhauch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Middilsteid de Windiedurris alias Blakhauch, cum mansione *lie peilhous*, in dominio de Atrikforrest, vic. Selkirk :—Tenend. de rege in feudifirma :—Reddend. 32 libras ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando mansionem cum politiis solo corresponden.:—cum precepto sasine directo Jo. Dicksone burgensi de Edinburgh :— Test. Jo. Dicksoune burgen. de Edinburgh, Jo. Dodis, Davide Flutt ibidem, Alex. Home servitore dicti Geo.:—carta scripta *ut in carta* 713 :—Apud Edinburgh, 10 Mar. 1600]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 312.

1815. Apud Edinburgh, 19 Dec.

REX confirmavit cartam Roberti Irwing (junioris) burgensis de Kingorne,—[qua, cum consensu Issobelle Johnestoun sponse sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, registrari ordinati in libris dominorum concilii,—vendidit JOANNI BOSWALL de Craigsyid burgensi de Kingorne, et MARGARETE KIRKCALDIE, conjugibus,—occidentalem suam partem terrarum de Balgriggie, vic. Fyiff : —Tenend. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque :— Reddend. regi jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine directo Jo. Kirkcaldie de Wester Abden burgensi de Kingorne :—Test. Joanne Kirkcaldie de Wester Abden, M. Jo. Chalmer Dei Verbi ministro apud ecclesiam de Auchterderay, Jac. Kirkcaldie filio dicti Jo. K., And. Broun communi clerico burgi de Kingorne, Waltero Duncane (scriptore carte), notariis : —Apud Wester Balgriggie et Kingorne, 16 Maii 1604]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 313.

1816. Apud Edinburgum, 19 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO DOWGALL mercatori burgensi de Edinburgh, et JONETE AIKINHEID ejus sponse,—terras de Nunlandis jacentes prope Ugstoun, cum communi pastura in Glaidismure dictis terris adjacen., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas, olim de monasterio de Hadingtoun tentas, Margareta Carkettill (filia et heres quond. Georgii C. burgensis de Edinburgh, et heres deservita quond. Adami C. de Nunlandis patrui sui), cum consensu Archibaldi Hammiltoun de Bairfurd sponsi sui, et Patricii Carkettill de Over Libbertoun, necnon Joannes Dicksoun in monasterio de Hadingtoun cum consensu Margarete Hammiltoun sponse sue, in favorem dictorum Rob. et Jon. resignaverunt :—Tenend. dictis Rob. et Jonete in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque :—Reddend. 8 merc. 3 sol. feudifirme ; et 20 sol. in introitu heredum :— Test. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 384.

1817. Apud Edinburgh, 23 Dec.

REX confirmavit cartam M. Jacobi Dumbar de Tarbert,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit GEORGIO MUNRO de Mekill Terrell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —villas et terras davate terrarum de Eister Aird (nuncupatas Corbattis-landis), cum piscationibus et portubus maris, in comitatu et diocesi Rossie, vic. Invernes :— Reddend. dicto Jac. 6 lib. feudifirme :— cum precepto sasine directo Geo. Monro filio legit. quondam Hectoris M. portionarii

de Culcraiggie :—TEST. M. Alex. Hay de Kynnowdie, Nic. Dumbar de Boiggis, M. Georgio Monro cancellario Rossen., Marco Mawar de Mawarstoun, Geo. Monro in Knokschortie, Jac. Sutherland in Annott, Joanne Forrester notario publico (scriptore carte):—Apud Terrell, 15 Maii 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 176.

ANNO DOMINI 1607. ANNO REGNI 40 ET 4.

1818. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX dedit literas remissionis GEORGIO MELDRUM filio legit. Georgii M. quondam de Fyvie, et JACOBO HENRIE ejus servitori, pro eorum vita duraturas,—pro eorum accessu ad hortum, solum et habitationes de Haltoun de Auchterles, A.D. 1594, et pro incendio segetum, occisione boum, equorum aliorumque bonorum, sub noctis silentio ante dicti Geo. perfectam etatem 21 annorum juvenili quodam furore commissis. xliv. 180.

1819. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX,—cum consensu &c. (126. 119.), —concessit familiari suo D. DAVIDI LINDESAY de Month militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—80 acras terrarum arabilium de Pettinweyme (quondam Thome Dischingtoun et Cristine Dischingtoun ejus sponse assedatas), cum domibus infra burgum de Pettinweyme ad eas spectantibus (exceptis 18 acris antea venditis Alexandro Moncreiff protofalconario regis), tenementum et terram cum horto in villa de Anstruther *lie Fische-hous* nuncupat., terras paludosas pro jardinis et stagnis fodiendis aptas vulgo Parkdykis alias Grenedykis appellatas, ex parte occidentali de Eldwaldisfauld jacentes, officium balliatus dominii et baronie de Pettinweyme cum feodis &c., et hortos aliaque infra ambitum monasterii de Pettinweyme, cum columbario ejusdem, vardas et prata de P., cum servitutibus et servitiis totius dict. dominii &c. debitis, cum tenentibus &c.,—necnon, pro speciali varranto earundem, dimidietatem terrarum de Kinloch, cum dimid. earum molendini, terrarum molendinariarum &c.,—vic. Fyffe ;—quas D. Jac. Scott de Abbotishall miles, cum consensu interdictorum suorum, in favorem dicti Dav. resignavit ; et quas rex,—pro bono servitio dicti Dav., ac pro compositione persoluta,—dicto Dav. de novo dedit, cum privilegio communitatis in communi mora de Pettinweyme :—et voluit quod unica sasina pro omnibus staret :—REDDEND. pro Parkdykis 6 sol. 8 den., pro hortis, columbario, pratis et wardis de Pettinweyme 6 lib. 13 sol. 4 den. (deducendo 50 sol. pro feodo dicti officii), pro ceteris terris principalibus 8 lib. 2 sol. 6 den., 3 bollas ordei, 2 bol. farine avenatice, 7 capones, 3 gallinas, pro dicta communitate 20 sol., nomine feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ;—pro Kinloch 33 merc. 5 sol. 8 den., et 6 merc. 8 sol. 9 den. augmentationis, cum aliis devoriis et servitiis debitis et consuetis; cum duplicatione dicte feudifirme in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 317.

1820. Apud Edinburgh, 5 Jan.
REX confirmavit cartam sub hac forma ;—[TILL ALL AND SINDRIE &c., Tho. M'Culloche of Barholme . ., witt ye me, for fulfilling of my pairt or claus of the contract and appoyntment maid betuix me on the ane pairt and NINIANE MURE in Clauchen of Girtoun on the uther pairt, of the dait at Clauchen of Girtoun, 14 Jul. 1606 . . ., to have sauld . . to the said Nin., his airis and assignayis quhatsumever, — . . my 5 mer(k)landis of Lagmollen *alias* callit the Mylne-yle of auld extent . ., within the parochin of Anweth and stewartrie of Kirkcudbrycht :—HALDAND . . of oure soverane lord the kingis grace . . :—PAYAND . . services of waird and releif as use is . . . :—ATTOUR to my lovittis Alex. Mure in Lagmollen . . I will and chairgis yow . . ye delyver staitt and seasing &c. :—IN WITNES &c. (the bodie thairof is writtin be Johne Inglis notar) . . :—At Wigtoun, 4 Aug. 1606 :—Befoir thir WITNESIS, Joh. M'Culloch in

Hentoun, Joh. Inglis burges of Kirkcudbrycht, Joh. Oliver in Barcapill, Thomas Neper in Inderig . .]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 178.

1821. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX confirmavit cartam quondam Joannis Meinzeis de Ennoche et *lie* Weyme,—[qua,—cum consensu M. Joannis M. filii sui et apparentis heredis,—pro servitiis factis et faciendis, concessit CUTHBERTO MEINZEIS, filio suo,—terras suas de Drumcrull et Auchinsell, in baronia de Ennoche, vic. Drumfreis; terras de Dalrawar, in baronia de *lie* Weyme, dominio de Apinadull, vic. Perth:—TENEND. dicto Cuth. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. et heredibus suis reversuras, de dicto Jo.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, presertim de solutione annui redditus alias per dictum Jo. mortificati capellanie in ecclesia parochiali de Durrisdeir fundate in honore Dei et B. Marie:—Apud Ennoche, 20 Apr. 1472]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 322.

1822. Apud Edinburgh, 6 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit BARTHOLOMEO M'CARTNAY filio et apparenti heredi quondam Patricii M. in Auchinlek, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum de Auchinlek extenden. ad 10 solidat. terrarum (antea ad dictum Patricium rentallarium earundem spectan.), et alias 10 sol. dictarum terrarum, in baronia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht;—que olim ad monasterium de Dundrynnane pertinuerunt:—REDDEND. 33 sol. 8 den., et 2 sol. nove augmentationis; ac duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 315.

1823. Apud Edinburgh, 6 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI HALKERSTOUN portionario de Hilcairny et MARGARETE PATERSOUN ejus sponse in vitali redditu, et WILLELMO HALKERSTOUN eorum filio seniori legitimo in feodo,—solarem dimidietatem terrarum de Hilcairny, vic. Fyffe;—quam idem Jo. cum consensu dicte Margarete resignavit;—necnon terras *lie* Hiltoun de Carslogy, vic. Fyffe;—quas Geo. Clapen de Carslogy cum consensu Katherine Orme sponse sue in eorum favorem resignavit, in warrantum dicte dimid. de Hilcairny prius per Jo. Clapeñ cum consensu Jonete Glen ejus sponse dictis Jo. H. et Marg. alienate:—TENEND. dictis Jo. H. et Marg. *ut supra*, dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni H. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. senioris quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 316.

1824. Apud Edinburgh, 7 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Leirmonth feodatarii de Dairsie,—[qua,—pro perimpletione litere obligationis per se (et D. And. Balfoure de Montquhany militem, Thomam Dischingtoun de Ardrois, Tho. Monypenny de Kinkell, M. And. Patersoun de Hiltarvet et Wil. Barclay de Drumcarrow fidejussores suos) facte personis subscriptis, de data 21 Nov. et 3 et 4 Dec. 1603, ac pro 5000 merc. persolutis,—vendidit M. MARTINO SCHONEIR, medico regine, et CRISTINE GIBSONE ejus sponse in vitali redditu, et ALEXANDRO SCHONEIR eorum filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—annuum redditum 6 celdrarum victualium ($\frac{2}{3}$ tritici et $\frac{1}{3}$ ordei cum charitate) de terris de Drone, in senesc. et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Boncle clerico burgali civitatis S. Andree, M. Carolo Geddy filio Walteri G. civis ejusdem, Jac. Jak notario publico cive S. Andree:—carta scripta per Jac. Crystesoun servitorem Antonii Quhyte scribe Edinburgi:—Apud S. Andream, 12 Dec. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 179.

1825. Apud Edinburgum, 9 Jan.

REX concessit GEORGIO HOPPRINGILL de Torwodley, heredibus ejus et assignatis,—terras de Braidlaw et Hingandsyid, cum manerie, vic. Linlythgow;—que olim

fuerunt Joannis Levingstoun de Braidlaw, et regi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem per eum vel per quondam Jo. L. de B. ejus patrem factam absque consensu regis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliv. 181.

1826. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX confirmavit cartam Jacobi Dowglas commendatarii de Melros,—[qua ad feudifirmam dimisit WALTERO SCOTT de Harden, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Langhoip (ad se in feudifirma pertinentes), in dominio et regalitate de Melros, vic. . . . :—REDDEND. dicto Jac. 6 lib. 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Wil. Scott :—TEST. Joanne Murray de Blakbarronie, Nicolao Cairnecors de Calffhill, Wil. Murray fratre germano dicti Jo., Walt. Henrysoun scriba : —carta scripta per M. Davidem Boyis servitorem dicti Walt. H. :—Apud Edinburgum, 13 Jun. 1594] :—NECNON cartam M. Joannis Home, filii legitimi quondam Joannis Home de Carrelsyde,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit dicto Walt. Scott, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Over et Nether Cleifhoipis, Quheilkirk, Quheillandis, Ormescleuch et Abbotissykis, in Liddisdaill, vic. . . . :—REDDEND. regi 10 merc. feudifirme ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine : – TEST. Jo. Murray, Rob. Cairnecors, mercatoribus et burgensibus de Edinburgh, Jac. Ramsay, And. Gourlay (scriptore carte), servitoribus Jacobi Kynneir scribe signeto regio :— Apud Edinburgh, 13 Aug. 1606] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 183.

1827. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX,—pro se et tanquam administrator Henrico duci de Rothesay com. de Carrik dom. Ilarum baroni de Renfrew Magne Britannie principi ac Scotie senescallo, filio suo natu maximo,— confirmavit cartam Hugonis com. de Eglingtoun dom. Montgomerie et Kilwynning,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, confirmavit et, pro servitio sibi et suis predecessoribus impenso, de novo dedit consanguineo suo ROBERTO MONTGOMERIE de Skelmurlie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Skelmurlie, cum fortalicio, molendino et silvis, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; 8 libratas ant. ext. de Lochlibosyde cum molendino, in baronia et vic. de Renfrew; 21 librat. 6 sol. 8 den. ant. ext. de Lochransay et Sannokis cum molendinis et silvis, in insula de Arrane, vic. Bute; 2½ mercat. ant. ext. de Bourtriehill cum mansione, cum 2 partibus communis more includendo 3 *fauldis* inter dictam moram et Blaketbank, cum dimidia parte more inter terras de Stane et Stottanerig, in dominio de Stane, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas idem Rob. resignavit; et quas dictus Hugo incorporavit in liberam tenandriam de Skelmurlie:— TENEND. de dicto Hug.; cum liberis forestis ubi nemora fuerunt :—REDDEND. wardam &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 160 lib., et maritagium ad 500 merc.:—cum precepto sasine directo Jo. Boyle de Kelburne: —RESERVATO Margarete Dowglas sponse dicti Rob. vitali redditu de Lochlibosyde: —TEST. Jo. et Geo. Montgomerie fratribus dicti Rob., M. And. Dalrumpill, Willelmo Montgomerie scriba ballivo deputato de Cunynghame (scriptore carte), notariis:— Apud Kilwynning, 18 Feb. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 184.

1828. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX confirmavit cartam Joannis Harvie burgensis de Irwing et Bessete Montgomerie conjugum,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt JACOBO MOWATT de Busbie, et JEANNE WALLACE ejus sponse,—40 solidatas terrarum antiqui extentus vocat. Kirkland de Dreghorne, cum communi mora adjacen. (intra bondas specificatas), in parochia de Dreghorne, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. dictis Jac. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, absque reversione, de rege (loco

vicarii de Dreghorne) in feudifirma:—REDDEND. 5 sol. pro qualibet 6 bollarum farine avenatice, 4 den. pro qualibet 24 *lie maill-foullis*, 40 sol. pro ceteris firmis, gressumis et decimis garbalibus ex antiquo solvi consuetis, et 10 sol. augmentationis, in toto 4 lib. 8 sol.:—cum precepto sasine directo Allano Stevinstoun in Mylnetoun:—TEST. Rob. Wallace in Galriggis, Alex. Dunlope ballivo et burgensi de Irwing, Allano Stewinstoun in Craig de Robertoun, Rob. Sympsoun fabro lignario burgen. de Irwing: —carta scripta per Wil. Montgomrie scribam:—Apud burgum de Irwing, 14 Jan. 1603]:—NECNON cartam Hugonis com. de Eglingtoun dom. Montgomerie et Kilwyning,—[qua confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit dicto Jac. Mowatt, heredibus ejus masc., successoribus et assignatis quibuscunque,—2 mercatas 10 sol. terrarum antiqui extentus de 5 mercatis de Halbarnis, de Oversyid earundem, in baronia sua de Robertoun et balliatu de Cunynghame;— quas idem Jac. personaliter resignavit;— necnon vendidit dictis Jac. &c.—30 sol. ant. ext. terrarum de Halbarnis, extenden. cum reliquis ad 5 mercatas:—REDDEND. dicto Hug. wardam &c.; taxando wardam et relevium ad 30 libras:—cum precepto sasine directo Carolo M'Morane servitori dicti Jac.:—TEST. Tho. Newing de Monkridding, Wil. Cauldwell de Chalmerhousis, Hugone Garven clerico balliatus de Cunynghame (scriptore carte), Thoma Wallace, famulis dicti comitis, Gavino Meinzeis, Geo. Nemoche famulo dicti Jac.:—Apud Kilwynning, 3 Jan. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 320.

1829. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam M. Joannis Home, filii legit. quondam Joannis H. de Carrelsyid,—[qua,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh, 9 Jun. 1606,— vendidit GILBERTO ELLOTT de Horsliehill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Baxtaneleyis, vic. Roxburgh:—REDDEND. regi 5 mercas feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay (scriptore carte), Jacobo Ramsay, Tho. Lyndsay, servitoribus dicti Jac. K., Laurentio Scott scriba:— Apud Edinburgh, 11 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 321.

1830. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Auchterlony de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Wil. A. filium suum, apparentem de eodem, ab una, et Pat. A. quartum filium suum ab altera partibus, de data apud Kellie, 28 Apr. 1603,—vendidit dicto PATRICIO AUCHTERLONY, heredibus ejus et assignatis, sub reversione continen. 3000 mercarum, —terras de Eister Bonhard, et partem de Wester B. extendentem ad 4 boum arationem (*four oxingang landis*), per dictum Pat. occupatam, cum tenentibus &c., moris, marresiis, gramine, in baronia (de) Kellie, vic. de Forfar:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Alex. Auchterlony in Balmirmer:—TEST. M. Thoma Glovar ludimagistro apud Arbirlat, Jo. Quhyte, Alex. Ellen, servis dicti Wil. senioris, Walt. Ferrour in Bonitoun, Davide Auchterlony in Kellie, M. Geo. Aikman notario (scriptore carte):—Apud Kellie, 29 Apr. 1(6)03]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 352.

1831. Apud Edinburgum, 10 Jan.

REX,— cum avisamento &c. (130.), — confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO KENNEDY filio legit. natu maximo Quintini K. in Thornehill, et MARGARETE HAMMILTOUN ejus sponse,—quartam partem 10 libratarum terrarum de Lymflair nuncupat. Auchtinglen, Ryding-Burneheid, Cruik de Yaird, Camburne, vic. de Lanark;—quam eadem Marg. cum consensu dicti Rob. resignavit: —TENEND. dictis Rob. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 319.

1832. Apud Quhythall, 10 Jan., et apud Edinburgh, 29 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—cum consensu &c.

(119. 126.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO MAXWALL de Kirkhous, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Justingleyis, cum terris, pratis, moris et marresiis circumjacentibus, vocatas *lie* Kingiscommoun seu Kingis-forrest (intra bondas specificatas), cum silvis et piscationibus, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis;—que fuerunt pars patrimonii corone;—necnon terras ecclesiasticas ecclesie et parochie de Kirkpatrik-Fleming (extenden. ad 10 acras aut eocirca), et ecclesie et parochie de Cummertreis (extenden. ad 14 acras aut eocirca), in eodem senesc.; cum advocatione rectorie ecclesie et parochie de Kirkbene cum rectoriis decimis &c., necnon vicarie dicte ecclesie cum vicariis decimis, decimis farine, decimis garbalibus, feni &c., in senesc. de Kirkcudbrycht, vic. de Drumfreis; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Annand cum decimis &c., in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis:—et voluit quod unica sasina apud Justingleyis capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Justingleyis 8 mercas, et 4 sol. augmentationis, ac duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum; pro terris eccles. de Kirkpatrik-Fleming 20 sol., et 2 sol. augmentationis; pro terris eccles. de Cummertreis 20 sol., et 3 sol. augmentationis; pro dictis advocationibus 2 den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 394.

1833. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis Erskyne de Dun,—[qua,—cum consensu Joannis com. de Mar dom. Erskyne et Garioche &c., D. Davidis Lindesay de Edzell militis unius dominorum concilii regis, D. Jacobi Scrymgeour de Dudope militis et Davidis Carnegye de Kinaird,[1] curatorum suorum,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se cum dicto consensu ab una, et Jac. Haliburtoun de Pitcurrie pro ipso et pro Magdalena et Joanna H. ejus filiabus legit. ab altera partibus, de data apud Dudope et . . , 4 Dec. et . . 1603,—concessit dicte MAGDALENE HALIBURTOUN conjugi sue future, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—in contentationem ejus tertie,—terras suas de Glaskennoch cum parvo molendino earundem, terris molendinariis &c., terras de Fordes, Somishill, Balwelo, Pugistoun, molendinum granorum de Dwn cum ejus terris, multuris &c., et presertim cum astrictis multuris baronie de Dwn et aliarum terrarum ad dictum Jo. et predecessores suos spectantium consuetis,—necnon, in warrantum earundem, terras dominicales de Dun cum fortalicio et manerie,—in baronia de Dwn, vic. Forfar:—REDDEND. regi pro terris &c. principalibus servitia et jura consueta; pro terris dominicalibus unum den. argenti nomine albe firme:—cum clausula warrantizationis, presertim ad manus . . Grahame relicte Roberti Erskyne de Dwn proavi dicti Jo., Agnetis Ogilvie avie dicte Jo., Roberti Erskyne apud molendinum de Dwn, Joannis Cullaice de Balnamwne, Alexandri Erskyne in Balwelo, Patricii Erskyne fratris germani dicti Roberti apud Dwnismylne, Roberti Keyth fratris germani Jacobi Keith de Canterland, Margarete Erskyne sororis germane dicti Joannis, et heredum Thome Erskyne in Taok:—cum precepto sasine directo Joanni Halieburtoun in Ketines:—TEST. (apud Dudope) Jo. Scrymgeour filio legit. dicti D. Jac., Gilberto Scrymgeour fratre germano Joannis S. de Kirktoun, And. Moncur de Balmaw, Alex. Craw et M. Alex. Robertsoun servis dicti D. Jac., Jo. Pattoune notario in Dundie (scriptore carte); (apud Lewcharis et Edzell) Geo. Craw, Pat. Mauld, servis dicti Dav. Carnegye, Jo. Norie in Brichen notario, Jo. Halyburtoun in Ketnes, Laurentio Dromme servo dicti Jo. Erskyne:—Apud Dudope, Lewcharis et Edzell, 3, 4 et 11 Jan. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 190.

1834. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX,—cum consensu &c. (127.),—in feudifirma dimisit HOMERO MAXWELL commissario de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 mercatas terrarum de Mekill Spadoche antiqui extentus, cum molendinis, silvis, piscationibus,

[1] The Introductory clause adds "militis."

cunicularis, pratis, terras *lie* Threiplandis ad eas adjacentes (per dictum Hom. occupat.), 5 rudas *lie* Mylndameheid (inter terras domini de Conhaithe per Wil. M'Joir et Jac. Rig occupat.), vic. Drumfreis ;—que ex antiquo ad abbatiam de Halywode pertinuerunt ;—necnon 6 sol. 8 den. terrarum in Burneskarth (per Homerum Gaw et Phil. Colpland occupat.), 8 sol. 4 den. in Dempstartoun (per Davidem Morrane et Jo. M'Kynnay occupat.), 6 sol. in Barsivallow (per Tho. M'Murdie occupatas), 6 sol. in Killelago (per Tho. M'Murdy, Davidem Morrane et Jo. Sandersoun occupat.), vic. Drumfreis ;—que ex antiquo ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. pro Mekill Spaddoche 4 lib. 16 sol. 4 den., pro Threiplandis 3 sol. 4 den., pro 5 rudis 3 sol. 4 den., pro Burneskarthe 6 sol. 8 den., pro Dempstartoun 8 sol. 8 den., pro Barsivallow 6 sol., pro Killilago 6 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum aliis devoriis et servitiis debitis et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—et rex voluit quod unica sasina apud Mekill Spaddoche capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 318.

1835. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1827),—confirmavit cartam quondam Hugonis domini Montgomrie,—[qua, pro benemeritis &c., concessit consanguineo suo (quond.) JOANNI MONTGOMRIE de Corscraigis militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Hessilheidis, Heichheid-major et Heichheid-minor, et Bawgra, cum 2 mercat. terrarum de Drumbowie (16 denariatis earundem dicto Hug. reservatis), in dominio suo de Giffin, vic. Air :—REDDEND. dicto Hugoni unum den. apud Greyhill nomine albe firme :—TEST. Jo. Montgomrie de Skelmorly, And. Crawfurd de Badlane, Rob. Fergushill de eodem, Tho. Bole de Ryishoume, Alex. Montgomrie de Bradstan, Thoma Cameron notario publico :—Apud burgum de Air, 16 Jun. 1505] :—PRETEREA rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta ROBERTO MONTGOMRIE tunc de Essilheid (vel Hessilheid), heredi dicti Jo. M. de C. ejus abavi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 382.

1836. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis archiepisc. Glasguen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Glasguen., ad feudifirmam dimisit NINIANO STEWART incole Glasguen., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —13 solidatas 4 den. terrarum antiqui extentus in Nedder Newtoun (que olim ad Wil. Craig in Partik in rentali spectabant), in parochia, baronia et regalitate Glasguen., vic. Lanerk ;—que a nativo et antiquo earum rentalizatore per dictum Nin. conqueste sunt : — REDDEND. dicto archiepisc. 4 bollas brasei et 4 bol. farine avenatice, cum multuris molendino de Partik consuetis, et 4 den. augmentationis ; 3 sectas ad 3 placita capitalia in civitate Glasguen.; et comparendo in ceteris curiis dicte regalitatis cum requisiti essent ; et solvendo 26 sol. 8 den. in introitu heredum et assignatorum :—cum precepto sasine directo D. Matheo Stewart de Mynto militi, ballivo deputato dicte regalitatis :—TEST. M. Pat. Scharp rectore collegii Glasguen., Davide Forsyth de Dykis, M. Jo. Broun in Cadder, Rob. Blunt servo dicti archiepisc., Jo. Thomesoun scriba, Georgio Huchisone notario clerico dicte regalitatis (scriptore carte):—Apud Glasgow, 12 Nov. 1606] :—INSUPER, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, dictas terras dicto Niniano Stewart de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 383.

1837. Apud Edinburgum, 21 Jan.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam quondam Roberti Ker in Melros, — [qua concessit KATHERINE KER sponse sue, in vitali redditu,—duo molendina granaria de Melros (*the twa corne mylnes of Melros*), cum multuris et *lie sukin*, in dominio de Melros, vic. de Roxburgh :—REDDEND. regi 48 lib. feudifirme :—TEST. Tho. Cranstoune, Wil. C. ejus fratre germano, Michaele Fischer in Dernik, Jo. Scott notario publico (scriptore carte) :—Apud Melros, 9 Feb. 1595] :—

NECNON cartam Roberti Boustoune, filii et heredis quond. Andree B. in Melros,—[qua vendidit dictis ROBERTO KER et Kath. Ker ejus sponse—tenementum et hortum adjacen. vocat. *lie Sand-yaird* aut *Conventis-yaird* cum columbario, infra *lie mantilwall* monasterii de Melros, acram suam terre super *lie* Querrilhill, acram vocatam *lie* Wolmedow, in territorio de Dernik, cum decimis garbalibus inclusis, 3 acras in *lie* Annaye de Melros cum decimis garbalibus, in dominio et regalitate de Melros, vic. Roxburgh:—TENEND. dictis Rob. K. et Kath. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Rob. Ker quibuscunque, sine reversione, in feudifirma:—REDDEND. pro tenemento &c. Joanni Dowglas de Kennestoune 4 lib., pro prima acra regi unum den. si peteretur, pro altera acra Jacobo Maitland de Lethingtoune 20 sol., pro 3 acris commendatario de Melros 6 firlotas farine et 3 firl. ordei mensure granarii (*girnell-mett*) de Melros, et 3 capones:—TEST. Rob. Ormestoune de Auld-Melros, Wil. Edyar in Melros, Quintino Boustoun burgen. de Edinburgh, Jo. Hunter, Jo. Scott (scriptore carte), notariis publicis, Jacobo Edyar in Melros:—Apud Melros, 4 Jul. 1601]:—PRETEREA suprascripta dicte Katherine, et heredibus inter eam et dictum Rob. K. procreatis, quibus deficientibus, heredibus eorum quibuscunque, de novo ad feudifirmam locavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 186.

1838. Apud Edinburgum, 22 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Hugonis com. de Eglintoun dom. Montgomerie et Kilwynning,—[qua concessit Domine MARGARETE MONTGOMERIE sponse sue,—que ipsi fuit proxima sanguine et natu succedere,—terras et dominium de Eglintoun, extenden. ad 40 mercat. terrarum antiqui extentus, cum castro, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione capelle S. Wissani in dicta baronia situate, terras et baroniam de Ardrossane, extenden. ad 120 librat. ant. ext., cum castro, molendinis, silvis, piscationibus, advocatione capellaniarum de Saltcoitt et Busbie, cum annuo redditu . . . de terris de Montfode, terras de Horscraigis cum tenentibus &c., terras et baroniam de Robertoun extenden. ad 40 libratas antiqui extentus (exceptis 40 solidatis de Annanhill ad dom. Hunterstoun spectantibus), cum earum molendinis, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras et baroniam de Eglischame, cum castro, molendinis, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Eglischame, capelle et capellanie de Nether Craig et *lie Lady-preistschip* dicte ecclesie, in baronia et vic. de Renfrew; terras de Lang-Dreghorne extenden. ad 21½ mercat. ant. ext., cum molendino, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. de Air; terras et baroniam de Eistwode, Langsyde, Newlandis, Thankerland et Myrreleyis, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., terras de Scottistoun extendentes ad . . ., cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew; terras de Bonytoun extendentes ad decem libratas antiqui extentus, cum tenentibus &c., et 4 libratas ant. ext. de Piltoun, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh, et per annexationem infra vic. de Renfrew; 5 mercatas ant. ext. de Cauldwell, cum castro, manerie, molendinis, 8 librat. ant. ext. de Lochlibosyde, in baronia et vic. de Renfrew; terras, dominium et baroniam de Giffin, extenden. ad 100 mercatas ant. ext., cum molendino de Hessilheid, ejus aqueductu et multuris, tenentibus &c., in balliatu de Kyle-stewart, vic. de Air; 4 mercat. ant. ext. de Wrychthill, cum annuo redditu 50 sol. de terris de Drumdow, in Kyle-regis, vic. Air; terras, dominium et baroniam de Torboltoun, extenden. ad 100 libratas ant. ext., cum tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie de Tarboltoun, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras de Poldrate, vic. Linlythgow; terras de Stane extenden. ad 10 librat. ant. ext., cum tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras de Lochransay et Sannokis cum fortalicio et silvis, in insula de Arrane, vic. Bute; 5 mercat. terrarum ant. ext. de Litill Cumray cum fortalicio et cunicullariis, vic. Bute; 5 mercatas de

Nether Auchindrane ant. ext. alias Brigend, jacen. apud pontem aque de Dune, in balliatu de Carrik, vic. Air; 10 mercatas de Langschaw, 5 mercatas de Crivoch-Montgomerie, 5 mercat. de Gallowberreis, cum tenentibus &c., et advocatione capellanie de Langschaw, 20 solidat. de Snodgers-Montgomerie et Bartanholme ant. ext., 6 sol. 8 den. de Braidsorrow alias Kempisland, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras, dominium et baroniam de Kilwynning, Beith, Lyandcroce, terras ecclesiasticas de Dalry, Kilmernok, Irwing, Kilwynning, Perstoun, Stewartoun, Kilbryde, Kilbirny, Beith, Dunlope, Lowdoun, Stevinstoun, Ardrossane, cum advocatione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum earundem, necnon ecclesiarum de Dumbartane et Kilmacarmik, ab antiquo ad monasterium de Kilwynning spectantes, cum libera regalitate dict. terrarum, dominii et baroniarum de Kilwynning; cum hereditario officio balliatus dicte regalitatis, necnon officio balliatus et coronatoris de Cunynghame et camerarie de Irwing, cum privilegiis &c.; —que omnia (preter regalitatem de Kilwynning et officium balliatus ejusdem, et terras de Scottistoun) antea in unam baroniam de Eglintoun incorporata fuerant: —TENEND. dicte Margarete et heredibus masc. inter se et eam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque dicte Marg. legitime procreandis cognomen et arma de Montgomerie per eorum patrem (cui dicta Marg. nupta esset) et ejus predecessores gerentibus et aliud cognomen perprius nullo modo habentibus, quibus def., seniori heredum fem. de corpore dicti Hug. aut dicte Marg. legitime procreand. absque divisione (subprovisione subscripta), quibus def., dicto Hug. et heredibus suis masc. quibuscunque reversuras, viz. regalitatem de Kilwynning cum pertinentiis de rege, cetera de Henrico principe Magne Britannie, Gallie et Hibernie tanquam senescallo Scotie:—REDDEND. pro Kilwynning . ., pro Snodgers unum den., albe firme; pro Litill Cumray . . . feudifirme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—RESERVANDO dicto Hug. liberum tenementum, cum privilegio alienandi sub reversionibus non excedentibus 40000 lib., et (si aliam uxorem duceret post decessum dicte Marg.) eam in baronia de Eglischame in vitali redditu infeodandi: — PROVISO quod liceret dicto Hug. in vita sua suprascripta a dictis Marg. &c. redimere per solutionem unius rose nobilis in ecclesia parochiali de Kilwynning sub premonitione 40 dierum (vel ejusdem consignationem in responsalibus manibus); et quod non liceret dicte Marg. suprascripta alienare, neque alii sponso nubere nisi ex cognomine de Montgomerie; et quod dicte heredes feminee sub eadem obligatione nubendi succederent; et quod, si essent plures heredes fem. quam illa senior ad suprascripta succedens, solveret ceteris heredibus, si due essent, 20000 lib., si plures, 30000 lib. equaliter inter eas dividend.:—cum precepto sasine:—et dictus Hugo voluit quod unica sasina apud castrum de Eglintoun capienda pro omnibus staret:—TEST. Geo. Montgomerie fratre germano Roberti M. de Skelmurlie, Nigello et Arch. Montgomeries fratribus, servitoribus dicti Hug., Tho. Montgomerie filio quondam Joannis M. in Blakstoun, Alexandro Montgomerie burgensi in Irwene, Wil. Montgomerie ballivo deputato de Cunynghame, M. And. Dalrumpill (scriptore carte), notariis:—Apud Eglintoun, 14 Oct. 1606]:—INSUPER dicte Marg. de novo dedit dict. antiquam baroniam de Eglintoun, cum terris de Scottistoun et officio balliatus de Kilwynning; et dictam antiquam baroniam de Eglintoun, cum terris de Scottistoun, incorporavit in unam liberam baroniam et comitatum de Eglintoun:—REDDEND. *ut supra* (omisso Kilwynning):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 185.

1839. Apud Edinburgh, 26 Jan. REX dedit literas legitimationis JOANNI JAMESOUN et MARGARETE JAMESOUN, filio et filie naturalibus Roberti Jamesoun burgensis de Air servitoris regis. xliv. 187.

1840. Apud Edinburgh, 26 Jan. REX dedit literas legitimationis JACOBO MURRAY bastardo, filio naturali D. Jacobi M. de Cokpule militis. xliv. 387.

1841. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX confirmavit LAURENTIO DOMINO OLIPHANT, et Domine LILIE DRUMMOUND ejus sponse (in plenam contentationem pro omni conjuncta infeodatione et tertia), in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Laur. quibuscunque cognomen de Oliphant et arma domus de Dipling gerentibus,—terras et baroniam de Kellie, viz. locum et *lie* Maynis de K., Over K., Kellysyde, Baldutho, Belleistoun, *lie* Kelly-mylnis, Arnecloich (vel Arnecroich), *lie* Grenesyd et Petkeiry, cum molendinis, carbonariis, silvis, piscariis, fortaliciis, vic. Fyffe; terras de Over et Nether Gask et *lie* Holtoun de Gask, in parochia de Fyndogask, baronia de Gask, vic. Perth;—necnon dicto Laur., ejusque heredibus masc. quibuscunque dict. cognomen et arma gerentibus,—terras et baronias de Abirdagy et Diplene, cum castris, molendinis, silvis, piscariis, et presertim libertate piscandi aquam de Erne tribus diebus in septimana tempore prohibito de jure, cum advocatione ecclesie de Diplene et capellaniarum earundem, cum tenentibus &c., terras et baroniam de Gask, cum molendinis, silvis, piscariis, et presertim &c. (*ut supra*), cum tenentibus &c., vic. de Perth; terras et baroniam de Newtyle et Kilpurny, cum molendino de Newtyle, molendinis, tenentibus &c., binam partem terrarum et baronie de Auchtertyre et Balcraig, cum earum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Turingis et Drymmie, cum molendinis &c. (*ut supra*), terras et baroniam de Galray, cum molendinis &c. (*ut sup.*), vic. Forfar; terras de Bynzean, dimidietatem de Dunberny, 2 quarterias nuncupat. dimid. de Pitcaithlie, quarteriam de P. nuncupatam Stewartis-quarter, vic. Perth; terras de Hadderwik, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas omnes idem dominus resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Laur., dictis personis respective de novo dedit, cum libertate *lie cruves* super aqua de Erne infra bondas de Abirdagy, Diplene, Gask, Bynzeane, Dumberny et Pitcaithly imponendi; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Abirdagy, ordinando castrum de Diplene principale fore messuagium :—PROVISO quod si dictus Laur. heredes fem. tantum de corpore suo procreatas haberet, heredes tallie de corpore dicti Laur. minime procreati persolverent dictis heredibus fem., si una esset, 40000 mercarum, si plures, seniori 40000 merc. et unicuique ceterarum 20000 merc., ad earum etates 12 annorum completorum, et interea propriis expensis eas honorabiliter sustentarent secundum earum gradus: —REDDEND. pro Kellie libram albe cere et par chyrothecarum in die S. Monani, pro Abirdegie et Diplene unam merulam ad maneriem de A. ad festum Beati Petri ad Vincula, pro Gask capellum albarum rosarum ad festum Nativitatis B. Joannis Baptiste ad maneriem de G., pro Newtyle et Kilpurny par calcarium alborum apud *lie* Haltoun de Newtyle ad festum Omnium Sanctorum, pro Auchtertyre et Balcraig 3 latas sagittas ad festum S. Martini apud Auchtertyre, pro Turingis et Drymmy unum den. argenti apud Drymmy ad festum Nativitatis Domini, pro Galray libram zinzibilis ad festum Pasche, nomine albe firme; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth pro omnibus supradictis; pro Bunzean 18 mercas, pro Dumberny 10 merc., pro 2 quarteriis de Pitcaithlie 10 merc., feudifirme; pro Stewartis-quarter et Hadderwik jura et servitia antea debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliv. 188.

1842. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri com. de Home dom. Jedburgh et Dunglas &c., —[qua,—pro impletione literarum obligatoriarum de data 18 Maii, registratarum in libris concilii 27 Maii, 1606,—vendidit Domine MARIE SUTIN conjugi sue, in vitali redditu, — terras et baroniam de Dunglas, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c. (excepta advocatione prepositure ac prebendarum ecclesie collegiate de Dunglas), terras de Thornetoun, cum fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis, cunicularis, piscariis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Auld Cammes,

Reidcleuchis, Piperdene et Windilawis, cum villis et molendinis, in baronia de Coldinghame, vic. Beruik; necnon terras et baroniam de Broxfeild, cum manerie, molendinis, tenentibus &c., vic. Roxburgh; —necnon, in speciale warrantum earundem, terras, dominium et baroniam de Home, cum castro, manerie, molendinis, tenentibus &c. (excepta advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum) :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jaspero Home de Lawfeild :—TEST. M. Tho. Ogilvie preposito ecclesie collegiate de Dunglas, Wil. Arnote portionario de Colbrandispeth, Joanne Cranstoun fratre germano M. Thome Cranstoun de Moreistoun, Jacobo Brunfeild de Nether Manis :—carta scripta *ut in carta* 713 :—Apud Dunglas, 31 Aug. 1606] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 194.

1843. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis comitis Atholie dom. Invermay et Balvayny &c., et Domine Marie Ruthven comitisse Atholie ejus conjugis,—[qua, vigore contractus de data 17 Jun. 1602, vendiderunt DAVIDI HERING feodatario de Glasclune, D. JACOBO STEWART de Ballachane militi, WILLELMO RUTHVEN feodatario de Bandene, JACOBO SCRYMGEOUR de Fairdill, PETRO HAY de Kirkland et JOANNI STEWART de Granych, eorumque heredibus et assignatis, viz. unicuique eorum sextam partem infrascriptorum,—forestam de Cluny ac terras ejusdem, viz. *the Eist and West Quarteris*, terras vocat. Stroin, Gorbett, Laduikie, Craigend, Roymoir, Craigschaill, Birkinhillis, Rochschaill, Schirrefmure, Dullater, *lie* Boig, molendinum vocat. Boig-mylne cum terris molendinariis &c., terras vocatas Ronagrig, Blakcraig et croftam earundem, cum molendino de Blakcraig, ejus terris &c., parcam dicte foreste vocat. parcam de Laichwod, cum castro ejusdem *lie* Laichwode nuncupato, molendinum de L., ejus terras &c., cum silvis, aliisque terris quibuscunque dicte foreste ac villis desuper constructis, in comitatu Atholie per annexationem, vic. Perth :—TENEND. de rege; cum privilegio libere foreste :—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Davidi Scrymgeour feodatario de Fordye :—TEST. M. Davide Gairdin olim de eodem, Jac. Futhie de Gownde, Davide Lyndsay de Correlhill, Willelmo Fyiff, Wil. Duncane, notariis :—carta scripta per Jo. Henrie notarium in Perth :—Apud burgum de Perth, 1 Jul. 1602] :—NECNON cartam D. Jacobi Stewart de Ballequhane militis, Willelmi Ruthven de Ballindane, Petri Hay de Kirkland et Joannis Stewart de Graniche, —[qua,—pro perimpletione litere stipulationis de data apud Perth et . ., 19 Jul., in libris dominorum concilii registrate 4 Aug., 1604,—vendiderunt Domino Davidi Hering de Lethingdie militi, et Jacobo Scrymgeour de Fardill, eorumque heredibus masc. et assignatis quibuscunque, inter eos equaliter,—binam partem dict. foreste et terrarum, sibi per dictos quondam com. Atholie et ejus conjugem alienatam :—TENEND. et REDDEND. *ut supra* :—cum precepto sasine :—TEST. D. Rob. Creichtoun de Clunie milite, Jac. Lyndsay de Dowhill, And. Hering de Calleis, And. Kynnaird burgensi de Dundie, Jacobo Strathauchin notario publico, M. Jac. S. ejus filio (scriptore carte) :—Apud Edinburgh et . ., 26 Jan. et . . 1607] :—INSUPER dict. forestam et terras dictis Dav. Hering et Jac. Scrymgeour de novo dedit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 390.

1844. Apud Edinburgh, 29 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (130. 111.),—ad feudifirmam dimisit familiari suo D. THOME HAMMILTOUN de Monkland militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mineras et metalla cujuscunque generis infra bondas terrarum et baroniarum de Ballincreiff, Baithgait, Drumcroce, *lie* Knok de Drumcroce, Tortreven, Torfechin et Hilderstounes, vic. Linlythgow; cum libertate terram fodiendi, aqueductus ad fodinarum siccationem deducendi, mineralia lucrandi, exportandi &c., operarios tam Scotos quam alienigenas instituendi, domos, molendina, instrumenta vel opera ignea (*fyre-workis*) edificandi, cespites aliaque ignis fomenta effodiendi et ligna cedendi in marresiis aut silvis infra dict. limites aut infra 8 miliaria ab eis existen. (satisfaciendo

pro cespitibus et lignis justum valorem uti convenerat, dominis vero id recipere recusantibus, pretium per dominos secreti concilii vel per duos viros eorum autoritate constituendos [fixum?]), vias construendi &c.:—et rex voluit quod unica sasina apud Hilderstoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. decimam partem mineralium effossorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 356.

1845. Apud Edinburgum, 29 Jan.
REX, — cum avisamento &c. (119.),—concessit ROBERTO ARNOTT de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem ville et terrarum de Kingiskettill, in senesc. et vic. de Fyiff; —quam Hen. Balfour de Drumtennent in ejus favorem resignavit;—necnon octavam partem cum dimidio decimesexte partis earundem;—quam And. Alexander in ejus favorem resignavit;—et decimamsextam partem earundem;—quam Hen. Rymour portionarius de Kingiskettill in ejus favorem resignavit:—TENEND. in feudifirma; cum libero introitu &c. (*ut in carta* 457):—REDDEND. pro parte dicti Henrici B. 33 sol. 4 den., cum 8 bollis 1 firlota 1 pecca avenarum, 4 bol. 2½ pec. ordei, 4½ pultrias, cum uno ansere; pro parte dicti And. 41 sol. 8 den., 10 bol. 1 firl. 2¼ pec. avenarum, 5 bollas 3⅛ pec. ordei, 5⅛ pultrias, 1¼ anseres; pro parte dicti Hen. R. 16 sol. 8 den., 4 bol. 2½ pec. avenarum, 2 bol. 1¼ pec. ordei, 2¼ pultrias, ½ anseris; et sequele &c. (cum ceteris *ut in carta* 260):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 405.

1846. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX concessit et quitteclamavit D. JACOBO MURRAY de Cokpule militi, heredibus ejus et assignatis uni vel pluribus, —terras de Seyriggis, extendentes ad 40 solidat. antiqui extentus, cum tenentibus &c., in parochia de Mosuall, senesc. de Annanderdaill, vic. de Drumfreis;—que fuerunt Joannis Carrutheris de Seyriggis vel ejus predecessorum, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem factam quondam Alexandro Cairleill (vulgo *Reid Alex. Cairleill*) de Soupilland aut aliis absque consensu regis: —cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 385.

1847. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX,—cum consensu &c. (119.),—ad feudifirmam dimisit D. JACOBO MURRAY de Cokpule militi (antiquo et nativo tenenti subscriptorum), heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—piscariam salmonum aliorumque piscium in aqua de Annand inter limitem de Brydekirk et pedem dicte aque currentis in Sulway subtus Barnekirk, comprehenden. *lie garthes* et paludes *lie pules* sequen., viz. *lie* Kingisgarthis, Blakpule, Pule-undir-Gallabank, Brigpule et Moitpule, cum ceteris *lie garthis*, *puleis*, *haldis*, *laikis* et *nettis* infra dict. bondas, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis; necnon piscariam salmonum aliorumque alborum piscium de *lie skaris* et *cowpeis* de Cummertreis, inter torrentem *lie* Meirbeck de Newbie currentem in Sulway et *lie* Brewingskare ad dominum de Thorthorwald pertinen., comprehenden. Hallgarthskar, Littillhallskar, Dirchallskar, Powskar, Newskar et Waitskar, cum ceteris *lie skarris*, *drauchtis*, *haldis*, *laikis* et *nettis* infra dict. bondas, in parochia de Cummertreis, senesc. Vallis Annandie:—REDDEND. 6 mercas, et 3 solidos 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 386.

1848. Apud Edinburgum, 30 Jan.
REX concessit DAVIDI LANDELLIS de Coule, et JONETE DURIE ejus conjugi,—terras de Unestoun, in parochia de Scony, vic. Fyiffe;—quas David Betoun feodatarius de Creiche pro perimpletione contractus de data 14 Nov. 1606 resignavit:—RESERVATA assedatione earum per dictum Dav. B. facta Georgio Sibbet in Largow pro 3 annis post festum Divi Martini A.D. 1606:—TENEND. dictis Dav. L. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus [1] inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus,

[1] The dispositive clause adds "masculis."

heredibus et assignatis dicti Davidis L. quibuscunque, irredimabiliter :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam &c. ad 7 lib. 16 sol. 8 den., et maritagium ad 39 lib. 3 sol. 4 den.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 389.

1849. Apud Edinburgum, 30 Jan.
REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1194),—concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis impenso, de novo dedit ALEXANDRO KENNEDIE de Dalgaruok et ELIZABETHE GRAHAME ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Alex. quibuscunque,—20 solidatas terrarum antiqui extentus vocat. Littill Schallamuk (vel Challachmuk), per dictum Alex. occupatas, in parochia de Girven, comitatu de Carrik, vic. Air ;—quas Rob. Grahame de Auchinhouie, cum consensu Willelmi M'Kerrell de Hilhous, in eorum favorem resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 399.

1850. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1194),—concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis impenso, de novo dedit DAVIDI KENNEDY in Corsis, et JONETE KENNEDY . ejus sponse,—40 solidat. terrarum de Polgarnokis (per And. Wilsoun et Wil. Symsoun occupatas), 20 solidat. de Over Preistoun (per Wil. Grea occupat.), 10 sol. de Quhitferdene (per Jo. Patersone occupat.), que fuerunt partes 10 libratarum terrarum vocat. Craig, in parochia de Calmonell, necnon 20 sol. terrarum de Mekill Schallokmuck in parochia de Girven, cum silvis, piscationibus, tenentibus &c., in comitatu de Carrik, vic. Air ;—quas Rob. Grahame de Auchinhowie, cum consensu Willelmi M'Kerrell de Hilhous, in eorum favorem resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus (masc.) inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Davidi et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 401.

1851. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, de novo dedit D. ROBERTO BRUCE de Clakmannane equiti aurato, in vitali redditu, et ROBERTO BRUCE ejus filio natu maximo et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob. quibuscunque cognominis de Bruce et insignia ejusdem gerentibus, quibus def., regi reversuras, — terras et baroniam de Clakmannane, viz. terras dominicales et antiquam baroniam de C. cum fortalicio, villam de C. cum molendino, annuis redditibus, tenentibus &c., cum communia nuncupata Pilmure et Arnys, ab antiquo in burgum baronie erectam, terras de Halhill Over et Nethir, Hilend, Kairishill, Cortoquhy, Grasmanstoun, Garthclow, Kirkhill (vel Birkhill), Lynmylne, Tullygarth, Pittinskayne, Mortimersyde, Cragory, Kemling, Eist-park et Westir Kenneth, in baronia et vic. de Clakmannane; terras et baroniam de Rait, cum 2 bovatis terrarum ville de R. (que ad Jo. Scot pertinuerunt), cum manerie et montibus, vic. Perth, antea dicte baronie de C. annexas, et virtute dicte annexationis infra vic. de Clakmannane ; burgum baronie de Clakmannane, cum libertate emendi et vendendi, cum duobus nundinarum diebus hepdomadatim (*sic*), viz. diebus Bartholomei et Simeonis Judei, cum tholoneis &c., et cum potestate habendi crucem foralem, cum pretorio, compedibus *lie govis* &c., et cum facultate ballivis et magistratibus burgenses et libertos creandi, curias tenendi &c.; cum castris, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis tam in aquis salsis quam recentibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, et cum libera foresta ubi silve forent, forestarum curiis &c.;—quas idem D. Rob. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Clakmannane : — PROVISO quod, si dictus D. Rob. in vita sua unum nummum aureum *lie rois-nobill* (vel 9 lib.) infra ecclesiam parochialem de Clakmannane super premonitione 40 dierum persolveret, vel in manibus responsalis viri infra parochiam de Clakmannane consignaret, haberet regressum ad suprascripta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 189.

1852. Apud Edinburgh, 7 Feb.
REX,—pro se et tanquam administrator filio suo primogenito Henrico principi et senescallo Scotie duci de Rothesay com. de Carrik domino Insularum baroni de Renfrew, et tunc principi de Waillis duci de Cornwell com. de Chester,—concessit JOANNI REID tunc in Rogertoun (filio et heredi quondam Joannis R. in R.), heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter, —mercatam terre nuncupatam *the tua Bannatyne-yairdis*, mercatam nuncupatam *the tua Tarreochis* et Boigheid, mercatam de Crundarrie, antiqui extentus, in parochia de Auchinlek, balliatu de Kyle-stewart, vic. de Air;—quas Hector Bannatyne de Cames resignavit:—REDDEND. dicto principi servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 228.

1853. Apud Edinburgum, 11 Feb.
REX confirmavit cartam Davidis Carnagy de Kynnaird militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, —vendidit M. WILLELMO FORBES mercatori, incole burgi de Edinburgh,—terras de Many, cum earum manerie loco, molendino et terris molendinariis, terras de Cowhill et Altersett, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio F. de Cors et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Wil. quibuscunque cognomen et insignia de Forbes gerentibus, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. unum par calcarium pro milite (aut 20 den.), nomine albe firme; et episcopo Abirdonen. 26 sol. 8 den. pro secundis decimis:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Maull servo dicti Davidis, M. Andrea Aytoun servitore M. Willelmi Oliphant de Newtoun advocati, Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay (scriptore carte) et Jac. Ramsay servitoribus dicti Jacobi Kynneir: — Apud Edinburgh, 4 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 411.

1854. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX,—cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO LAWSOUN filio quondam Jo. L. in Rowcar [Rowcan?] (nativo tenenti subscriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—5 solidatas terrarum antiqui extentus de Over Dargavill vocat. Bellisfeild (inter paludem vocat. Megismyre ex boreali et paludem vocat. Labordag ex australi), vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 5 sol., cum 12 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 83.

1855. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Scrymgeour de Fardill,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data 29 Apr. 1606, — concessit JACOBO SCRYMGEOUR filio suo et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et tallie dicti Jac. senioris in veteri infeofamento de Fardill nominatis, et assignatis dicti Jac. quibuscunque, absque redemptione,—terras et baroniam de Fardill Eister et Wester, terras de Aird, Drummadertye, Littill Gourdye, cum molendino de Fardill et insula ex australi parte aque de Tay, cum piscationibus, et advocatione capellanie S. Spiritus infra maneriem de Littil Gourdye, in unam baroniam incorporatas, vic. Perth;—necnon dicto Jacobo juniori et MARGARETE GRAHAME ejus conjugi, filie legitime D. Gulielmi G. de Claypottis militis, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus masc. et assignatis suprascriptis, absque redemptione, —terras de Meikill Fardill (per Jo. et Jac. Bissettis occupat.), cum terris brueriis de Fardill (per Jac. Barroche alias Robertsoune occupat.), in dictis baronia et vic.: —RESERVANDO dicto Jacobo S. seniori liberum tenementum; cum potestate alienandi uxori sue cuilibet, in vitali redditu, annuum redditum 8 celdrarum victualium ($\frac{2}{3}$ farine avenatice et $\frac{1}{3}$ ordei) de dicta baronia (exceptis terris in conjuncta infeodatione concessis), vel partem dict. terrarum equivalentem; et cum potestate alienandi suprascripta (exceptis ut prius) sub rever-

sionibus continen. 9000 merc.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Laurentio Hering fratre germano Domini Davidis H. de Lethindie militis, Andrea Kynnaird burgen. de Dundie, Jo. Chalmer fratre germano Willelmi C. de Drumlochie, Jacobo Strathauchin notario publico in Dundie, M. Jac. S. ejus filio (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 9 Feb. 1607]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Jac. Scrymgeour junioris, suprascripta dictis personis respective de novo dedit, et in liberam baroniam de Fardill incorporavit, ordinando maneriem de Litill Gourdie principale messuagium fore:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth apud burgum de P., cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 393.

1856. Apud Edinburgh, 13 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit DAVIDI FULLARTOUN filio legitimo quondam Joannis F. de Dregarne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 librat. terrarum antiqui extentus de Dregarne, cum fortalicio et manerie loco, in balliatu de Kylestewart, vic. Air;—que fuerunt Joannis Foullartoun de D. ejusque predecessorum, de senescallo Scotie tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Jo., quond. Jo. F. de D. ejus patrem, quond. Jo. F. de D. ejus avum, aliosque ejus predecessores factam absque consensu superioris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 388.

1857. Apud Edinburgh, 13 Feb.

REX confirmavit cartam M. Roberti Ros de Cragie,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Perth, 16 Dec. 1605,—vendidit WILLELMO MONCREIFF de eodem, heredibus ejus et assignatis,—5 quartas partes alias octavas partes terrarum de Cragie et *lie* Hauch de C. (viz. omnes terras de C. preter molendinum, terras molendinarias, et 3 partes terrarum de C., antea alienatas Cristine Moncreiff filie legitime dicti Wil.), vic. Perth:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Colino Eviot de Balhoussie, D. Jo. Moncreiff de Kinmonth milite, Jac. Logie scriba in Perth, M. Colino Ramsay fratre Willelmi R. de Murie, Pat. Andersone servitore dicti D. Jo. (scriptore carte):—Apud Perth, 12 Feb. 1606]:—NECNON aliam cartam ejusdem Rob.,—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus, vendidit dicto Wil. Moncreiff, heredibus ejus et assignatis,—in warrantiam terrarum de Eister Manis de Inchestrivie cum fortalicio, manerie, silvis et piscationibus, necnon terrarum de Balmaccollie cum molendino, terris molendinariis et crofta molendinaria, ei per se alienatarum,—terras de *lie* Nethir Manis de Maler, cum fortalicio, manerie et piscationibus:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Pat. Eviott apparenti de Balhousse:—TEST. M. Patricio Weymes ministro Verbi Dei apud Dunbarny, Math. et Hugone Moncreiff portionariis de Kintilloche, Andrea Burt servitore D. Gulielmi Stewart de Banchrie militis, et dicto Pat. Andersoun (scriptore carte):—Apud Moncreiff, 22 Dec. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 397.

1858. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1827),—confirmavit cartam D. Jacobi Maxwell de Calderwode militis,—[qua concessit Domine ISSOBELLE HAMMILTOUN conjugi sue, in vitali redditu,—*lie* Maynis de Mauldislie, cum manerie loco, mansione, cunicolario, 25 solidat. terrarum antiqui extentus nuncupat. *lie* Loneheid (olim per Jo. Hammiltoun in Tweydesyde occupat.), 18 sol. 9 den. de Park ant. ext. nuncupat. *lie* Millerismailling (olim per quondam Pat. Hammiltoun occupat.), 18 sol. 9 den. ant. ext. de Park nuncupat. *lie* Middilraw (olim per Jo. Thomsoun occupat.), 12 sol. 6 den. ant. ext. de Park (olim per quond. Wil. Stewart [vel Stoddart] occupat.), 12 sol. 6 den. de Park ant. ext. (olim per quond. Jacobum Stoddart in Bankbrae occupat.), cum libertate carbones fodiendi infra bondas baronie sue de Mauldislie proprio usui tantummodo, in dicta baronia, vic. Lanerk; 10 libratas terrarum ant. ext. de Aikinheid nuncupat. 5 libratas alias *lie* Maynis de Litle A. et 5 libratas de Mekle A., cum fortalicio, manerie loco, carbonibus, silvis, pratis, vic.

Lanerk; terras de Mekil Blaikburne cum molendino, et terras de Paddoschaw, in baronia de Renfrew per annexationem, vic. Bathcat; 4 librat. terrarum de Newlandis ant. ext., in dominio de Kilbryde, vic. Lanerk:—TENEND. Meikill Blaikburne et seqq. de Henrico principe et senescallo Scotie, cetera de rege:—cum precepto sasine:—TEST. D. Jo. Murray de Eddilstoun milite, Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay (scriptore carte) et Jac. Ramsay ejus servitoribus:—Apud Edinburgh, 14 Feb. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 400.

1859. Apud Edinburgh, 19 Feb.

REX confirmavit cartam Davidis episc. Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit JOANNI DUMBAR de Newtoun, filio legit. Georgii D. rectoris de Kilmure, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 quarterias ville et terrarum ecclesiasticarum de Avache, extenden. ad 6 bovatas unius davate, cum molendino dicte ville et ejus tam aridis quam astrictis multuris, brasinam de Avauch et ejus croftam, cum *lie yair* et salmonum piscaria, cum *lie wrak* et *wair*, nemoribus et silvis (exceptis 2 croftis molendinariis per Kinnethum Mackeinze de Kilchryst occupat.), in diocesi Rossen., vic. Invernes (intra bondas specificatas);—que ad dictum Geo. in feudifirma spectabant, et per eum dicto Jo. disposite erant de rege tenende virtute acti annexationis:—PRETEREA dictus episc. voluit quod ecclesie sue terre ad dictum molendinum astricte more solito advenirent, viz. Eister et Wester Radereis, Arkinduithie, Inche, tres quartæ *lie* Wairland Canonie Rossen., Sched cum croftis episcopi, et terre ecclesiastice capellanie ejusdem:—REDDEND. dicto episc. pro villa &c. 6 lib., pro 6 bollis victualium 40 sol., pro ¾ marte custumalis 20 sol., pro 3 muttonibus 20 sol., pro 9 caponibus 6 sol., pro 9 pultreis 3 sol., pro 3 bollis avenarum 10 sol., pro 3 hedis et 60 ovis 10 sol., pro gressuma annuatim 4 lib., pro augmentatione rentalis 40 sol.; pro 30 bol. victualium dicti molendini firme 10 lib., pro 2 duodenis caponum 16 sol., pro 2 pondis *lie hempt* 2 sol., pro 2 galtis 18 sol.; pro brasina et crofta 24 sol., pro 12 pultreis 4 sol., pro gressuma 5 sol., pro augmentatione rentalis 12 sol. 9 den.; in toto 31 lib. 10 sol. 9 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Canoniam Rossen. aut alibi:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jeromia Lyndsay filio dicti episc., M. Howgone Dowglas, Rob. Chape, servitoribus dicti episc., M. Jo. M'Kenzie rectore de Dingwall, M. Joanne Paip scriba Edinburgi, Jo. Ros ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh et Canoniam Rossen., 1 et 15 Feb. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 195.

1860. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX,—cum consensu &c. (119.),—confirmavit cartam factam per D. Jo. Chrichtoun de Innernytie equitem auratum et Jac. C. ejus fratrem germanum, cum consensu Domine Alisone Grahame conjugis dicti Jo. et Joannis Crichtoun junioris ejus filii et heredis apparentis, necnon D. Jacobi Crichtoun de Ruthvennis equitis aurati, et Silvestri Chaipman in Kinclaven,—[qua,—virtute contractus inter se ab una, et D. ROBERTUM CRICHTOUN de Clunie equitem auratum, cum consensu M. Jacobi Donaldsone advocati coram dominis concilii et Jacobi D. junioris ejus filii et heredis apparentis, ab altera partibus, de data presentium, — vendiderunt dicto Roberto, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sine redemptione,—terras de Innernytie, cum manerie, molendino, terris molendinariis, communia, piscaria super aqua de Taya infra bondas dictarum terrarum, in thanagio de Kynclevin, vic. Perth; terras dominicales de Kynclevin, cum piscaria, molendino, terris molendinariis, silvis, in dominio de K., vic. Perth:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. pro Innernytie 25 merc., necnon duplum feudifirme in introitu heredum, cum observatione aliarum clausularum in prioribus infeofamentis de terris de Innernytie et Tullibeltane specificat. quatenus ad terras de I. pertinuerunt; pro Kynclevin 46 lib. 13 sol. 4 den., necnon duplum &c. (*ut sup.*), cum observatione aliarum clausularum in priori-

bus infeofamentis specificat. :—cum precepto sasine :—TEST. Rob. Crichtone fratre germano dicti D. Jo., Gilberto Robertsone scriba in Edinburgh, Willelmo Robertsone notario publico burgen. de Perth, Donaldo Neische ejus servitore, Petro Algeo servitore dicti M. Jac. (scriptore carte), Thoma Chepman fratre germano dicti Silvestri, Alex. C. filio legit. dicti Silv.: — Apud burgum de Perth et Kynclevin et..., 29 et 31 Aug. et . . . , 1606] :—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum D. Robertum ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto D. Roberto de novo ad feudifirmam dimisit :— REDDEND. *ut supra*; necnon decimam sarcinam carbonum in dict. terris obtentorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 196.

1861. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX dedit literas remissionis ADAMO INNES fratri Joannis I. de Leucharis, THOME INNES fratri germano Willelmi I. de Blakhillis, JOANNI REIDFURDE et ANDREE INNES servitoribus Gulielmi M'Intosche de . . ., pro eorum vita duraturas,—pro arte et parte cedis Laurentii Abirnethy servitoris domini Saltoun, Aug. 1597 aut eocirca commisse. xliv. 297.

1862. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX, cum consensu &c. (126.),—in feudifirma dimisit et de novo dedit JOANNI KIRKPATRIK de Aleisland, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—10 solidat. terrarum de terris nuncupat. M'Cheinstoun (olim per Jac. Kirkpatrik et tunc per Jo. Dowglas et Jo. Hanyng occupat.), 5 sol. de *lie* Yondir Barschevallay (olim ad Jo. Sandirsoun pertinen., olim per Margaretam Weir et tunc per Jo. Smythe occupat.), alias 5 solidatas de M'Cheinstoun aliter Riddingis (olim per Rodgerum Hanyng et tunc per dictos Jo. D. et Jo. H. occupat.), alias 5 sol. de *lie* Yondir Barschewallay (olim ad Jo. Greir pertinen., tunc per Jo. Smythe occupatas), 6 sol. 3 den. de M'Cubeinstoun (per Thomam Smythe et Jonetam Cairlell ejus sponsam occupat.), in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis ;— que olim pertinuerunt ad abbatiam de Melros :—REDDEND. pro 10 sol. de M'Cheinstoun 16 sol. 6 den. feudifirme antique, et 6 den. augmentationis, pro primis 5 sol. de Yondir B. 8 sol. 4 den. feudifirme antique, et 4 den. augmentationis, pro Riddingis *ut pro dictis 5 sol.*, pro alteris 5 sol. de Yondir B. *ut pro primis 5 sol.*, pro M'Cubeinstoun 11 sol. 6 den. feudifirme antique, et 6 den. augmentationis, in toto 55 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 378.

1863. Apud Edinburgh, 25 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Spens de Wolmerstoun, — [qua, — cum consensu Agnete Durie sponse sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit colonello BARTHOLOMEO BALFOUR de Reidheuchis, et BEATRICI CANT, conjugibus, — terras de Wolmerstoun et *lie* Maynis cum manerie, in constabularia de Craill, vic. Fyffe :—TENEND. dictis Barth. et Beat. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Barth. quibuscunque, de rege :—REDDEND. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. et Dunc. Balfour civibus Andreanis, M. Hen. Balfour advocato, Jo. Makesone, Jacobo Wrycht, notariis publicis :—carta scripta per Rob. Pringill servum Joannis Eistoun scribe :—Apud civitatem S. Andree et Wolmerstoun, 17 Apr. 1601]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Bartholomeum Balfour ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dictis Barth. et Beat. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 404.

1864. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit ROBERTO GRAHAME, filio et heredi apparenti M. Andree G. de Eister Kynnef alias Fairnyflat, et KATHERINE RAIT ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Rob., —*lie* Manis dimidietatis baronie de Eister Kynnef alias Fairnyflat, dimidietatem

terrarum de Glisland, quarteriam versus solem de Blaklawis, cum annuo redditu 6 bollarum victualium de villa et terris de Gawpull alias Bredley seu Fischertoun;—necnon dicto Rob., et heredibus masc. inter eum et dictam Kath. legitime procreatis, quibus def., heredibus masculis dicti Rob. quibuscunque, — reliquam partem dicte dimid. baronie, viz. terras de Beteislandis nuncupat. Halhill, terras de Overtoun de Kynnef, Largeislandis, alteram quarteriam de Blaklawis, 3 quarterias de Gawpull cum cimbis et piscariis, cum tenentibus &c., in parochia et baronia de Eister Kynnef, vic. de Kincardin;—quas omnes dictus M. And., cum consensu Issobelle Moncure conjugis sue, in favorem dictarum personarum resignavit; et quas rex,—pro bono servitio dictorum And. et Rob., ac pro compositione persoluta,—iisdem personis de novo dedit, cum portu *lie heaving and landing placeis* de Gawpull, et cum privilegio communitatis in Sanct-Johneis-hill:—RESERVANDO dicto Andree liberum tenementum de Manis cum manerie, et solari dimid. de Gawpull (excepto dicto ann. red.); dicte Is. liberum tenementum de Halhill, et annui redditus 40 lib. de dicta dimid. de Gawpull post decessum dicti And.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliv. 357.

1865. Apud Edinburgum, 26 Feb.
REX,—cum avisamento &c. (119.),—confirmavit cartam Hugonis Rankene portionarii de Auchtermuchtie, — [qua, — cum consensu Cristine Robertsone sponse sue, —pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JOANNI ARNOT portionario de Wester Colsey, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—1⅓ duodecimas partes australis quarterie ville et terrarum de Auchtermuchtie, extenden. ad 2 mercat. terrarum, cum toftis et croftis, in dominio et senesc. et vic. de Fyffe; cum pleno jure communie in monte de Auchtermuchtie et in *lie* Quhytfeild (intra bondas specificatas):—REDDEND. regi pro tofta et crofta servitium burgi debitum et consuet.; pro ceteris 35 sol. 6 den., 3 bollas frumenti, 3 bollas 3 firlotas ordei, 2 bollas 3 firl. avenarum, 2 anseres, 4 pultrias, nomine feudifirme; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum:—TEST. Jac. Gilmour seniore, Rob. Millar, Jo. Arnot, portionariis de Auchtermuchtie, Wil. Ferny fabro lignario burgen. de Faulkland, M. Walt. Ballingall notario ibidem, Jo. Balvaird notario in Auchtermuchtie, Steph. Patersone clerico senescallatus de Fyffe, Hectore Arnot, notariis publicis:—carta scripta per Alex. Merschell servitorem dicti Steph.:—Apud Auchtermuchtie, 6 Feb. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xliv. 402.

1866. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit M. MARTINO SCHONEIR medico regine, et CRISTINE GIBSOUNE ejus sponse, in vitali redditu, et ALEXANDRO SCHONEIR eorum filio legit., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—duas nonas partes ville et terrarum de Drone, molendini et terrarum molendinariarum earundem, in senesc. et vic. de Fyiff;—que fuerunt Willelmi Leirmonth feodatarii de Dairsy; et (dicto Wil. citato apud villam et terras de Baldynnie ubi cum uxore et familia habitavit), 11 Feb. 1607 (comparente M. Rob. Buchannane ministro Verbi Dei apud Ceres, procuratore pro M. Henrico Philp ministro Verbi Dei apud Abirbrothok, qui produxit instrumentum sasine date dicto Hen. et Issobelle Patersoun ejus sponse, de annuo redditu 16 bollarum ordei [vel 160 lib.] de dictis terris &c., sub signo et subscriptione Patricii Mous notarii publici, de data 4 Maii 1603), dicte terre appreciate sunt[1] dictis Martino &c. pro 5000 merc. pro valore annui redditus 6 celdrarum victualium (⅔ tritici et ⅓ ordei cum charitate,

[1] Names of assize:—David Betoun of Balfour, Joh. Traill fiar of Blebo, Tho. Gourlay of Kincraig, Mich. Balfour of Bandone, Sir And. Balfour of Balledmonth knight, David Nairne of Sandfurde, Tho. Inglis of Straythtyrum, John Strang portioner of Kylrynnie, Rob. Aytoun of Craigfuthie (chancellor), Patrick Dudingstoun portioner of Kincapill, David Gourlay of Southheild, Tho. Fermour portioner of Kingis-barneis, Tho. Wilsoun in Pittormy, Mr David Thomesoun portioner of Ballone, Mr Martin Corstorphin portioner of Byrehillis.

aut 8 lib. pro bolla), de dictis terris &c. dictis Mart. &c. per dictum Wil. venditi per literas obligatoriales de data 21 Nov., 3 et 4 Dec. 1603 (registrat. in libris concilii 3 Dec. 1606), et pro 768 libris pro dicto ann. red. de croppa anni 1606 minime persoluto, et pro 500 merc. pro expensis modificatis, et pro 221 lib. 14 sol. 8 den. pro feodo Joannis Ardes nuncii, vicecomitis in hac parte:—et hoc sub onere 1000 merc. pro redemptione dicti ann. red. 16 bollarum, et 160 lib. pro eodem minime persoluto de anno 1606:—REDDEND. 9 bollas frumenti, 11 bollas ordei, duodenam caponum, et 6 lib. 4 sol., nomine feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon perimplendo cetera in antiquis infeofamentis contenta:—et voluit rex quod dictus Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 6.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI FORBES de Brux, et ISSOBELLE GORDOUN ejus sponse, —*lie* Maynes de Muresk, cum fortalicio, manerie loco, *lie boigis*, pratis, cunicullariis, villam et terras de Kynnermeit, villam et terras de Quhytraschis, molendinum et terras molendinarias de Muresk cum astrictis multuris &c., cum earum piscatione salmonum super aquam de Doverne, cum communitate et communi pastura, tenentibus &c., jacen. ex australi parte aque de Doverne, in parochia de Turreff, vic. de Abirdene;—quas Franciscus com. Errolie dom. Hay magnus constabularius Scotie resignavit:—Tenend. dictis Jo. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joannis et assignatis quibuscunque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 37.

1934. Apud Edinburgum, 26 Jun.

REX,—cum consensu &c. (119.),—in feudifirma locavit HUGONI HAMMILTOUN, filio et heredi quondam Willelmi H. burgensis de Dumbar,—*lie half-rig* vocat. trigesimam secundam partem ville et terrarum de West Barnis, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—que fuit dicti Willelmi in feudifirma:—Tenend. dicto Hugoni et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, maxime natu heredum fem. absque divisione ejus de corpore legit. procreatarum, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—Solvend. 11 bollas victualium ($\frac{1}{2}$ tritici et $\frac{1}{2}$ hordei), cum $\frac{1}{4}$ pec. tritici et $\frac{1}{4}$ pec. hordei augmentationis; et 5 merc. pro duplicatione feudifirme in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 42.

1935. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX,—cum consensu &c. (130. 135. 126.), —confirmavit cartam quondam Alexandri Guthrie de Kincaldrum,—[qua,—cum consensu Helene Dowglas conjugis sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Kincaldrum et Bagillo, 10 et 15 Jun. 1594,—concessit DAVIDI GUTHRIE filio suo et dicte Hel. legitimo et heredi apparenti, et KATHERINE BLAIR ejus sponse affuture, filie legitime Willelmi B. filii et heredis apparentis Joannis B. de Bagillo, in ejus pura virgini-

tate, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscunque et assignatis, —terras dominicales et maneriem de Kincaldrum cum columbario et hortis, in baronia de K., vic. de Forfar;—et dicto Dav., et heredibus inter eum et dictam Kath. legitime procreandis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — residuas terras et baroniam de Kincaldrum (viz. molendinum terrasque molendinarias ejusdem, terras de Lour et Muretoun, dimidietates terrarum de Carratt et Wester Methy, tenandrias de Nevay, Eister Methy, [Kincreich,] dimidium de Wester Methy, quartam partem de Lour, cum servitiis liberetenentium earundem), terras de Lytil Lour, in dictis baronia et vic.:—REDDEND. regi pro Litil Lour 15 solidos, cum observatione provisionum contentarum in principali carta feudifirme quond. Davidi Guthrie patri dicti Alex. per quondam Jac. commendatarium prioratus S. Andree concessa; pro ceteris servitium debit. et consuet.:—RESERVANDO dicto Alex. vitalem redditum molendini de Kincaldrum, ejus terrarum, terrarum de Litil Lour et Muretoun, dimidietatis de Wester Methy et quarte partis de Lour, cum columbario et hortis de Kincaldrum pro tempore vite dicti Dav.; et dicte Hel. vitalem redditum de Lytil Lour, exceptis terris de Deneheid et Muretoun:—cum precepto sasine:—TEST. Arch. Blair filio legit. dicti Jo. B., Alex. Nevay fratre germano Joannis N. de eodem, Jac. Smaill filio legit. quond. Jacobi S. de Kirkland in Cethines, Tho. Currour patruo Davidis C. de Logymigill, Jacobo Strathachin notario, Pat. Guthrie fratre germano dicti Alex., M. Henrico Guthrie magistro (ministro?) Verbi Dei apud Colleis:—carta scripta per Rob. Roche servum dicti Jac. Strathauchane:—Apud Dundie et Kincaldrum, 22 Jul. 1594]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Davidis Guthrie tunc de Kincaldrum, suprascripta dictis personis respective de novo dedit, dictis terris de Muretoun et Lour comprehendentibus *lie Grene-myre* adjacen. terris de Tullois, et cum marresiis et moris de Carratt comprehenden. *lie Cairne* de Carratt (vel Carrat-carne) versus occiden. et ex parte australi versus austrum occidentalem (*lie south southwest*) bondat. usque ad *lie* Fernie-holme-woll; et omnia incorporavit in liberam baroniam de Kincaldrum:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 40.

1936. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX confirmavit cartam M. Thome Dumbar decani Moraviensis,—[qua concessit ALEXANDRO DUMBAR filio suo legit. natu maximo inter se et Grissillidem Creychtoun conjugem suam procreato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —quatuor quintas partes ville et terrarum de Barmukatie cum earum molendino granario nuncupat. Walkmylne cum terris molendinariis (inter bondas in vulgari specificatas), per se a Willelmo Cuming de Ernesyde conquestas, necnon aliam quintam partem ville et terrarum de Barmukatie, terrarum de Walkmylne et molendini ejusdem (intra bondas in vulgari specificatas), per se a Willelmo Dumbrek de Wrtane conquestam, in baronia de Barmukatie, vic. Elgin et Forres:—TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dictis M. Tho. et Gris.:—cum precepto sasine directo Alex. Cruikschank servitori dicti M. Tho.:—PROVISO quod si dictus Tho. in vita sua dicto Alex. summam 10 lib. in ecclesia burgi de Elgin persolveret, vel sub premonitione 8 dierum in manibus unius ballivorum burgi de Elgyne consignaret, haberet regressum ad suprascripta:—TEST. Alex. Cruikschank, Georgio Falconar, servitoribus dicti Tho., Nicolao Duff notario publico burgen. de Forres, Rob. Farquhare ejus servitore:—carta scripta *ut in carta* 1552:—Apud Forres, 24 Mar. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 45.

1937. Apud Edinburgh, 1 Jul.

REX confirmavit cartam factam per And. Rollok, filium et heredem masc. quondam D. Walteri R. de Gairdyn militis inter eum et Dominam Jeannam Stewart ejus sponsam legitime procreatum, cum consensu ejus curatorum et dicte Jeanne, et

per dictam Jean. pro ipsa,—[qua,—pro perimpletione contractus inter dictos Walt. et Jean., cum consensu M. Davidis Gardyn, Eliz. Stewart ejus conjugis, Georgii Gardyn ejus fratris (pro ipso et tanquam heredis quond. Joannis G. ejus fratris), et Helene G. filie dicti Dav. cum consensu Willelmi Gordoun feodatarii de Knokespick ejus mariti, ab una, et quond. D. Wil. Rowane de Ballindene militem, Wil. R. ejus filium feodatarium ejusdem, quond. Dominam Katherinam Stewart sponsam dicti D. Wil. et Cristinam Barklay sponsam dicti Wil. junioris, ab altera partibus, de data apud Dunkeld, 7 Oct. 1601, in libris concilii et sessionis registrati 5 Feb. 1602, —et virtute decreti arbitralis per Rob. Creichtoun de Cluny militem lati inter dictum And. tanquam filium et heredem dicti Walt., cum consensu Willelmi Rollok de Balbegie tunc tutoris sui, et dictam Jean. ab una, dictum Wil. R. tunc de Ballindene et dictam Cris. ejus conjugem ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 30 Jun. 1603, registrati in dictis libris 20 Mar. 1604,—et virtute assignationis per dictos Wil. R. et Cris. facte dicto Rob., de data apud Edinburgh et Courthill, 24 et 9 Jan. 1607,—vendiderunt dicto D. ROBERTO CRYCHTOUN de Cluny, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras et baroniam de Gairdyn (comprehenden. terras et *lie* Maynis de G. cum fortalicio et maneriei loco, molendinum de G. nuncupat. Dentoun-mylne, terras de Myddiltoun, Eistertoun *lie* Legatstoun, Pressok, Freok cum tenentibus &c., cum communia et communi pastura in mora de Montrewmonth), vic. Forfare: — REDDEND. regi par chirotecarum nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Wil. Wod de Eister Balblane:—TEST. M. Thoma Rollok advocato, Jac. Stewart camerario de Reidcastell, Jo. Reidcastell, Joanne Creichtoun filio domini de Innernytie, Jac. Lennox servitore Georgii Mack scribe signeto regio (scriptore carte), M. Joanne Hammiltoun servitore dicti M. Tho.:—Apud Edinburgh, 21 Mar. 1607]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 46.

1938. Apud Edinburgh, 3 Jul.[1]

REX confirmavit cartam Alexandri Fullartoun proprietarii dimidietatis terrarum de Crago, — [qua, — pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Tauodunum, 14 Feb. 1607, inter Geo. archiepisc. S. Andree ab una, et dictum Alex. cum consensu Gulielmi Fullartoun de Ardo ab altera partibus,—concessit JONETE GLAIDSTAINES conjugi sue, filie dicti Geo., pro ejus vita, — dimidietatem terrarum de Crago, cum principali messuagio ejusdem, vic. Forfar; necnon 12 bollas farine avenatice et 12 bol. hordei annuatim de terris suis *lie* Hill de Crago:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jac. Finlaye in *lie* Hill de Crago:—TEST. And. Wode juniore de Stravethie, M. Davide W. ejus fratre germano, M. Wil. Russell juniore, Davide Skinner notario publico (scriptore carte):—Apud S. Andream, 1 Jun. 1607]:—PRETEREA rex suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 38.

1939. Apud Edinburgh, 7 Jul.

REX,—cum consensu &c. (138. 126. 135.), —confirmavit cartam Georgii Gardin de Lawtoun,[2]—[qua,—cum consensu Nicolae Balfour sponse sue, et M. Jacobi Balfour unius predicatorum Verbi Divini in ecclesia Edinburgi,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum et Abirdour, 25 et 7 Sept. 1602, — vendidit DAVIDI GARDIN juniori de Leyis,[3] et JEANNE LINDSEY ejus sponse,—*lie* Maynis de Gairdin cum manerie et fortalicio, in baronia de Gairdin, vic. Forfar;—et hoc in speciale warrantum terrarum de Latoun, Fawlihillis et Balmulestoun, in baronia de Kinblaikmonth, vic. Forfar, per se cum dicto consensu dictis personis alienatarum: —TENEND. dictis Dav. et Jeanne in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus,

[1] Dated an. reg. 40 et 4. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvi. fol. 119.

[2] In introductory clause styled "olim de Lawtoun, tunc burgen. de Inverkething."

[3] In introductory clause styled "junior olim de Leyis, tunc de Lawtoun."

heredibus dicti Dav. quibuscunque et assignatis, irredimabiliter, de (quondam) Waltero Rollok de Latoun milite:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Gilb. Gardin, Jac. Kinneir, Wil. Rynd de Cars, Davide Betoun de Carsgony, Jacobo Gardin de Dunbarrow, Alex. Lindsay, M. Jac. Bonar in Abirdour (scriptore carte): — Apud Edinburgh et Abirdour, 27 et . . Sept. 1602]:—NECNON cartam de data 25 Feb. 1597, per dictum D. Walt., cum consensu Domine Jeanne Stewart ejus conjugis, de suprascriptis factam dicto Georgio fratri germano M. Davidis G. de eodem et feodatario ejusdem, et heredibus masc. ejus de corpore procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque;—TENEND. de dicto Walt.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 29.

1940. Apud Edinburgh, 10 Jul.
REX concessit JACOBO LEVINGSTOUN filio legit. Joannis L. de Donypace, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kirkhill (vel Kilhill) et *lie* Maynes earundem, cum molendino, terris molendinariis &c., terras *lie* Letche, terras de Spinkismure, binam partem terrarum de Bent, cum manerie loco, vic. Kincardin;—que fuerunt Joannis Middelmest (Midletoun) olim de Kilhill, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem absque regis consensu factam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 32.

1941. Apud Edinburgum, 13 Jul.
REX,—cum avisamento &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit ROBERTO AUCHINCRAW filio quondam Jacobi A. de Gwnisgrein, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terram husbandiam (per dictum Jac. et Helenam Rentoun ejus sponsam possessam) in villa et territorio de West Restoun, dimidietatem molendini de Aytoun cum ejus terris &c. (dictis Jac. et Hel. spectan.) in territorio de Aytoun, in baronia de Coldinghame, vic. Berwik;—que olim ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt:—REDDEND. pro terra husb. 15 sol. 4 den., cum 1 pultrea, 3 caponibus, arreagiis, carreagiis et servitiis debitis et consuetis, et 2 sol. augmentationis; pro molendino 5 lib. (cum libertate quod commendatarius et conventus de Coldinghame liberi essent a multura pro solutione pecce pro multura 4 bollarum, necnon proximi essent post eum quem molentem invenissent), et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 34.

1942. Apud Edinburgum, 13 Jul.
REX,—cum consensu &c. (126.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit THOME HOME filio legitimo Georgii H. de Crammycruke, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Crammycruke et Brumycruke, extendentes ad 20 solidat. terrarum aut eocirca, in parochia de Dunce, vic. Beruik;—que olim ad rectoriam de Dunce pertinuerunt:—REDDEND. 30 sol. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 41.

1943. Apud Edinburgh, 13 Jul.
REX, — cum avisamento &c. (126.),—confirmavit cartam Willelmi Home de Swynewod,—[qua,—cum consensu Jonete Rentoun sponse sue, Willelmi H. junioris de S. filii ipsorum et heredis apparentis, et D. Joannis Hammiltoun de Grange militis,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, Grange et Quheitfurd, 1, 5 et 17 Jun. 1607,—vendidit ROBERTO HOME de Fairnysyde, et MARIOTE KER ejus sponse,—molendinum de Eymouth cum crofta *lie* Lytill-Mylnecroft ex occidentali latere ejusdem (intra bondas specificatas), aliud molendinum de Coldinghame *lie* Coil-mylne, cum amborum astrictis multuris &c.,—necnon, in speciale warrantum eorundem, 6 terras husbandias in Eymouth, in villa et territorio de E.,—in baronia de Coldinghame, vic. Berwik:—TENEND. dictis Rob. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque, irredimabiliter, de rege (vice monasterii de Coldinghame) in feudi-

firma: — Reddend. pro molendinis 20 merc.; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud villam de Coldinghame; cum aliis servitiis et devoriis consuetis;—pro terris husbandiis 6 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas &c. (*ut sup.*):—cum clausula warrantizationis, excepto vitali redditu Libre Hammiltoun matris dicti Wil. senioris:—cum precepto sasine:—Test. Geo. Hoppringill filio Jacobi H. de Quhytbank, Rob. Craw servitore Alexandri com. de Hwme, Jac. Rentoun filio quondam Joannis R. de Billie, Rob. Mwdie servo M. Wmphridi Blinsele advocati, Joanne Nicoll servitore Davidis Andersoun scribe Edinburgi (scriptore carte), Rob. Hwme in Hutoun, Jac. Giffart servitore dicti D. Jo., Geo. Craw de Eist Restoun, Alex. Hume filio secundogenito dicti Wil. senioris:—Apud Edinburgum, Grange et Quhitfeild, 3, 4 et 17 Jun. 1607]:—Insuper, pro servitio dicti Rob., suprascripta dictis Rob. et Mar. de novo dedit, cum astrictis multuris, *lie knaifschip*, *insuckin* et *outsuckin* villarum, terrarum et cottagiarum subscript., viz. ville et terrarum de Coldinghame-Law, Rickilsyde, Northfeild, Feullis, *lie* Loch, *lie* Meirdene, Blakpottis, Halliedoun alias Grayiscroce, *lie* Steill, Beopark, Fluiris, ac totius ville et terrarum de Eymouth, Hielawis et Beinrig, et cum pecia inter *lie* Ailkippis et molendinum de Eymouth, pecia terre *lie* Mylne-boig, pecia terre *lie* Baiglay-burne-boig, pecia terre *lie* Coil-burnebrayis alias Coildene (omnibus intra bondas specificatas), et pecia terre *lie Linkis* de Coldinghame, et communi pastura super communi mora de Coldinghame aut aliis communiis ad terras de Coldinghame et Eymouth spectantibus, cum potestate glebas, cespites, *lie diffattis* et *lie hedder* lucrandi, et cum 14 terris husbandiis (quarum dictus Rob. et ejus predecessores fuerunt antiqui et nativi feudifirmarii et tenentes) de Fairnysyde, in dictis baronia et vic.;—et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Eymouth-mylne, ut sasina apud molendinum de E. capienda pro omnibus staret:—Reddend. pro molendinis et pro terris husbandiis de Eymouth *ut sup.*; pro Fairnysyde 15 mercas, pro prima pecia terre 3 sol. 4 den., pro Mylne-boig 3 sol. 4 den., (pro Baiglaw-burne-boig 3 sol. 4 den.),[1] pro Coil-burne-brayis 3 sol. 4 den., pro *lie Linkis* 5 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 44.

1944. Apud Tiboillis, 13 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit DAVIDI MURRAY de Balgonie—terras de Techindad (extenden. ad 10 solidatas antiqui extentus), cum molendinis, silvis, piscationibus, carbonariis, in parochia de Cleische, baronia de Moncreiff per annexationem, vic. Fyffe;—quas Wil. Moncreiff de eodem apud Edinburgh in favorem dicti Dav. resignavit:—Tenend. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, D. Andree M. de Balvaird militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi dom. Scone et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Dav. M. de B. quibuscunque, irredimabiliter:—Reddend. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. ad 50 sol., et maritagium ad 50 lib.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 48.

1945. Apud Aulam de Theobaldis, 13 Jul.

REX constituit LUDOVICUM LENNOCIE DUCEM, pro proximis regni Ordinum comitiis 29 Jul. 1607 inchoandis, et non ultra,—commissarium suum ad perficienda omnia que vel per regem fieri necessaria fuerunt vel per Jo. com. Montrosie, tunc valetudinarium, in illo loco prestita fuerant. xlv. 324.

1946. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX confirmavit cartam quondam Joannis Carmichell de eodem militis,—[qua concessit M. ROBERTO LYNTOUN de Newarfeild, advocato,—5 bovatas terrarum de Langhirdmestoun ad orientalem finem ville de L., vic. Edinburgh principali;—quas Alex. Naper filius et heres quond.

[1] The bracketed words are supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvi. fol. 13

Alexandri Naper, cum consensu Mariote Thomesoun conjugis sue et Jonete Young matris sue, et Willelmi Naper de Wrichtishousis, in favorem dicti Rob. resignavit:—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, ejus heredibus legit. et propinquioribus et assignatis quibuscunque, de dicto Jo. in feudifirma:—REDDEND. 46 bollas $10\frac{5}{8}$ peccas victualium ($\frac{1}{3}$ tritici, $\frac{1}{3}$ ordei, $\frac{1}{3}$ farine) mensure burgi de Edinburgh, cum 28 caponibus; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia super terris de Langhirdmestoun; ac 26 lib. 13 sol. 4 den. in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Davidi Hammiltoun filio Jacobi H. de Langhirdmestoun:—TEST. Hugone Carmichell de Wowstoun milite filio et herede apparente dicti Jo., Jo. Fowllar servo dicti Jo. C., Wil. Twedy de Wray, Hen. Bickartoun scriba signeto regio, Jacobo Kynneir (scriptore carte) et M. Davide Haye ejus servitoribus:—Apud Edinburgh, 13 Feb. 1600]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Rob., ac pro compositione persoluta, dict. terras ei de novo dedit, cum jure suo ratione recognitionis ob alienationem factam per quondam Jo. Mosman burgensem de Edinburgh, aut per Alex. Millar sartorem burgen. de Edinburgh:—REDDEND. regi jura et servitia consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 57.

1947. Apud Edinburgh, 14 Jul.
REX confirmavit cartam factam per M. Walt. Mowbray, filium et heredem quondam Roberti M. mercatoris burgen. de Edinburgh, ac fratrem et heredem quondam Roberti M., — [qua, — pro perimpletione decreti arbitralis per Alex. Ottirburne de Quhitlaw pronunciati de data presentium, —ratificavit alienationem terrarum de Kirktounhill subscript. per dictum fratrem suum factam GEORGIO DOWGLAS de Sanct-Germanis; necnon, cum consensu Margarete Leirmonth conjugis sue, vendidit dicto Geo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Kirktounhill et Mwrehous, in ballia de Lauderdaill, vic. Berwik:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jo. Levingstoun burgensi de Edinburgh:—TEST. Ric. Cas scriba signeti regii, Alex. Lumisden, Tho. Wilsoun, ejus servis, Geo. Hammiltoun servo dicti Geo. D.:—Apud Edinburgh, 4 Jul. 1592]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Geo., tunc D. Georgii Dowglas intitulati, ac pro compositione persoluta, dict. terras ei de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 61.

1948. Apud Edinburgh, 16 Jul.
REX, — tanquam administrator filii sui Henrici principis et senescalli Scotie ducis Rothesay comitis Carrik dom. Insularum, Kyle, Cunynghame et Kilmarnok baronis de Renfrew,—confirmavit cartam Nigelli Montgomrie junioris de Langschaw,—[qua, cum consensu Mariote Mure sponse sue,—pro perimpletione contractus de data apud burgum de Irwene et locum de Rowallane, 29 Maii et 27 Jun. 1607,—vendidit WILLELMO MURE de Rowallane, heredibus ejus et assignatis et successoribus quibuscunque,—5 mercatas terrarum de Over et Nether Pacokbankis, 10 mercatas de Fulwodis, Gabrochillis et Auchintiberis Over et Nether, 20 sol. de Quhyteleyis, 24 sol. terrarum aut eocirca in Boirdland et Struther (occupat. per Rob. Neilsoun), molendinum de Pacokbank cum astrictis multuris, cum tenentibus &c., in proprietate et tenandria, in parochiis de Stewartoun et Dunlop, et balliatu de Cunynghame:— TENEND. de Henrico principe Scotie:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Kennedy servitore dicti Wil., Geo. Colt, Jac. Sym ephippiario in Mayboill:—carta scripta per Wil. Young servitorem Alexandri Dunlop scribe signeti:—Apud Rowallane, 7 Jul. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 55.

1949. Apud Edinburgum, 18 Jul.
REX concessit JEANNE AUCHINLEK sponse Jacobi Lokhart de Ley, in vitali redditu,—8 mercat. terrarum de Foulwode, cum fortalicio et maneriei loco vocatis Castelhill, 6 mercatas de Murgeland, 3 libratas de Mekill et Litill Barrochis, 20 sol. de Birkinheid, omnes novi extentus (que fuerunt partes 20 libratarum antiqui extentus de Lie), 50 sol. ant. ext. orientalis dimidietatis ville et terrarum de Wester Nymphlair, cum pecia terre in Wester N. eisdem adjacente (olim per Wil. Gairdner

occupat.), cum terris vocatis Threipholme que fuerunt partes dict. 50 solidatarum, vic. de Lanerk;—necnon dicto JACOBO LOKHART, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque cognominis de Lokhart, acceptantibus et gerentibus arma domus de Lie, eorum assignatis et successoribus,—dictas 20 libratas terrarum et baronie de Lie, villam et terras de Cairtland,—cum castris et manerierum locis, cum annuis redditibus 16 sol. 8 den. de terris de Wester Nymphlair et 16 sol. 8 den. de terris de Eister N., omnes antea in unam baroniam de Lie incorporatas, vic. Lanerk;—quas idem Jac. personaliter resignavit;—necnon dictas 50 sol. de Wester Nymphlair et Threipholme cum dicta pecia terre, necnon advocationem altaris Marie virginis (*Lady-alter*) in capella S. Nicolai infra burgum de Lanerk, vic. de Lanerk;—quam advocationem Jac. Levingstoun de Jerreswode cum consensu Hugonis L. filii sui, Willelmi L. fratris sui, et Archibaldi Lokhart, ceteras Willelmus Weir de Auchtiferdall cum consensu Nicole Weir sponse sue et Davidis W. filii sui, resignaverunt;—et quas omnes rex dicto Jac. de novo dedit, cum earum pratis, silvis, piscationibus, molendinis et carbonariis antedicte baronie;—et erexit villam et terras de Cairtland, cum terris et aliis infra territorium ejusdem,—in liberum burgum baronie, BURGUM DE CAIRTLAND vocandum; cum potestate burgensibus, cum consensu dicti Jac., eligendi ballivos, thesaurarium, consules, burgenses, decanos artium &c.; necnon emendi et vendendi &c., ac tenendi pretorium et crucem foralem, et forum hepdomadatim die Mercurii, cum liberis nundinis 20 Feb., 23 Jul. et 4 Nov., unaquaque pro spatio 3 dierum, cum theoloniis et minutis custumis; cum potestate dicto Jacobo terras dicti burgi locandi in rudas burgales, de dicto Jacobo in feudifirma tenendas:—PRETEREA rex de novo incorporavit omnia suprascripta in liberam baroniam de Lie, ordinando castrum de L. principale messuagium fore:—REDDEND. pro antiqua baronia de Lie par calcarium deauratorum (vel 6 sol. 8 den.), pro Wester Nymphlair &c. unum den., pro dicta advocatione unum den., nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 51.

1950. Apud Quhytehall, 19 Jul.

REX,—pro servitio sibi per ALEXANDRUM STEWART de Gairleis tantis annis elapsis prestito, et quia ab illa antiqua et nobilissima familia de Lennox descendit,—concessit Ludovico Lennocie duci commissionem nomine regio dictum Alex. DOMINUM DE GARLEIS constituendi; dicto honore per dictum Alex. et heredes masc. ejus de corpore legitime succedentes victui de Gairleis possidendo, cum privilegiis ad dominum et baronem parliamenti incumbentibus. xlv. 104.

1951. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX confirmavit cartam M. Richardi Melvill feodatarii infrascriptorum,—[qua concessit NICOLE MELVILL conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Baldovie, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, cum piscaria sua in Southesk, in parochia de Inch(b)ryok, vic. Foirfar:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—RESERVATO libero tenemento Davidi M. de Baldovie patri dicti Ric., et dicto Ric.:—TEST. M. Jo. Dykis ministro, And. Melvill burgen. de Anstruther ex parte occidentali torrentis, Thoma Watsone, Jo. Alexander, burgen. de Austruther ex parte orientali:—carta scripta per Jo. Leslie servitorem Jacobi Key advocati:—Apud Anstruther, 16 Jul. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 43.

1952. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX dedit literas remissionis GULIELMO SANDESONE in Dornoche, GULIELMO MURRAY polentario ibidem, THOME MURRAY ibid., ANGUSIO MURRAY seniori ibid., et DONALDO M'FERSOUN ibid.,—pro crimine adulterii per dictum Gul. S. cum Catherina Innene-Angus V'Kennethe M'Alester, per dictum Gul. Murray cum Joneta Nein-Gilliechrome, per dictum Tho. cum Euphamia Gallache, per dictum Ang. cum Agnete Innene-Thoma

Naglache, et per dictum Don. cum Joneta Fiddes commisso ;—ex eo quod dicte persone injunctionibus ecclesie satisfecerant. xlv. 88.

1953. Apud Edinburgh, 26 Jul.
REX confirmavit cartam quondam Patricii Gordoun de Auchindoun militis,—[qua,—pro perimpletione contractus initi de data apud Findlater, 1 Maii 1592,—vendidit WALTERO OGILVY de Finlater militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Auchindoun et Keithmoir (viz. terras dominicales de Auchindowne cum fortalicio et manerie, croftas de Auchbalrorie et Lagane, terras de Keithmoir, Clunybeg, dimid. de Clunymoir, terras de Milnetoun, molendinum, terras molendinarias &c., Tullochallum, Over et Nethir Thomnavones, Smythistoun, Brigfurde, Badcheir, binas partes suas de Invercherauche et Schanvell, tertiam suam partem de Balchery, cum silvis et forestis de Glenfiddiche et Blakwatter, et reliquis silvis et forestis dicte baronie, parcis, *lie scheillingis* et *scheilinge-plaices*, tenentibus &c., advocationibus beneficiorum et capellaniarum), et terras de Keithebege, vic. Banff :—REDDEND. regi pro dicta baronia jura et servitia debita et consueta ; pro Keithbeg 4 lib. 6 den. feudifirme, necnon cetera in infeofamento dicti Pat. contenta : —cum precepto sasine directo M. Alex. Barclay :—TEST. Jac. Ogilvy de Blerak, Wil. O. ejus fratre, M. Alex. Barclay, Geo. Gavene, Pat. Chalmer notario publico :—Apud Fyndlater, 2 Maii 1592] :—NECNON cartam dicti Walt.,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit GEORGIO MARCHIONI DE HUNTLIE, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—dict. terras et baroniam :—REDDEND. *ut supra* (omissa Keithbeg) :—cum precepto sasine :—TEST. Joanne dom. Abirnethie de Saltoun, Jac. Gordoun apparente de Lesmoir, Jac. Ogilvye de Blerak, M. Rob. Gordoun fratre germano Joannis G. de Petlurge, M. Rob. Paip et M. Wil. Andersoun causidicis Abirdonen., M. Jac. Hendrie et Jac. Andersoun (scriptore carte) servitoribus dicti marchionis : — Apud Huntlie, 10 Jun. 1607] :—INSUPER, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum marchionem ejusque antecessores prestito, dict. baroniam quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 59.

ANNO REGNI 41 ET 5. ANNO DOMINI 1607.

1954. Apud Edinburgh, 29 Jul.
REX,—cum consensu &c. (130. 135. 126.), —concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit FRANCISCO ERROLIE COMITI dom. Hay &c., magno constabulario Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in ejus infeofamento comitatus de Erroll contentis, — villam et terras de Turnaluif, in baronia de Slanes, parochia de Crowden, vic. Abirdene ; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Crowden, vic. Abirdene, et rectorie et vicarie ecclesie paroch. de Erroll, vic. Perth ; —quam adv. de Erroll Petrus Hay filius legit. natu maximus et heres apparens D. Georgii H. de Nethir Liff militis, unius generosorum intimi cubiculi regis, cum consensu dicti Geo., ceteras idem Franc., resignaverunt ; et quas advocationes rex ad dict. terras annexuit :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78. xlv. 50.

1955. Apud Edinburgh, 29 Jul.
REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1194), —concessit OLIVERO ROS in villa de Mayboll, et JONETE GRHAME ejus sponse,—20 solidat. terrarum de Ballaird, 20 sol. de Altikayne, antiqui extentus (per eos occupat.), in parochia de Calmonell et comitatu de Carrik ;—quas Rob. Grahame de Growgar, cum consensu Margarete Montgomerie sponse sue et Willelmi Mackerrell de Hilhous, in eorum favorem resignavit ; et quas rex, pro servitio sibi et predecessoribus suis impenso, dictis Oliv. et Jonete de novo dedit, cum molendino granorum olim super terris de Ballaird situato, et piscatione salmonum et aliorum

piscium infra bondas dict. terrarum :— TENEND. dictis Oliv. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Oliv. quibuscunque :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 60.

1956. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX,—cum consensu &c. (126.), — ad feudifirmam dimisit GEORGIO HUCHESOUN notario in Glasgow, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—peciam terre *lie* Deanefeild jacentem apud burgum de Renfrew ex parte orientali ejusdem (inter dictum burgum et *lie* West-Scheill), in baronia et regalitate de Glasgow, vic. de Lanerk ;—que olim ad decanatum de Glasgow pertinuit :—REDDEND. 3 sol. 4 den., et 8 den. augmentationis ; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 64.

1957. Apud Edinburgh, 5 Aug.
REX confirmavit cartam Archibaldi Newtoun de eodem,—[qua, pro perimpletione obligationis de data presentium, vendidit PATRICIO NEWTOUN filio suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et baroniam de Newtoun, cum manerie loco, molendinis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :— TENEND. de rege :—REDDEND. servitium debitum et consuet. :—cum precepto sasine :— RESERVATO libero tenemento dicto Arch. :— TEST. D. Pat. Hepburne de Wauchtoun milite, Pat. Hepburne de Smetoun, Rob. Home apparente de Heuch, Pat. Carkettill de Markill, Pat. Touris fratre germano D. Georgii T. de Gairntoun militis :—carta scripta per Jo. Ros notarium publicum :— Apud Edinburgh, 5 Aug. 1607] : — INSUPER, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Pat. N. et ejus predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto Pat. N. de novo dedit, cum jure suo ratione recognitionis, nominatim ob dispositionem per dictum Arch. factam Patricio Hammiltoun de Samuelstoun absque licentia regis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 49.

1958. Apud Edinburgh, 6 Aug.
REX,—cum avisamento &c. (119.),—confirmavit cartam Roberti Arnot de Newtoun, —[qua vendidit DAVIDI SMERT portionario de Kingiskettill, in vitali redditu, et ARCHIBALDO SMERT ejus filio, ejus heredibus et assignatis quibuscunque, in feodo, absque reversione,—decimamsextam partem terrarum de Kingiskettill (ultimo per se ab Andrea Alexander conquestam, et per dictum Dav. occupatam), in senesc. et vic. de Fyiff :—TENEND. de rege in feudifirma : —REDDEND. 16 sol. 4 den., 2 bollas $1\frac{1}{4}$ peccas $\frac{1}{48}$ firlote ordei, 4 bol. $2\frac{5}{8}$ pec. avenarum, $\frac{1}{2}$ anserem, $2\frac{1}{4}$ pultreas ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine :—TEST. Tho. Meinzeis de Cultis, Steph. Patersoun clerico senescallatus de Fyiff, And. Stevinsoun burgensi de Faulkland, Davide Cowper servitore dicti Rob. : — carta scripta per Alex. Merschell servitorem dicti Steph. :— Apud Edinburgum, 5 Aug. 1607] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 54.

1959. Apud Halyruidhous, 12 Aug.
REX,—cum consensu &c. (130. 135. 119. 126.),— concessit JACOBO CLELAND juniori filio legit. quondam Joannis C. de Foscan (inter eum et Agnetem Mureheid ejus sponsam procreato), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— terras et baroniam de Monkland subscriptas (viz. terras de Pedderisburne et Brounysyd ac proprietatem earundem, cum carbonariis, silvis, forestis, *lie parkis*, terras de Caldercruikis, Rouchsalloche, Gairtlie et Arnebukkill, Airdry, molendinum de Airdry, terras de Ryzairdis, Kipbyris, Brydenhill, Garverie et Gartluscane, Glentoiris, Kippis, Dundyven et Denebank, Souterhous et Paddochane, et superioritatem earundem, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum parochialium de Monkland et Calder), vic. Lanerk ;—quas D. Tho. Hammiltoun de Binny miles, advocatus regius, in favorem dicti Jac. resignavit ; et quas rex, — pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jacobum et ejus predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,— dicto Jacobo de novo dedit, cum libera foresta infra omnes earum bondas ; et

omnes inseparabiliter ad dictas terras de Brownysyde annexuit :—REDDEND. 35 lib. albe firme, in partem solutionis albe firme in carta dicti Tho. contente :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 56.

1960. Apud Edinburgh, 13 Aug.
REX,—cum consensu &c. (119.),—concessit ROBERTO SCOTT apparenti de Thirlestane—terras de Bourhoup, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk ;—quas Rob. dom. Roxburgh in ejus favorem resignavit ; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob. S., ejus patrem eorumque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Rob. S. de novo ad feudifirmam dimisit, cum duobus lacubus *lie* Sanct-Marie-Lochis de Lowis, cum eorum solo et piscariis, cum potestate dictos lacus aredandi et aliter eisdem utendi tanquam propria hereditate : —TENEND. dicto Rob. S. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, D. Roberto S. de T. militi ejus patri et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., dicti D. Roberti legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque : —REDDEND. pro Bourhoip 20 lib., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; pro lacubus 20 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et perimplendo cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis aut rentalibus contenta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 52.

1961. Apud Edinburgh, 13 Aug.
REX,—cum consensu &c. (130. 119.),—concessit ARCHIBALDO MURRAY de Darnhall, militi,—terras et baroniam de Haltoun-Murray alias Blakbarronie, *lie* Smythislandis et toftam *lie outsett* super iisdem construct. jacen. in *lie* Kirktoun de Ettilstoun, lacum *lie* Watter-loche et ejus piscationes, ¾ terrarum de Cowrope, ¼ terrarum et predii de Cowrope, terras vocat. terras regias, quatuor acras apud *lie* Quhytstane que fuerunt ab antiquo partes dictarum *lie* Kingislandis, terras et villam de Deane-Eister cum pertinentiis *lie* Scottistoun et Prattishill, terras de Howburne, Dowraw et Lambaker, cum castellis, maneriebus, silvis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Peblis ; officium coronatoris vicecomitatus de Peblis ; omnes antea in unam baroniam de Haltoun-Murray alias Blakbarronie incorporatas ; necnon 4 terras husbandias in Ballincreiff (per Adamum Nisbet occupatas), terram husb. ibidem (olim per quondam Jacobum Newtoun occupat.), ¾ terre husb. ibid. (ab antiquo per quond. Eliz. Sinclair occupat.), cum columbario, hortis, domibus ante hortum, acra *lie* Dowcat-aker retro hortum, 28 acras cottagias ville de Ballincreiff, *lie thirl-multuris* et *suckin* totius dominii, ville, terrarum et *lie* Maynis de Ballincreiff, Gosfurde et Spittell, cum castellis, fortaliciis, maneriebus, tenentibus &c., cum officio balliatus ejusdem, terram husbandiam duarum ter. husb. Rowingstounis-landis nuncupat., 2 mercat. 4 sol. 6 den. alterius dictarum ter. husb., in territorio et dominio de Ballincreiff, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ;—quam ¼ de Cowrope Willelmus Murray de Romannos, Rowingstounslandis Marcus Achesoun portionarius de Ballincreiff cum consensu Issobelle Achesone sponse sue, ceteras D. Jo. Murray de Ettilstoun miles, in favorem dicti Arch. resignaverunt ; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictos Jo. et Arch. et eorum predecessores impenso sine defectione,—dicto Arch. de novo dedit, cum communi pastura de Howburne in communia de Quhytbaronie, et potestate lucrandi ibi *lie fewall*, *faill* et *dovatis* :—RESERVANDO dicto Jo. vitalem redditum ; et Domine Margarete Hammiltoun ejus sponse vitalem redditum dict. terrarum de Ballincreiff cum pertinentiis, necnon terrarum de Cloiche, Westloche, *lie* Kirktoun de Ettilstoun cum turre, Lambaker, Deanehauche cum horreo et ripa, et Quhythauchbuttis, partium dicte baronie ; et Margarete Maull filie legit. Willelmi M. decani gilde mercatoris burgen. de Edinburgh, affidate conjugi dicti Arch., vitalem redditum de Kingislandis, Howburne, dimidietatis terrarum et molendini de Nether Fawlaw, et Scheiplaw, secundum contractum matrimonialem inter dictum Jo., cum consensu dicte Marg. H., Andree M. eorum filii et heredis apparentis, et

dicti Arch., ab una, et dictum Wil. Maull ab altera partibus :—PROVISO quod liceret dicto Jo. dictas terras (exceptis ut prius reservatis), vel annuum redditum de eisdem alienare sub reversione non exceden. 10000 merc., ultra summam 1000 lib. cum qua dicte terre de Ballincreiff antea onerate erant :—PRETEREA rex creavit villam de Ettilstoun—in liberum burgum in baronia, BURGUM DE ETTILSTOUN nuncupandum; cum potestate inhabitantibus emendi et vendendi &c., et (cum consensu dict. Jo. et Arch. et non aliter) eligendi ballivos &c., necnon tenendi crucem foralem, et forum hepdomadatim die Sabbati, et liberas nundinas 24 Jun. et 14 Sept., per octavias earundem duraturas, cum custumis &c.:—INSUPER omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Haltoun-Murray alias Blakbaronie, ordinando fortalicium de Darnehall fore ejus principale messuagium :—TENEND. dicto Archibaldo et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus ejus masc., insignia et cognomen de Murray gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter :—REDDEND. pro Howburne unum par calcarium ad festum S. Quintigerni nomine albe firme;—pro ceteris infra vic. de Peblis servitium debitum et consuet.;—pro qualibet terra husbandia de Ballincreiff 2 mercas, 6 bollas ordei, 3 capones, 6 *lie poultrie*, pro columbario, hortis, domibus et Dowcat-aker 300 pullos columbarum, 1000 *lie schirreis*, et 6 sol. 8 den., pro qualibet dict. acrarum 3 sol., et 6 pultreas, pro molendino 8 mercas, in integro (cum dicto officio balliatus) extenden. ad 20 lib., 2 celdras 2 bollas 2 firlotas ordei, cum dictis caponibus, pultreis, pullis et cereis; ac duplum feudifirme in introitu heredum, cum maritagiis cum contingerent; et edificando mansionem de lapidibus et calce, cum plantatione &c.; et inveniendo pro qualibet 10 librata 2 equestres, unum cum lancea alterum vero cum equo onerativo, ad faciendum regi servitium in guerris;—pro Rouingstounslandis unum den. albe firme;—cum aliis devoriis (si que essent) debitis et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 66.

1962. Apud Edinburgh, 13 Aug. REX confirmavit WILLELMO GORDOUN de Abiryeldie, heredibus ejus masc. et assignatis,—terras et baroniam de Abiryeldie et Eistoun, cum fortalicio et manerie de A., silvis, molendinis, salmonum piscariis, *lie scheillingis*, tenentibus &c., terras et villas de Ballogy, Diracroft, cum terris de Milnhoill, terris molendinariis, molendino, astrictis multuris &c., cum monte *lie* Hill de Fair iisdem spectante, cum fortalicio de Ballogy, feudifirmis, cottagiis, tenentibus &c., cum pecia terre super australi et occidentali partibus de Ovir Lurg jacen. vocat. Tullochro et Boigquhorsche (intra bondas specificatas), vic. Abirdene;—quas terras &c. de Abiryeldie et Eistoun idem Wil., superioritatem de Ballogy et seqq. D. Hen. Lindesay alias Charteris de Careistoun miles, proprietatem earundem (de dicto Hen. et ejus predecessoribus dominis de Kinfawnis tentarum) idem Wil., resignaverunt :—PRETEREA rex ratificavit cartam de data apud Careistoun, 17 Maii 1605, per dictum Hen. dicto Wil., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque concessam de dictis terris &c. de Ballogy et seqq., de rege tenendis;—et, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Wil. et ejus predecessores prestito, necnon pro pecuniarum summis persolutis, suprascripta dicto Wil. de novo dedit, cum croftis &c. dicte baronie, et nominatim *lie* Balnacroft, Drumpark, Bellahillach, Tullochoky, Bovaglich, Camlett, Clachinturne, australi molendino de Abiryeldie cum crofta versus orientem dicti molendini, molendino de Quhoilse et ejus crofta, terris de Loinvaig, cum *lie scheillingis* de Glencallader, cum silvis dicte baronie vocatis Craigewis, *lie* Currie, Baddechaber, Garlet, Garchorie, Clasgewis, Baddindy, Cornoichouhin, Clascray, et cum pertinentiis de Milnhoill *lie* Wedset (vel Wodsyde), Eister Milnhoill alias M'Tarie, cum potestate habendi *lie ferrieboit* super aquam de Die pro transportando liegios; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Abiryeldie, ordinando maneriei locum de Abiryeldie principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 122.

1963. Apud Edinburgh, 18 Aug.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit MARCO DUNBAR de Durris, et ISSOBELLE FALCONER ejus sponse, —terras de Greischip, comprehendentes ter. de Thornehill, Mylnefeild et Brownescruik, in baronia de Duffus, parochia de Forres, vic. de Elgin et Forres;—quas, de rege in taxta warda tentas, Wil. Sutherland de Duffus apud Halierudhous in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Marc. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Marci quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. ad 20 lib., et maritagium ad 40 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 63.

1964. Apud Edinburgh, 21 Aug.
REX confirmavit cartam factam per Dav. Forret liberetenementarium de eodem, et Jac. F. ejus legit. filium feoditarium de eodem,—[qua, cum consensu Cristine Meldrum conjugis dicti Davidis et Jehanne Hering sponse dicti Jac.,—pro impletione contractus de data presentium, ac pro 5000 merc. persolutis,—vendiderunt JOANNI MELDRUM filio legit. Jacobi M. in Segiehill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—redimabilem per solutionem dicte summe super premonitione 40 dierum,—annuum redditum 5 celdrarum victualium ($\frac{1}{2}$ hordei et $\frac{1}{2}$ avenarum) cum charitate, in civitate S. Andree cum communi mensura ejusdem deliberandum, de terris suis de Eister et Westir Forrettis, cum molendino, terris molendinariis &c., vic. Fyiff:—REDDEND. dictis Dav. et Jac. unum den. albe firme:—TEST. Jo. Forret filio dicti Dav., Jo. Tarwet, Jac. Reikie, servitoribus dicti Dav., Wil. Stanehous in Segiehill, Pat. Glasfurde, And. Glasfurd (scriptore carte): —Apud Forret, 17 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 79.

1965. Apud Edinburgh, 27 Aug.
REX ratificavit [1] cartam per Wil. Rowane de Ballindene, cum consensu M. Alexandri Inglis Verbi Dei ministri apud ecclesiam de Lownane,—pro impletione contractus de data apud castrum et burgum de Edinburgh, 27 Jun., registrati in libris concilii 30 Jun., 1606,—factam D. Roberto Creichtoun de Cluny militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—de dimidietate terrarum de Lownane alias *lie* Courthill, Dunbarneth, molendini de L. et ejus terrarum &c., vic. Forfar;—TENEND. de rege; —de data apud Edinburgh, 14 Aug. 1607: —[2] cartam per dictos Rob. et Wil., et Cristinam Barclay sponsam dicti Wil.,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh, 12 Aug. 1607,—factam JACOBO CURLE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— de suprascriptis;—TENEND. de rege;—de data apud Edinburgh, 15 Aug. 1607:—[3] cartam per dictum Rob., cum consensu dictorum Wil. et Cristine,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh, 12 Aug. 1607,—factam dicto Jac., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —de terris et baronia de Gardyn (comprehenden. *ut in carta* 1937), vic. Forfar;—REDDEND. *ut in carta* 1937;—de data apud Edinburgh, 15 Aug. 1607:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 65.

1966. Apud Edinburgh, 28 Aug.
REX,—cum consensu &c. (130. 135. 119.), —concessit ARCHIBALDO ARGADIE COMITI dom. Campbell et Lorne justiciario generali Scotie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — feudifirme firmas subscriptas per eum regi pro terris infrascriptis debitas, viz. 66 petras *lie staines* farine et 12 bollas polenti pro 12 mercatis terrarum de Auchincors, 94 pet. farine pro 9 mercatis de Bar, 126 petras farine et 64 bol. polenti pro 17 mercatis de Killonane, 6 pet. farine pro 4 mercatis de Crag, 184 pet. farine et 64 bol. polenti pro 12 mercatis de Carska, 82 pet. farine pro $5\frac{1}{2}$ mercatis de Polomulane, 90 pet. farine et 10 bol. polenti pro 7 mercatis de Kildavie et Glenmuklok, 186 petras farine et 64 bol. polenti pro 12 mercatis de Macharemoir, in dominio de Kintyre, vic. . . .;— 9 petris extendentibus ad bollam farine, et omnibus extenden. ad 6 celdras 10 bol. farine et 13 celd. 6 bol. polenti:—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud Mach-

aremoir capienda pro omnibus staret :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 170.

1967. Apud Falkland, 3 Sept.

REX concessit PATRICIO CON de Auchry, heredibus ejus et assignatis,—umbralem dimidietatem terrarum et baronie de Udoche nuncupatam *lie* Udoche-Brux, comprehendentem umbralem dimid. terrarum et villarum de Hairmos, Wodeheidis alias Leidmure et Wodeheid, villas et terras (de) Ardune, Balquhynouichye, Burnesyde, Overhill et Greinnes, umbralem dimid. molendini, terrarum molendinariarum &c., umbralem dimid. terrarum de Lytill Auchry, molendini, terrrarum molendinariarum &c., cum silvis, piscariis, lapicidiis, moris, marresiis, pratis, pascuis, proprietate et communia, tenentibus &c., proprietate et superioritate, stagnis et cuniculariis, in parochia de Turreff, vic. Abirdene ; —quas Jo. Forbes de Brux cum consensu Issobelle Gordoun conjugis sue in favorem dicti Pat. resignavit ; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Pat. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Pat. de novo dedit, cum terris de Towcher et Graystane deAuchry que fuerunt pendicule dicte dimid. de Lyfill Auchry, et cum fortaliciis &c. ; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Auchry, ordinando maneriei locum de Auchry fore principale messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 67.

1968. Apud Edinburgh, 4 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. JACOBO DOWGLAS de Drumlangrig militi, ejusque heredibus masc. quibuscunque nomen de Dowglas et arma domus de Drumlangrig gerentibus,—dimidietatem 20 libratarum terrarum antiqui extentus de Mowswald, Howquhat et Hatlandhill, cum fortalicio, molendinis, advocatione ecclesie de Mowswald, dimid. 20 libratarum ant. ext. de Logane-tenement cum molendinis, 10 libratarum ant. ext. de Dronok et earum piscarie, 40 solidatarum ant. ext. de Cummertreis, mercate de Stanreis, 20 libratarum de Pennersax cum advocatione ecclesie earundem, 10 mercatarum ant. ext. de Myddilbie cum advocatione ecclesie ejusdem, 5 mercatarum de West Skaillis ant. ext., 2 mercatarum ant. ext. in Hoddum, mercate ant. ext. de *lie* Holmes de Annand nuncupat. *lie* Blewberrielandis, quartam partem mercate de Westwode, dimid. 20 solidatarum de Raffelgill, cum tenentibus &c., in senesc. de Annanderdaill; —que fuerunt Jonete Carrutheris domine Bardannoch, senioris filie et unius duarum heredum quondam Symonis C. de Mowswald, tanquam sororis et heredis quond. Mariote C. alterius filie dicti Sym. ; et quas dicta Jon., cum consensu Andree Rorysone de Bardannoch filii sui et heredis apparentis, apud Falkland in favorem dicti Jac. resignavit ;—necnon advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Penpont, vic. Drumfreis ;—quam ecclesiam commendatarius et conventus de Halywode apud Falkland resignaverunt ;—et quas omnes rex incorporavit in liberam tenandriam de Mowswald :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 73.

1969. Apud Edinburgh, 7 Sept.

Alscheleourebeg, Alscheleouremoir, in dioc. Cathanie, baronia de Strathnavern, vic. Invernes; terras de Kynnald, Golspitoure, Gawe-calmukill (vel Galli-callumkill) cum molendino ejusdem, jacen. in dominio de Sutherland, diocesi et vic. antedictis;—quas idem Hugo personaliter resignavit:—TENEND. dicto Hug. *ut sup.*, dicto Don. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Joanni M'Ky Forbes filio secundogenito dicti Hug., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. inter dictum Hug. et Jeannam Gordoun ejus sponsam procreatis, quibus def., heredibus masc. dicti Hug. de corpore legitime procreandis, quibus def., Willelmo M'Ky Forbes fratri germano dicti Hug., et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Donaldo M'Ky Forbes de Skowrie et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Hug. cognomen et arma de M'Ky Forbes gerentibus quibuscunque, de dicto comite:—REDDEND. servitium warde &c.; necnon relevando dictum com. de feudifirmis de Skaill &c. (usque ad Aschelourmoir), necnon de Langwall, Roswall, Auchinnies et Clebrig si que juste exigi possent; et reddendo in quolibet introitu personaliter fidele et solemne juramentum pro homagio &c.; ac prestando sectam aut presentiam per ipsos aut actornatos ad unum placitum capitale apud villam de Far si peteretur; et relevando dictum comitem de omnibus taxationibus dictis terris autoritate regia imponendis:—ULTERIUS,—quia predecessores dicti Hugonis et Odonei M'Ky ejus patris tenuerunt suprascripta de rege, et tunc dictus Hugo ratione hujus infeofamenti devenerat vassallus dicto com., prout dictus quondam Odoneus devenit vassallus quond. Georgio com. de Huntlie (superiori earundem ratione ejus infeofamenti per Mariam reginam desuper confecti), in cujus jus dictus comes Sutherlandie devenerat tanquam heres quond. Alexandri com. de Suderland patris sui (qui jus suprascriptorum habuit a Georgio marchione de Huntlie herede dicti quond. Geo. ejus avi),—ideo dictus com. de S. suprascripta concessit dictis Hugoni &c. durante tempore warde et nonintroitus pro annua solutione 20 mercarum, viz. 10 merc. pro warda et 10 merc. pro maritagio heredis:—ULTERIUS constituit dictos Hug. &c.—hereditarios ballivos et vicecomites infra dictos limites, cum proficuis eschaete &c.;—et voluit quod unica sasina apud villam de Far capienda pro omnibus staret:—INSUPER voluit quod, si dicti Hugo &c. rebelles denunciarentur et ad cornu regis per spatium anni et diei remanerent, haberent suos vitales redditus et eschaetam pro solutione 10 merc. compositionis:—INSUPER,—quia plerumque accidit quod heredes tallie personas, quibus succedere nominati sunt, omnibus modis conficere nitebantur,—cum consensu dicti Hug., voluit quod si quis heres tallie personam cui succedere constitutus est directe vel indirecte e medio tolleret, caderet a jure, sic quod persone subsequentes in dicta tallia talium facinorum innocentes succederent:—cum precepto sasine directo Hectori Monro de Assint:—TEST. Alex. dom. de Elphingstoun, Alex. Gordoun fratre germano dicti com. de S., Hectore Monro de Assint, Jo. Gordoun apparente de Golspetour, et Joanne Ros servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 16 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 173.

2090. Apud Edinburgh, 28 Maii.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Joannis Abircrumbie de Throsk,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Libram Hammiltoun sponsam suam et Jo. A. filium ipsorum legitimum primogenitum et heredem apparentem ab una, et D. Alex. Drummond de Carnok militem et Agnetam D. ejus sororem ab altera partibus, de data presentium, in libris dominorum concilii registrari continentis,—cum consensu dicte Libre, vendidit dicto JOANNI ABIRCRUMBIE juniori—terras de Throsk, cum decimis garbalibus, predialibus et personalibus inclusis ex eo quod omnibus temporibus retroactis inseparate fuerant, cum manerie loco, silvis, salmonum piscationibus in aqua de Forth, in baronia de Collie, vic. Striviling:—TENEND. dicto Jo. juniori et

heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Jo. seniori et heredibus suis masculis quibuscunque reversuras, de rege (loco monasterii de Cambuskynneth) in feudifirma: — REDDEND. commendatario et conventui dicti monast., et post ejus decessum regi, feudifirmas &c. consuetas:—RESERVATO libero tenemento dictis Jo. seniori et Libre:— cum precepto sasine:—TEST. M. Jac. Drummound fratre germano dicti Alex., Rob. Abircrumbie ephippiario burgen. de Edinburgh, Mich. Abircrumbie filio dicti Jo. senioris, et Jac. Rae servitore dicti Jo. senioris:—carta scripta per And. Cowyie notarium publicum in Airth: — Apud Throsk, 10 Aug. 1604]:—PRETEREA, pro servitio dictorum Jo. senioris et junioris, suprascripta dicto Joanni Abircrumbie juniori de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 175.

2091. Apud Edinburgh, 30 Maii.

REX confirmavit cartam D. Alexandri Fraser de Fraserburgh militis, et Alexandri Fraser ejus filii natu maximi et heredis apparentis,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se ab una, et Dominam ELIZABETHAM MAXWELL dominam de Lochinvar relictam D. Joannis Gordoun de Lochinvar militis, cum consensu Marci dom. de Newbottle, ab altera partibus, de data apud Edinburgum, 31 Maii 1606, in libris dominorum concilii registrandi,—concesserunt dicte Eliz., tunc sponse dicti D. Alex., in conjuncto infeofamento et vitali redditu,—villam et terras de Carnebulg cum fortalicio earundem nuncupat. loco de Phillorth, cum cimbarum piscationibus et cuniculariis, 5 aratra ville et terrarum de Invernorthe, cum novo molendino vocat. de Phillorth, ejus terris molendinariis &c., ac villam et terras de Bunzeatoun, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine, apud locum de Phillorth pro omnibus tradende, directo Jac. Fraser filio dicti D. Alex.:—TEST. Geo. Craufurd de Ainachie, Hugone Crawfurde de Quhitehill, Walt. Fraser portionario de Tyrie, Wil. Agnew de Barmaill, Tho. Gifhart servitore Marci comitis de Lowthiane, Jo. Young scriba signeto regio in Edinburgo (scriptore carte): — Apud Phillorth, 14 Oct. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 17.

2092. Apud Quhytehall, 30 Maii.

REX dedit literas remissionis ALEXANDRO OIG M'ONEILL, pro ejus vita duraturas,—pro ejus proditoria tentione castri et domus de Duniveg intra insulam de Ilay, et inobedientia regis literarum quibus idem castrum Archibaldo comiti Argadie deliberare mandatus fuit; necnon pro ceteris offensis ante diem date commissis,—proditione contra regis personam, mulierum raptu, incantatione et moneta adulterina exceptis. P.R. i. 32.

2093. Apud Palatium de Grenewitche, 31 Maii.

REX constituit ALEXANDRUM ERSKENE filium legitimum Joannis com. de Mar dom. Erskyne et Alloway &c., pro ejus vita,—abbatem et commendatarium abbatie de Cambuskynnethe et spiritualitatis ejusdem tantum;—vacan. per dimissionem Adami commendatarii ejusdem;—concedendo dicto Alex. votum et locum in parliamentis, cum ecclesiis, decimis &c., libere a solutione primi anni fructus, quinti denarii annuatim, monachorum portionum aut aliarum impositionum; cum licentia beneficia, capellanias et altaragia disponendi. xlv. 195.

2094. Apud Palatium de Grenewiche, 31 Maii.

REX constituit HENRICUM ERSKENE filium legitimum Joannis com. de Mar dom. Erskene et Alloway &c., pro ejus vita,—abbatem et commendatarium abbatie de Dryburgh, ac priorem prioratus de Inchemahomo, et spiritualitatis eorundem tantum; — vacan. per dimissionem Davidis commendatarii de D. ac prioris de I.;—concedendo dicto Hen. votum &c. (*ut in carta* 2093). xlv. 196.

2095. Apud Edinburgh, 3 Jun.

REX confirmavit cartam Walteri Cheyne de Arnage, — [qua, — pro perimpletione contractus de data apud Abirdene, 19 Maii 1607,—vendidit M. ROBERTO IRVING

de Moncoffer — villam et *lie* Manis de Arnage, cum manerie et stagnis, et pendiculis *lie* Cardounhill, Auld-Cotter-croftis et Adameshill (prout ex antiquo occupabantur per Wil. Cheyne olim de Arnage ejusque tenentes et servos *lie cotteris* et *grasmen*), cum moris, marresiis, pascuis, pratis, communitate, communi pastura, focagio, focalibus, *faill* et *dovettis*, in baronia de Arnage, parochia de Ellone, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis et eorum assignatis, quibus deficientibus, Joanni Irving de Ardcanfurd et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gilberto et Joanni I. filiis legit. quondam Gilberti I. de Auldquhat, equaliter inter eos dividendas, et eorum heredibus masc. et assignatis quibuscunque, de rege:—cum clausula warrantizationis, excepta reversione in dicto contractu specificata:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Paip advocato in Abirdene, Geo. Trowp burgen. dicti burgi, Pat. Mortimer servitore dicti M. Rob. Irving, M. Wil. Chalmer notario publico Abirdoneis commorante (scriptore carte):—Apud Abirdene, 25 Maii 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 176.

2096. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX concessit NICOLAO ROS de Pitcalnie, in libero tenemento, et DAVIDI ROS ejus filio primogenito et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo, — occidentalem tertiam partem ville et davate terre de Arkboill, cum tertia parte molendini earundem, communitatibus, pasturagiis, portubus marinis *lie sey-portis*, in comitatu de Ros, vic. Invernes;—quam M. Jo. Ros de Lytill Tarrell, cum consensu Cristine Monro sponse sue et Hugonis R. filii sui primogeniti et heredis apparentis, in eorum favorem resignavit; et quam rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictos Nic. et Dav. eorumque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictis personis de novo dedit, cum potestate cimbas piscatorias aliaque tenendi pro captione tam salmonum quam aliorum piscium infra et juxta dictos portus sive infra quamcunque partem maris coram dictis terris tam proprietate quam communitate earundem, et ad colligend. omne genus *lie fischebait*, cum *lie wrak* et *wair*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 177.

2097. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit FRANCISCO ERROLIE COMITI dom. Hay, magno constabulario Scotie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Cremond cum castro et manerie loco (viz. terras de Cremondpark, Blairmormound, Keirneknuischie, Tulliekyre, Cremondhaggillis cum molendino granario, Cremondgorth cum molendino granorum et pendiculo vocato Lochhillis, terras de Cremondmogat cum molendinis granorum et fullonum et pendiculis, viz. terras de Cairnelob, Channarahill, Kairne, Barquhatum et Berriebrae, cum moris, marresiis, pasturagiis, communibus pasturis, lacubus et pertinentiis de Cremond-Rettray, Cremondpark, Cremondmogat et Tullikirie, cum molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus, parcis, tenentibus &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Cremond cum terris ecclesiasticis, decimis &c.), vic. Abirdene;—quas Wil. Hay de Urie in favorem dicti Franc. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 180.

2098. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX ratificavit [1] cartam D. Andree Ker de Phairnyhirst militis, et D. And. Ker de Oxinhame militis ejus filii et heredis apparentis, factam familiari servitori suo D. ROBERTO KER militi, uni virorum generosorum intimi cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—de 10 libratis terrarum de Phairnyhirst, cum molendino et maneriei loco, in baronia de Jedburgh-forrest, vic. Roxburgh;—RESERVANDO dictis And. &c. eorumque heredibus et assignatis, potestatem vendendi et scindendi arbores in silvis dictarum terrarum crescentes;—TENEND. de Willelmo comite Angusie dom. Dowglas et Abirnethie, et post ejus decessum de Willelmo domino Dowglas ejus filio, heredibus ejus et suc-

cessoribus;—de data apud Edinburgh, 20 Maii 1608:—[2] cartam dictorum Wil. com. Angusie et Wil. dom. Dowglas, confirmando suprascripta;—de data apud Vicum Canonicorum, 26 et 27 Maii 1608: —[3] aliam cartam per eosdem And. K. patrem et filium factam dicto Rob., heredibus &c. (*ut sup.*),—de ter. de Rickiltoun, in parochia de . . . . , vic. Roxburgh;—TENEND. de rege;—de data 20 Maii 1608: —[4] aliam cartam per eosdem And. K. patrem et filium factam dicto Rob., heredibus &c. (*ut sup.*),—de terris et dominio de Oxinhame, cum turre et maneriei loco, molendinis, forestis, silvis, piscariis, moris, marresiis, tenentibus &c., cum advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Roxburgh;—et hoc in speciale warrantum suprascriptorum;—TENEND. de rege;—de data apud Edinburgh, 20 Maii 1608:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 225.

2099. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX confirmavit cartam Gulielmi Ochterlony de eodem,—[qua,—pro implemento contractus de data . . Maii 1608, ac pro 2000 mercarum persolutis,—vendidit PATRICIO OCHTERLONYE in Bonhard, filio suo legitimo, et YOWPHAMIE MAULE ejus sponse,—terras et villam de Wester Knox, cum pratis, moris, tenendriis (per Thomam Hendersoun occupatas), in baronia de Kellie, vic. Forfar:—TENEND. dictis Pat. et Yowph. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque, de rege: —REDDEND. jura et servitia secundum tenorem dicti Gulielmi infeofamenti dicte baronie, nimirum summas pecunie pro warda, relevio et maritagio pro rata dict. terrarum:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Guthrie de Kilblathmont, Davide Ochterlonye juniore burgen. de Abirbrothok, Jac. Ochterlony, Jo. Quhyt in Kellie, Pat. Lyell notario:—carta scripta per Tho. Hunter notarium in Dundie:—Apud Kellie, 1 Jun. 1608]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Pat. O. ejusque predecessores prestito, suprascripta dictis Pat. et Ewphamie de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 241.

2100. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Maitland de Lethingtoune,—[qua, virtute contractus de data 20 Nov. 1601, in libris concilii eodem die registrati, vendidit GEORGIO KER de Fawdounsyde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Stevinstoun, cum fortalicio, molendino, piscariis super aquam de Tyne, ac moro earundem, cum advocatione capellanie altaris Sancti Cruoris *lie Halyblude* infra ecclesiam collegiatam de Hadingtoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; —et hoc in excambium dicti Geo. tertie partis terrarum et baronie de Boltoun, cum tenentibus &c., in dictis constab. et vic.:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. Hepburne in Stevinstoun:—TEST. M. Jac. Lauder prebendario de Fardischaw, M. Jo. Paip scriba signeti, Jo. Kello burgen. de Edinburgh, And. Hutoune in Dernik:—carta scripta *ut in carta* 713:—Apud Edinburgh, 6 Jun. 1607]:—INSUPER rex, pro bono servitio, suprascripta dicto Georgio Ker de novo dedit, cum jurisclameo suo ad eadem ratione quacunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 263.

2101. Apud Greinwitche, 8 Jun.

REX,—cum consensu &c. (119.),—ad feudifirmam dimisit capitano DAVIDI MURRAY, in vitali redditu, et M. JOANNI MURRAY ejus filio in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreat. absque divisione, quibus def., heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque,—villam et terras de Annatland, cum acris *lie Aikeris* de Tibbermure, in baronia et dominio de Huntingtour, vic. Perth;—que, tanquam partes baronie de Ruthven tunc nuncupate Huntingtour, regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. Gowrie:—REDDEND. pro Annatland 6 lib., ac 3 duodenas pultrearum, pro dictis acris 6 lib., ac 2 duodenas et 8 pultreas, pro antiqua feudifirma, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 256.

2102. Apud Edinburgum, 9 Jun.
REX confirmavit cartam Alexandri episc. Cathanen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Cathanen., ad feudifirmam dimisit ISSOBELLE MURRAY sponse quondam Jacobi M'Raithe de Ynbo, in vitali redditu, et ROBERTO M'RAITHE filio et heredi dicti Jac. inter eum et dictam Is. legitime procreato (antiquo et nativo feudifirmario et tenenti infrascriptorum), in feodo,—2 davatas terrarum de Ynbo, cum cultura terrarum de novo meliorandarum, in diocesi de Caithnes, vic. Invernes :—TENEND. dicte Is. *ut supra*, dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Georgio Murray de Spanzedaill et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Roberti quibuscunque, de dicto episc. :—REDDEND. 13 lib. 10 sol., et 10 sol. augmentationis ; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Skelbo ; cum ceteris devoriis in antiquis rentalibus contentis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Donaldo M'Phaill civi in Dornoch :—TEST. M. Joanne Gray, Rob. Moncur, Joanne Wilsoun, And. Monro de Tenowar :—carta scripta *ut in carta* 1477 :—Apud Leithe, 15 Jan. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 185.

2103. Apud Edinburgum, 10 Jun.
REX confirmavit cartam factam per M. Pat. Hepburne de Snetoun (Smetoun), et Pat. Cheyne de Essilmont pro ejus interesse,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt PATRICIO HEPBURNE apud molendinum de Abirdour, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras vocatas Auld-Mylntoun de Essilmont, ac parvum molendinum de E. cum ejus terris &c., in parochia de Ellon, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jo. Cheyne de Cleymyres :—TEST. Pat. Con de Auchry, Alex. C. ejus filio, M. Wil. Barclay advocato, Wil. Cheyne in Essilmont, M. Willelmo Lummisdane (scriptore carte) :—Apud Abirdene et . . ., 4 Maii et . ., 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 190.

2104. Apud Edinburgh, 10 Jun.
REX confirmavit cartam factam per Wil. Keith de Ludquharne, proprietarium subscriptorum virtute decreti appreciationis tanquam heredem quondam Gulielmi K. de L. ejus avi,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se, Alex. Keith de Balmuir et Nathanielem Keith de Lytill Coklay a parte prima, Pat. Cheyne de Essilmont et M. Pat. Hepburne de Smetoun a secunda, Alex. Annand de Ochterellene a tertia partibus, de data apud Abirdene et Edinburgum, 4 Maii et 2 Jun. 1608,—cum consensu dictorum Alex. K. et Nath. (dictis Pat. C. et M. Pat. H. ratificantibus), vendidit dicto ALEXANDRO ANNAND, heredibus ejus masc. et assignatis, — *lie* Maynis de Essilmont cum fortalicio et manerie loco, in parochia de Ellon, vic. Abirdene :—REDDEND. regi unum den. si peteretur tantum :—cum precepto sasine directo Rob. Home juniori de Hewche :—TEST. Jac. Ogilvy de Birnes, Rob. Home juniore de Heuche, M. Jac. Annand fratre dicti Alex., M. Wil. Chalmer advocato, M. Wil. Lummisdene filio legit. M. Thome L. rectoris de Kinkell (scriptore carte), Pat. Hepburne apud molendinum de Abirdour: —Apud Abirdene et Edinburgum, 18 Maii et 2 Jun. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 192.

2105. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX confirmavit cartam Jacobi com. de Glencairne domini Kilmawris &c.,—[qua, cum consensu Willelmi dom. de K. magistri de G. filii sui et heredis apparentis, concessit et quitteclamavit ANDREE CREICH mercatori burgensi de Edinburgh, et MARGARETE DICK ejus sponse, in vitali redditu, et ANDREE CREICHE eorum filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Andree C. seniori ejusque heredibus et assignatis quibuscunque reversuras,—terras de Colmanstoun, cum mansionibus, maneriebus, pasturagiis, infra baroniam de Reidhall, vic. Edinburgh ;—quas Jo. Fairlie de Colmanstoun et Magdalena Oliphant ejus sponsa, Tho. F. junior de C. eorum filius et heres apparens et Eliz.

Carkettill ejus sponsa, pro perimpletione contractus de data presentium, in favorem dictorum And. &c. resignaverunt :—REDDEND. dicto comiti 25 merc. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo M. Geo. Tod scribe in Edinburgh :—TEST. M. Malcalmo Colquhoun, Jac. Sempill, servitoribus dicti com., Jo. Carkettill fratre germano Patricii C. de Ovir Libbertoune, Wil. Dick mercatore burgen. de Edinburgh, M. Georgio Tod scriba, Daniele Melvill servitore Adami Lawte scribe in Edinburgh (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 26 Maii 1608] :—PRETEREA, pro bono servitio dicti And. Creich, suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 194.

2106. Apud Edinburgh, 16 Jun.
REX dedit literas remissionis Alexandro alias ALLASTER M'RANNALD de Gargavach, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte necis in Straythardill et Glenschie A.D. 1602 aut eocirca commisse ; ac pro arte et parte ignis excitati in domum commissarii de Invernes, et necis apud eandem facte, A.D. 1601 aut eocirca; necnon pro igne excitato in Atholia mense Jun. 1608, et combustione domus Nigelli Stewart Makgillichallum, et occisione in eadem Joannis Dow M'Gilliechallum ; et pro ceteris offensis quibuscunque ante diem date commissis,—perduellione contra regis personam excepta. P.R. i. 18.

2107. Apud Edinburgh, 18 Jun.
REX concessit GEORGIO MONRO de Meikill Tarrell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eister Aird nuncupat. Corbettislandis, cum molendino, vic. Invernes ;—que fuerunt M. Jacobi Dunbar de Tarbert, aut quondam Alexandri D. de T. ejus fratris, vel quond. Jacobi D. de T. eorum patris, aut quond. Jacobi D. de T. avi dicti M. Jacobi, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per eos aut eorum autores et predecessores factam absque consensu regis ; —et quas rex dicto Geo. (de novo) dedit, cum molendinis, silvis, piscariis, carbonariis, portubus, et presertim cum portubus de Wilkhevin, Cambuschanduick et Portcastell cum anchoragiis, custumis et devoriis, cum tenentibus &c., et cum potestate colligendi *lie wrak* et *wair* infra litus maris juxta dict. terras pro earum melioratione; —et cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 188.

2108. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX,—cum consensu &c. (137. 126.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO DOMINO ELPHINGSTOUN, et ejus heredibus, assignatis et successoribus,—8 bovatas terrarum de Bothkenner (per Hen. Johnestoun in Bothkenner occupat.), vic. de Striviling ;—quarum vitalem redditum Claudius Hammiltoun de Cochnoch et Margareta Betoun ejus conjux, feodum D. Claudius H. de Craigleith eorum filius, in favorem dicti Alex. resignaverunt ;—necnon terras ecclesiasticas, mansionem et glebam ad vicariam de Bothkenner pertinentes, extenden. ad 3 bovatas aut 39 acras terrarum (per dictum Hen. occupatas), vic. Striviling ;—quas, ex antiquo de vicariis de Bothkenner tentas, dictus Claud. senior in favorem dicti Alex. resignavit :— REDDEND. pro dict. bovatis 13 lib. 17 sol. 4 den., 1 celdram ordei, 16 capones, cum arreagiis et carreagiis consuetis (necnon monasterio de Cambuskynneth 8 bollas frumenti), et 6 sol. 8 den. augmentationis ; pro terris ecclesiasticis 12 lib. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 390) :—SALVIS regi piscaria salmonum, *lie grilsis* et *smoltis*, et carbonariis super dictis 8 bovatis :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 198.

2109. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX,—cum consensu &c. (140. 127.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit familiari suo JACOBO DOMINO DE BALMERINOCH, secretario suo ac collegii justitie presidi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —terras et baroniam de Delny, viz. villas et terras de Mekill (Allane alias) Allanemoir et brasinam earundem, Calrossy, Drimmadaet alias Drimmeach, Glastullich,

Drumgilye, Mekill Meddat alias Meddatmoir, cum terris brueriis et brasina *lie ailhous* earundem absque tofta et crofta, terras de Wester Pollo, Baddebaa, Ruiffis, Knoknapark, Ballintrad, Fayclachie, Ardnagavak, Delny cum brasina *lie ailhous* earundem cum tofta et crofta, et aliis 2 brasinis absque tofta et crofta, pomarium de Delny, Calrechie, Inchefurde (Inchefure), Kincraig, Culkenzie, Craigmylne cum multuris et brueriis *lie breuland*, Cumlaochmanoche, Cumlaochmoir, Bracach, Balcony cum brueriis et Flucariscroft, dimidietatem bovate (vel davate) de Culmalachie, terras de Culcragie, molendinum de Alwes (Alnes?) cum astrictis multuris, piscariam *lie Stell* de Ardroy, cum *lie yair* de Balcony et brueriis earundem, (Culcarne cum brueriis), terras de Suardell, Fyres, Culcragy cum molendino et multuris et brueriis, terras de Mylntoun et (de) Culmalochie, Over Culmalochie, piscariam *lie Stell* de Ardroy, piscariam de Ardmoir *lie Stell*, molendinum de Cattoll cum multuris, Litill Skattoll, Rowy, Kynnellane, Wester Dryne, Ardwell cum molendino vocato Tympan-mylne cum multuris, *lie brewhous* de Kynnettis alias Ardwall, Kynnahard, Eister et Wester Achillie, *lie ailhous* de Cowle cum ejus crofta, ac *lie ailhous* ejusdem absque crofta, terras de Park, Ulladell, Mekill Skattoll, Urray, Killchilledrum, Ord cum molendino et brueriis, Bowlar, Balnagowne, Balnaknok, Tarradell cum molendino, fretum *lie ferrie* de Skuttill, Lagireithe cum brueriis, Eister Kessok, fretum de Kessok et piscariam ejusdem vocat. *lie Stell* cum brueriis earundem, terras de Eister Pollo et Auchnacloich, cum mansionibus, maneriis, fortaliciis, cunicullariis, molendinis, silvis, piscariis omnium suprascript., terras de Morichmoir parti maris vocate Brigis finitimas (intra bondas specificatas), in comitatu de Ros, vic. Invernes; terras de Gargastoun, Newtoun et (vel de) Reidcastell cum brasina et *lie* Smyddie-croft, Hiltoun, Mylntoun de Kilboky cum multuris earundem, Drumquhidden, Wester-half-Davachis, Eister-half-Davachis, cum brasina de Davachis et crofta earundem, terras de Killane, Bennagefeild et molendinum de Pitfure cum multuris, terras de Drynie cum brueriis de Petfure, molendinum de Petconnachtie alias Petfure cum multuris et brueriis, in dominio de Ardmannoch, vic. Invernes; villam et terras de Drumdarvet infra dominium de Ardmannoch, villam et terras de Wester Kessok in comitatu de Ros, vic. Invernes (reservando Kennetho M'Keinzie de Kintaill et Joanni Urquhart de Craigfintry omnibus que illis per regem super resignationibns quondam D. Willelmi Keith de Delny militis concessa fuerunt); cum advocatione tam rectorie quam vicarie ecclesiarum parochialium de Kilmurie, Arderscheir, Killernan, Foddertie, Urquhart, Killichreist, Kilmorak, Logy, Tayne, Eddertayne, Suduy, Kynnattis, Rosmarky, Crommartie, Urray, Cullycuddin, Roskene, Kincardin et Alves (Alnes?), et advocatione trium capellaniarum de Alves (Alnes?) super decimis garbalibus dicte ecclesie de A. fundatarum, cum capellaniis de Navaty, Newmoir et Tarlochy, in diocesi de Ros, vic. Invernes;—quas Jo. Keyth de Raveniscraig cum consensu dicti Jo. Urquhart resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Delny:—REDDEND. pro Wester Kessok et Drumdarvet *ut in carta* 1336, pro ceteris *ut in carta* 1331,[1] *precedentis tomi*; et pro dicta advocatione unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 238.

2110. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Jacobi Chisholme de Auchinthesaurare,—[qua, virtute contractus de data presentium, vendidit ALEXANDRO GORDOUN filio naturali Joannis G. de Golspetour, heredibus ejus et assignatis,—villam terrarum de Auchinthesorare, in parochia de Dornoche, diocesi et episcopatu Cathanie (et vic. Invernes):—REDDEND. regi 5 merc. 3 sol. 8 den. feudifirme:—cum precepto sasine directo Donaldo

[1] This charter agrees with No. 1625 of the preceding volume wherever that differs from No. 1331; and it reads 16s. 4d. instead of 13s. 4d. in the *Reddendo* for the first alehouse of Delny.

Macphersoun citinario in Dornoche:—Test. Jo. Gordoun de Gospetoure, Carolo Paip notario publico, Donaldo M'Phersoun et Donaldo M'Phaill citinariis in Darnoche, Joanne Adamesoun servitore dicti Caroli (scriptore carte):—Apud Dornoche, 11 Jun. 1603]:—Preterea, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Alex. et ejus predecessores prestito, dict. villam et terras ei de novo in feudifirmam dimisit:—Reddend. 3 lib. 10 sol. 4 den., et 8 den. augmentationis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 183.

2111. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX confirmavit cartam Davidis episcopi Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit JOANNI MONRO de Lymlaer (filio et heredi quondam Georgii M. de L. filii legit. natu maximi inter quond. Rob. M. de Foullis et Catharinam Ros ejus secundam sponsam procreati), heredibus ejus masculis et assignatis,—terras de Pellok, Lemlaer cum brasina, Kandlochglasis, Balnacoule, Hauchnagall et Bothmoir, in episcopatu Rossen., *lie Mairdome* de Farrindonald, vic. Invernes;—quarum dicti Jo., Geo. et Rob. eorumque predecessores antiqui et nativi feudifirmarii et tenentes ultra hominum memoriam extiterunt:—et dictus episc. voluit quod unica sasina apud Pellok capienda pro omnibus staret:—Reddend. dicto episc. pro Pellok 4 lib. 6 sol., 2 muttones, 6 capones, 6 pultreas, ½ marte custumalis, 2 hedos, 40 ova, bollam *lie suggeroun-aittis*, cum debitis servitiis et ceteris devoriis consuet.; pro Lemlaer 15 lib. 6 sol., 4 muttones, martam custumalem, 12 capones, 12 pultreas, 2 bol. *lie suggeroun-aittis*, 4 hedos, et 80 ova, cum ceteris devoriis consuetis; pro brasina de L. 16 sol., cum ceteris devoriis consuetis; pro Kandlochglassis 41 sol., cum ceteris devoriis consuetis; pro Balnacoule 41 solidos, cum ceteris devoriis consuetis; pro Hauchnagall 5 libras 9 sol., ½ marte, 2 muttones, 6 capones, 6 pultreas, bollam *lie suggeroun-aittis*, 2 hedos, 40 ova, cum ceteris devoriis consuet.; et pro Bothmoir *ut pro Hauchnagall;* et molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Kilterne, et solvendo multuras et debita servitia consuet.; necnon tenentes laborando in sustentatione de *lie yair* de Kirterne secundum quantitatem terrarum conformiter baronie de Farindonald; et feudifirmarii et tenentes veniendo ad curias dicti episcopi apud Canoniam Rossen. et Farindonald quoties requirerentur; et feudifirmarii prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Canoniam Rossen.; et duplicando dictas summas in introitu heredum; et prestando debita servitia consueta:—cum precepto sasine directo And. Munro de Daan tutori de Foullis:—Test. Jo. Corbet de Arkboll, M. Jeronimo Lyndsay de Dynnynnow filio legit. dicti episc., M. Hugone Dowglas, Jac. Wod, servitoribus dicti episc.:—carta scripta *ut in carta* 914:—Apud Letham, 13 Jul. 1607]:—Test *ut in aliis cartis* &c. xlv. 202.

2112. Apud Edinburgum, 24 Jun.

REX confirmavit cartam Davidis episcopi Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit ANDREE MONRO de Culnald filio et heredi quondam Davidis M. de C. (antiquo et nativo feudifirmario et tenenti infrascriptorum), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Nyg, cum brasina et crofta brewerie ejusdem, extenden. ad davatam terre, domos sive *lie girnellis* adjacentes aggeri cemiterii de Nyg, cum custodia loci et manerii de Nyg pro dicti episc., ejus ballivorum et camerariorum receptione quando propriis sumptibus ibi remanerent, orientalem dimidietatem terrarum et ville de Pitcalzeane extenden. ad ½ davate (olim per Alex. Ferne et ejus predecessores possess.), cum integra brasina et bruerie crofta de Pitcalzane, in diocesi Rossensi, vic. Invernes:—et voluit quod unica sasina apud *lie girnellis* de Nyg capienda pro omnibus staret:—Reddend. dicto episc. pro Nyg 12 libras 11 sol., 1 martam, 5 muttones, 4 hedos, 80 ova, 18 capones, 18 pultreas, celdram ordei, 10 bollas avenarum *lie custume* et *suggeroun-aittis*, 40 onera focalium *lie turffis*, cum arreagiis et debitis servitiis et aliis devoriis consuet.; pro *lie girnellis* 4 sol.; pro Pitcalzane 9 lib. 4 sol., ½ marte, 2 muttones, 2

hedos, 40 ova, 6 capones, 6 pultreas, bollam *lie custume-aittis*, cum arreagiis &c. (*ut sup.*); pro brasina et bruerie crofta de P. 21 sol. 4 den., 1 muttonem, 3 capones, et 3 pultreas, cum ceteris devoriis consuetis; et molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Morwoch, et solvendo multuras et debita servitia consuet.; necnon ducendo propriis sumptibus 40 onera focalium (*peitis or turvis*), sumptibus dicti episc. conquesta, ad mansum de Nyg cum requisiti essent; et prestando 4 equos cum omnibus necessariis per 3 dies in ducendo decimas garbales parochiarum de Nyg vel Tarbett propriis sumptibus dummodo requisiti essent; et tenentes laborando in sustentatione *lie yair* de Kincardin secundum ratam terrarum conformiter baronie de Nyg; et feudifirmarii et tenentes veniendo ad curias dicti episc. apud Canoniam Rossen. et Nyg cum summoniti essent; et feudifirmarii prestando tres sectas ad 3 placita capitalia apud Canoniam Rossensem; et duplicando dict. summas in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Finlao Mansoun ministro Evangelii apud Nyg :—TEST. Jo. Corbet de Arkboll, M. Jeronimo Lyndsay de Dynnynnow filio legit. dicti episc., Jo. Monro de Lemlaer, Geo. Monro filio et herede apparente Georgii M. de Mekill Tarrell :—carta scripta *ut in carta* 914 : — Apud Letham, 13 Jul. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 203.

2113. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX confirmavit cartam Davidis episcopi Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit MARGARETE DUNBAR relicte Roberti Lesly de Fynneresse, in vitali redditu, et ROBERTO LESLY de Fynneresse filio et heredi dictorum quondam Rob. et Marg., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Athy &c. (*ut in carta* 3);—quas dicti quond. Rob. et Marg. de rege virtute acti annexationis tenuerunt, in unam baroniam de Athy incorporatas :—et dictus episc. voluit quod unica sasina apud maneriem et locum de Athy capienda pro omnibus staret :—TENEND. de dicto episc.:—REDDEND. *ut in carta* 3 :—cum precepto sasine directo Jo. Clunes de Achintowll burgensi de Cromarthie :—TEST. Jo. Corbett in Arkboll, M. Jeronimo Lyndsay de Dynnynnow filio legit. dicti episc., Jo. Monro de Lemlaer, Georgio Monro filio et herede apparente Georgii Monro de Meikill Tarrell :—carta scripta *ut in carta* 914 :—Apud Letham et . . ., 13 Jul. et . . 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 209.

2114. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX confirmavit cartam Davidis episcopi Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit ANDREE MONRO de Dawachcartye (antiquo et nativo feudifirmario et tenenti infrascriptorum), in vitali redditu, GEORGIO MONRO de Meikill Tarrell ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Kilmure-medhed, Dalnaglerache cum brasina ejusdem, molendinum de Morwach cum multuris ac *lie dry-multuris*, *suckin* et sequelis consuetis, in diocesi Rossen., vic. Invernes:—et voluit quod unica sasina apud Kilmwre capienda pro omnibus staret :—REDDEND. dicto episcopo pro terris 13 merc. 12 sol. 10 den., ½ marte, 3 muttones, 9 capones, 9 pultreas, 2 hedos, 40 ova, et bollam avenarum, cum ceteris devoriis consuetis; pro molendino 32 bol. victualium, cum ceteris devoriis consuet.; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Canoniam Rossen.; et duplicando dict. 13 merc. 12 sol. 10 den. et 32 bol. in introitu heredum :—cum precepto sasine:—TEST. Joanne Corbett de Arkboll, M. Jeronimo Lyndsay de Dynnynnow filio legit. dicti episc., Joanne Monro de Lemlaer :—carta scripta per Tho. Forbes servitorem Adami Lautie scribe infra Edinburgum :—Apud Letham, 13 Jul. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 210.

2115. Apud Edinburgh, 25 Jun.

REX confirmavit [1] cartam Michaelis Balfour de Bandone, et Euphamie Schethum ejus conjugis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, registrari ordinati,—vendiderunt et quitteclamaverunt M. JOANNI CLEPANE burgensi de Bruntyland, heredibus ejus et assignatis

quibuscunque, irredimabiliter,—portionem terrarum de Bandone jacen. apud viam regiam inter Bandone et Pilmure ad Falklandiam ducentem, *contenand* 10¼ *aikeris arrabill land of the Maines of Bandone bewest the said kingis gait* (viz. 6 *lang rigis nixt adjacent to the merche of Pittillo and* 25 *schort rigis besouth the saidis lang rigis*, intra bondas in vulgari specificatas), *and the haill toun and landis of Pilmuire, inche, myre and wardlandis of Bandone and haill remanent landis be-eist the said kingis gait* (intra bondas in vulgari specificat.), occupat. per Davidem Gairdnare, Joannem Olipher et Hen. Low in Pilmuire, Jo. Niniane et quondam Tho. Williamsoun in Bandone, in parochia de Markinche, vic. Fyffe:—REDDEND. regi *the fourt pairt of ane pair of quhyt spuris*, nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Andrea Schethum de Skelpie, Laurentio Balram de eodem, M. And. Wilsone in Brintiland, Alexandro Dick ejus famulo (scriptore carte), Joanne Deware notario publico in monasterio de Hadingtoun:—Apud dict. monasterium, 17 Dec. 1603]:—[2] cartam (dicti) M. Jo. Clephane de Montagart,—[qua, cum consensu Eliz. Balfoure sponse sue,—pro perimpletione litere obligationis de data presentium,—vendidit et quitteclamavit M. WILLELMO FORBES burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — terras suprascript.:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Rob. Orok in Brunteland:—TEST. Jac. Spens de Wolmerstoun, Davide Spens ejus servo, Alex. Dunlope scriba signeti, Jac. Forbes servo dicti M. Wil., Rob. Orrok, And. Glasfurd notario publico:—carta scripta per Wil. Young servitorem dicti Alex.:—Apud Edinburgum, 8 Jun. 1607]:—[3] cartam (dicti) M. Wil. Forbes de Manye mercatoris burgen. de Edinburgh, — [qua, — pro perimpletione literarum obligatorialium de data 31 Maii 1608,—vendidit DUNCANO VEYMES de Pitkenie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras suprascript. (per se a M. Jo. Clephane de Ballintagart conquestas):—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Eistoun scriba signeti regii, Rob. Pringill ejus servo (scriptore carte), Davide Gibsone ejus servo, Tho. Auchinleck commissario de Orknay:—Apud Edinburgh, 7 Jun. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 200.

2116. Apud Edinburgh, 26 Jun.

REX confirmavit THOME LITILL nepoti et heredi Simonis L. infradicti, heredibus ejus et assignatis, cartam quondam Roberti dom. Maxwell ac dom. de Eskdaill,—[qua,—quia integre terre dominii de Eskdaill in manibus regis fuerant ratione nonintroitus per 43 annos, et rex nonintroitum dicto Rob. concesserat, cui dicte terre pro firmis dict. annorum appreciate erant,—pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit (quond.) SIMONI LITELL filio et heredi quond. Simonis L. de Mekilldaill, et ejus heredibus,—terras de Mekilldaill, extenden. ad 23 librat. antiqui extentus, in dominio de Eskdaill, Ewisdaill, vic. Drumfreis:—TENEND. de dicto Rob.:—TEST. Rob. Maxwell filio et herede apparente dicti Rob., Wil. Maxwell de Tynwald, M. Jac. Lindesay, Geo. Ellot, Jo. Johnstoun in Malingschaw, M. Hugone Rig, Wil. Litill, burgen. de Edinburgh, Jo. Buchquhannane notario publico:—Apud Edinburgh, 13 Jun. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 214.

2117. Apud Edinburgum, 28 Jun.

REX confirmavit cartam Joannis Melvill feodatarii de Dysert, — [qua concessit JACOBO MELWILL, filio suo et heredi apparenti,—terras et *lie* Maynis de Mekle Dysert, cum molendinis et terris molendinariis, in baronia de Dysert, vic. Forfar:—RESERVATO vitali redditu dicto Joanni:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Melvill gerentibus, de rege:—cum precepto sasine:—PROVISO quod quandocunque Jacobus Melvill, avus dicti Jo., in vita sua tantum, summam unius *rois-nobill* in ecclesia parochiali burgi de Montrois super premonitione octo dierum persolveret, aut eandem in manibus thesaurarii aut decani gilde dicti burgi consignaret, haberet regressum ad suprascripta:—TEST. Ric. Melvill de Cotsyde,

Alex. Melvill in Dysart commorante, Jo. Erskeine burgen. de Montrois, Jo. Wischart notario publico (scriptore carte) :—Apud Dysert, 8 Maii 1607] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Jo. M., suprascripta dicto Jac. juniori de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 235.

2118. Apud Edinburgh, 28 Jun. REX concessit D. GEORGIO ELPHINGSTOUN de Blythwode (vel Blythiswode) militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kersie cum maneriei loco, vic. Striviling ;—que fuerunt Jacobi Abircrumbie feodatarii de Kersie, de rege (loco monasterii de Cambuskenneth) tente in feudifirma ; et (bonis mobilibus super terras de Kersie et Carriddin frustra quesitis per Jo. Roishill et Jac. Smyth nuncios vicecomites in hac parte), 25 Jul. 1607 (comparentibus Alexandro magistro de Elphingstoun et M. Alexandro King advocato, procuratoribus pro Alexandro dom. Elphingstoun), appreciate fuerunt[1] et Jacobo Elphingstoun de Wodsyde nomine dicti Geo. ejus fratris vendite pro 40000 merc. dicto domino per dictum Jac. A. debitis (virtute literarum obligatoriarum de data 30 Jun. 1607), et pro 2000 merc. pro feodo dicti Jo. Roishill nuncii :—et voluit rex quod dictus Jacobus A., ejus heredes et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 19.

2119. Apud Edinburgh, 28 Jun. REX dedit literas legitimationis WILLELMO DOWGLAS burgensi de Edinburgh, bastardo, filio naturali quondam M. Joannis Dowglas rectoris de Kirkbryde. P.R. i. 22.

2120. Apud Greinwitche, 30 Jun. REX,—cum consensu &c. (126.),—intelligens infrascripta in parliamento apud Perth tento 9 Jul. 1606, pro servitio sibi per HUGONEM DOMINUM DE LOWDOUN tam in privatis quam in publicis negotiis prestito, a corona et a monasterio de Melros dissoluta esse,—concessit et quitteclamavit dicto Hugoni—terras, dominium et baronias de Kylismure et Barmure, cum castris, maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, feudifirme firmis, tenentibus &c., ex antiquo in liberum dominium, baroniam et regalitatem incorporatas, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air ;—que ad temporalitatem dicti monast. pertinuerunt, et regi devenerunt per actum annexationis ;—necnon decimas et redditus tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Mauchlene ;—quos, pertinentes ad spiritualitatem dicti monasterii, Jac. commendatarius de Melros cum consensu conventus ejusdem in favorem dicti Hug. dimiserat :—INSUPER rex,—intelligens villam de Mauchlene ex antiquo erectam fuisse in burgum baronie, —de novo erexit dict. villam, cum domibus, acris, rudis &c.,—in unum liberum burgum baronie, BURGUM DE MAUCHLENE nuncupand. ; cum potestate dicto Hugoni creandi ballivos, burgenses &c. ; et cum potestate burgensibus emendi et vendendi &c. ; et cum potestate tenendi diem foralem hepdomadatim die Saturni, et duas liberas nundinas annuatim, 22 Jul. et 28 Oct., cum tholoniis &c. :—PRETEREA suprascripta a dicto monasterio dissolvit, et erexit in temporale dominium et baroniam de Kylismure et Barmure, ordinando maneriei locum de Mauchlene principale fore messuagium ; —et voluit quod feudifirmarii et tenentes suprascripta de dicto Hug. tenerent ;—et concessit quod suprascripta non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominis taxarentur, et estimarentur et retornarentur ad 22 lib. 4 sol. 5⅓ den. antiqui et 66 lib. 13 sol. 4 den. novi extentus :—PRETEREA ordinavit qualificatos ministros in dicta ecclesia provideri, qui per regem nominarentur, et haberent pro

[1] Names of assize :—Mr David Ogilvy fiar of Petmoweis (chancellor), Jas. Johnstoun of Westerraw, John Symontoun of that ilk, And. Logane of Coitfeild, Joh. Hay of Smethfeild, Wil. Gray of Bandirrane, Cuthbert Cunynghame of Henderstoun, Joh. Elphingstoun of Schank, Mr Duncan Forbes of Letter, Rob. Johnstoun of Powmylne, Geo. Redik of Park, Mr Jas. Wode of Canterlan Rob. Levingstoun of Wester Greneyairdis, Jas. Bruce of Powfoullis, Mr Wil. Naper advocate Clerk of process, James Kynneir notary public and writer to the king's signet.

stipendio 40 bollas farine avenatice et 300 mercas monete, cum sufficiente manso et gleba apud dict. ecclesiam ;—et renunciavit jus suum ad tertias, cum monachorum portionibus, primi anni fructibus et quinti denarii :—TENEND. dicto Hug. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et insignia de Campbell gerentibus :—REDDEND. servitium baronis et domini in parliamento, cum 100 merc. albe firme ; necnon dictis ministris &c. (*ut in carta* 2001) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 208.

2121. Apud Ediuburgum, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam factam per Alex. Gordoun de Baldornie, Geo. G. ejus filium seniorem et heredem apparentem, et per Jo. Gordoune de Buckie pro ejus interesse,—[qua, pro 11500 merc. persolutis,—cum consensu Roberti prioris de Monymuske, et conventus ejusdem,—vendiderunt ABRAHAMO FORBES de Blaktoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Waster Foullis, Craigmylne, Eister Lochill cum duabus croftis ei adjacen., cum molendino de Craigmylne et ejus terris &c., in dominio de Monymuske, vic. Abirdene :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. pro Waster Fowllis 6 lib. 13 sol. 4 den. ; pro Craigmilne cum molendino 3 libras 6 sol. 8 den., 12 pultreas, et 6 sol. pro bondagiis ; pro Eister Lochill 6 libras 13 sol. 4 den., 2 muttones, 24 pultreas, 12 sol. pro bondagiis ; pro dictis croftis 3 lib. ; et 40 sol. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—PROVISO quod si in solutione deficerent sic quod duo termini caderent in tertium, hec carta annullata esset :—cum precepto sasine :—TEST. Georgio Gordoun de Coclarachie, Geo. G. ejus filio et herede apparente, Jac. Lumisdene et Alex. Mathowsoun servis dicti Abr., Wil. Gordoun in Fornatrie, Georgio Jope, Walt. Innes, notariis publicis :—carta scripta per Alex. Irwing apparentem de Lenturk :—Apud Grantulie et Buckie, 28 Apr. et 13 Maii 1607] :—INSUPER rex suprascripta dicto Abrahamo de novo ad feudifirmam dimisit :—et voluit quod unica sasina apud Eister Lochill capienda pro omnibus staret :—TENEND. de rege loco monasterii de Monymusk:—REDDEND. *ut sup.* (vel pro quolibet muttone 10 sol., pro duodena pultrearum 12 sol.), in toto 25 lib. 7 sol. 4 den., cum ceteris devoriis consuetis si que essent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 197.

2122. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX confirmavit cartam Gulielmi Forbes de Monymusk,—[qua, cum consensu Margarete Dowglas conjugis sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Pittarrow, 20 Jul. 1606, et pro magnis pecuniarum summis sibi per (quondam) D. Jo. Wischart de Pittarro militem nomine dotis promissis,—concessit GULIELMO FORBES filio suo legit., et ELIZABETHE WISCHART ejus conjugi, filie legit. dicti Joannis,—terras et baroniam de Portlethin, cum molendino, terris molendinariis &c., cum portu marino *lie heavin* et *anchorage*, cum piscationibus alborum piscium eisdem adjacen., terras de Bolquharne et Claschferquhar cum earum crofta, cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, et cum superioritate et annuis redditibus ac *lie few-maillis* terrarum de Cuikstoun et Auchquhorteis, in parochia de Banchorie-Dennik, vic. Kincairdin :—TENEND. dictis Gul. juniori et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Gul. junioris de corpore legit. procreandis, quibus def., ad dictum Gul. seniorem et heredes suos masculos, cognomen et arma de Forbes gerentes, et assignatos suos quoscunque reversuras, de rege :—cum precepto sasine : —TEST. Wil. Forbes de Polfluge, Jo. et Rob. Forbes filiis dicti Gul. F. senioris, Jo. Forbes de Drumgranen, Jac. Murray notario publico (scriptore carte) :—Apud Monymusk, 6 Jan. 1608] :—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictos Gul. seniorem et juniorem eorumque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dictis Gul. juniori et Elizabethe de novo dedit, cum potestate colligendi *lie wrak* et *wair* infra maris

fluxum infra dictas bondas;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Portlethin, ordinando *lie Peill* de Portlethin principale fore messuagium:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 204.

2123. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX,—cum consensu &c. (130. 126.),—concessit ALEXANDRO CLUNES de Eister Gany, in vitali redditu, et ALEXANDRO CLUNES ejus legitimo filio seniori et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Dunskeithe, et Cowbin tanquam pendiculum ejusdem, cum piscationibus, cimbis piscatoriis, *lie stellis, raidis,* portubus, *lie ferreis* et *ferrei-boittis* (intra bondas specificatas), in parochia de Nig, dominio de Ardmannoch, vic. Invernes;—quas Wil. Hay de Mayne et idem Alex. senior in favorem dictorum Alex. &c. resignaverunt; et quas rex,—pro bono servitio dictorum Alex. patris et filii, ac pro compositione persoluta,—dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum jure suo ratione forisfacture quondam Willelmi Ros de Dunskeithe, 26 Jul. 1605 pro certis criminibus traditionis, furti et *lie murther* convicti, et ad mortem justificati;—et ratificavit cartas per dict. Wil. H. dictis personis desuper concessas:—REDDEND. regi (loco capellanie de Dunskeith) 16 lib., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 199.

2124. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi Maitland de Lethingtoun,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 22 Jun. et 1 Jul. 1608, in libris concilii registrari continentis,—in feudifirmam dimisit JOANNI CRANSTOUN de Skaittisbus, et MARIE CREICHTOUN ejus sponse,—villam et terras de Braidwodsyde et Buchtknow (per Davidem Robertsone occupatas), in baronia sua de Boltoun, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—et hoc sub reversione per solutionem 6000 merc. in ecclesia S. Egidii de Edinburgh, ubi tumuli comitum de Murray et Atholia situati sunt, ad aliquod festum Penthecostes super premonitione 40 dierum, vel dicte summe consignationem in manibus thesaurarii seu decani gilde burgi de Edinburgh:—TENEND. dictis Jo. et Marie in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto Jac.:—REDDEND. 20 mercas:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Pringill portionario de Smelum, Willelmo Cranstoun juniore in Gilmertoun, Roberto Nicoll burgen. de Edinburgh, Jo. Ros servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 4 Jul. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 219.

2125. Apud Edinburgh, 5 Jul.[1]

REX concessit et,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit ALEXANDRO MAGISTRO DE ELPHINGSTOUN, uni senatorum collegii justitie, et Domine ELIZABETHE DRUMMOND ejus conjugi, sorori legit. Jacobi com. de Perth dom. Drummond, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. quibuscunque dicti Alex. cognomen et insignia de Elphingstoun gerentibus,—terras de Rossy, cum fortalicio, carbonariis, tenentibus &c., terras de Pendreich, cum carbonariis, tenentibus &c., vic. Perth; terras de Polknaiff, cum piscariis, tenentibus &c., vic. predict.; terras de *lie* Hallis de Airth, cum piscariis, carbonariis, tenentibus &c., vic. de Striviling; terras de Feddelis cum piscariis, jacen. . . .;—necnon, in speciale warrantum suprascriptorum (et decimarum garbalium de Rossie et Strathie-Chalmer, virtute contractus matrimonialis de data apud Edinburgh, Halyrudehous et Quhytehall, 21 et 28 Apr. et 4 et 23 Jun. 160–, et decreti dominorum concilii et sessionis eidem interpositi 31 Jul. 1607), *lie* Maynis de Kildrymmie cum castro earundem, terras

[1] Dated an. reg. 42 et 6. Placed here according to the A.D. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli,* lib. lxxvii. fol. 213 verso.

burgales cum burgalibus rudis et *lie* Burrowhauch earundem, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de . . ., Gorriehill, Moreiscroft, Brysonescroft, Craigiscroft, Warrokiscroft, Morgunescroft, Willokiscroft, Gairdnerhill, Kinclune et Pittanleth, que fuerunt pendicula de Kildrymmie, in baronia de Kildrymmie, vic. Abirdene; terras de Tempiltoun, Drummalacheis cum molendino, terris molendinariis &c., dimidietatem de Fichelie et Synnaboth, vic. de Abirdene;—necnon dicto Alex., et heredibus ejus masc. cognomen et insignia de Elphingstoun gerentibus,—terras, dominium et baroniam de Elphingstoun, viz. terras et baroniam de E., cum castro, maneriei loco, molendinis, terris molendinariis, carbonariis, silvis, forestis, parcis, *lie haynyngis*, pratis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium cum cimbis, retibus, *lie yairis* et *cruves* et ceteris ingeniis piscationum in omnibus partibus aque de Forth, tenentibus &c., una cum advocatione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Airth, Logy et Strathgaw, cum potestate *lie ferrie-boit* et *cobill* apud Elphingstoun pro liegiorum et extraneorum super aqua de Forth transportatione ex utroque ejus latere tenendi, necnon superioritatem terrarum de Powfowlis, quarteriam de Arthbeg cum carbonariis, terras de Bonnokburne cum molendinis et carbonariis, cum advocatione capellanie S. Niniani, bovatam terre in monte de Airth *lie* Roishill nuncupatam, cum piscariis et carbonariis, terras de Carnok, Querrell et Plane, cum carbonariis, terras de Craiggorth, cum molendinis, silvis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium in omnibus partibus aque de Forth cum *lie cruves* et *yairis*, et carbonariis, terras de Gargunnok, cum castris, manerierum locis, pratis, parcis, molendinis, terris molendinariis, silvis, piscariis, carbonariis, *lie cruves*, tenentibus &c. omnium predictorum, vic. Striviling;—et dimid. terrarum et baronie de Calder cum fortalicio &c., in speciale warrantum *ut in carta* 1162;—(terras) tertie partis de Drumbullis, cum carbonariis, tenentibus &c., vic. Perth; necnon terras, baroniam et regalitatem de Kyldrymmie, viz. terras et baroniam de K. cum castris, manerierum locis, hortis, carbonariis, molendinis, parcis, forestis, *lie glenis*, pratis, *lie haynyngis*, piscariis, annexis, tenentibus &c., et presertim forestis de Corrygarff, Glenuchtie et Bunzeoch, antea per regem in liberis forestis erectis, ac terras de Invernochtie, cum earum fortaliciis, maneriebus, carbonariis, molendinis, silvis, piscariis, parcis, pratis, forestis, annexis, tenentibus &c., una cum advocatione rectorie de Invernochtie et capellanie de Dene, integram villam et burgum in baronia de Kildrymmie, cum firmis burgalibus, annuis redditibus, terris et rudis ejusdem, cum rudis burgalibus et *lie* Burrowmyir, cum *lie* Burrowhauch, Auchinvany et Gallowhillok, cum fortalicio, manerici loco, carbonariis, et cum libertatibus dicti burgi, foro hepdomadatim die Sabothi, liberis nundinis ter annuatim, viz. die S. Barnabe 11 Jun., festo Petri ad Vincula 1 Aug., et festo Omnium Sanctorum 1 Nov., cum custumis magnis et parvis &c., vic. Abirdene; terras de *lie* Kirktoun et terras ecclesiasticas de Kildrymmie, terras de Glenbucheit et de *lie* Tempiltoun de Kildrymmie, cum carbonariis, cum duabus peciis terre (*in carta* 24 *contentis*), cum advocationibus rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Kildrymmie, Glenbuchet, Cabroch, Logymar, Auchindour, Kinbatho, Tarland et Migvie, antea ad baroniam de Kildrymmie annexis; et terras de Drummalacheis cum molendino et terris molendinariis, dimid. terrarum de Fichlie et Synnaboth, extenden. ad 4 libratas 10 sol. antiqui extentus, in baronia de Brux, vic. Abirdene; — quas terras de Drummalacheis et seqq. Jo. Forbes de Brux, cetera Alex. dom. Elphingstoun et dictus magister de E., in favorem dict. personarum resignaverunt;—et quas rex de novo incorporavit in liberum dominium et baroniam de Elphingstoun et in liberam baroniam et regalitatem de Kildrymmie respective (*ut in carta* 1162, includendo Glenbuchet, Drummalacheis et seqq. in baronia de Kildrymmie):—Reddend. pro Feddellis jura et servitia debita et consueta, pro Drummalocheis et seqq. unum den. albe firme, pro ceteris *ut in carta* 1162:—Reservato libero tenemento dicto Alex. dom. E., exceptis illis in quibus dicta Eliz. in con-

juncta infeodatione seu vitali redditu infeodari ordinata est :—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78. xlv. 285.

2126. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX,—cum avisamento &c. (140.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO PITCAIRNE de Pitloure, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —molendinum *lie West-milne* de Stramiglo cum ejus terris &c., 24 acras terrarum de Pitgormo jacen. contigue dicto molend. ad occidentalem finem ville de Stramiglo, in senesc. et vic. de Fyiff; cum communi pastura et privilegio effodiendi focalia, cespites et glebas in *lie* Lowmoundis de Falkland et moris ejusdem ;—quas (molendinum de rege, dictas acras de rege loco abbatie de Balmerinoche, tentas) D. Jac. Scott de Balwerie miles cum consensu Ricardi Maxwell apud dictum molendinum resignavit : — TENEND. in feudifirma : — REDDEND. pro molendino et communi pastura &c. 53 sol. 4 den., cum 24 pultreis, et 20 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ;— pro dict. acris 2 sol., cum uno capone, et 4 den. augmentationis ; necnon duplicando &c. (*ut supra*) : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 207.

2127. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit cartam factam per quondam Wil. commendatarium perpetuum de Calco, et ejusdem conventum,—[qua,—pro benemeritis &c., ac pro magnis pecuniarum summis ad reparationem monasterii sui solo tenus per Anglos destructi persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt (quond.) THOME KER in Quhytmurehall, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. 6 sol. 8 den. terrarum de Quhytmurehall, per eum et ejus predecessores longo tempore preterito occupat. (intra bondas in vulgari specificatas), in baronia de Bowdane, regalitate de Calco, vic. Roxburgh : —REDDEND. dicto monast. 5 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 20 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum :—cum precepto sasine directo Jo. Thomesoun :—TEST. Jac. Ker de Quhitmure, And. Ker de Auld Roxburgh, Rob. Ker juniore burgen. de Edinburgh, Marco Ker ejus fratre :—Apud dictum monast., 19 Apr. 1566] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 220.

2128. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX concessit ARCHIBALDO COMITI ERGADIE domino Campbell et Lorne, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — terras de Banvye, Mikeaniche, Sydlin, Craiglong, Torpich (Corpich?), Invernate, Achido, Kilmalye, Achmobeage, Drumfayerlolliche (vel Drumfayermolach), Faneworwallie, Fasefarna, Stoirsouldak (vel Stonsouleak), Correbeage, Achitoldoun, Keanloche, Drumnasailyie, Culenape, Nahiaho, Clerechaik, Mischerelauch, Trew (Crew?), Salachin, et dimidium Lindali, cum silvis, piscariis, maneriebus, jacen. in Locheild, dominio de Lochabria, vic. de Invernes; — quas Hector M'Clane de Lochboy in favorem dicti Arch. resignavit ; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Arch. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Archibaldo de novo dedit, cum molendino, tenentibus &c.; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Locheild, ordinando maneriem de L. principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 205.

2129. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX dedit literas remissionis JOANNI FORBES filio legitimo Patricii F. in Dunkeld, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Joannis Burges alias Candyman, 24 Sept. 1607 commissa. P.R. i. 20.

2130. Apud Edinburgum, 7 Jul.
REX dedit literas remissionis WILLELMO UDNY feodatario de eodem, WILLELMO MORIESOUN et JOANNI WATSOUN ejus famulis, pro eorum vita duraturas,— pro arte et parte interfectionis Alexandri Chalmeris ejus famuli, per illos non sponte ex precogitata fellonia mense . . 1607 commisse. P.R. i. 23.

2131. Apud Edinburgh, 8 Jul.
REX confirmavit cartam factam per D. Jo. Cranstoun de Smalholme militem feudi-

firmarium et D. Jo. C. de eodem militem liberetenementarium infrascriptorum, et D. Wil. C. feoditarium de eodem militem et Dominam Saram C. ejus conjugem,—[qua,—pro perimpletione literarum obligatoriarum per dictum D. Jo. C. de S. (inibi designatum Jo. C. filium legit. natu maximum et heredem apparentem dicti D. Wil., inibi designati M. Wil. C., inter eum et dictam Saram procreatum), et per ceteros antedictos, et per quondam Dominam Margaretam Ramsay conjugem dicti D. Jo. C. de eodem, factarum de data apud Craling, 16 Dec. 1600, in libris concilii registrandarum,—vendiderunt WALTERO SCOTT de Harden, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Eistir et Westir Kirkhoipis, cum earum fortalicio, manerie loco, silvis, molendinis, piscariis, vic. de Selkirk :—Reddend. regi 40 lib., et 2 sol. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contenta :—cum precepto sasine directo Rob. Greiff in Ramsiclewis :—Test. Joanne Mitchelsone apparente de Currie, Joanne Cranstoun filio Jacobi C. portionario de Bold, Geo. Cranstoun servo dictorum D. Joannis &c., Laurentio Scott advocato, Andrea Hay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto regio (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 21 Maii 1608]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 226.

2132. Apud Edinburgh, 9 Jul.

REX confirmavit (quoad villas et terras et molendinum de Auld Bourtie cum terris &c., et Hilbrey tantum) cartam Patricii Barclay de Towie,—[qua, cum consensu Patricii B. filii sui et heredis apparentis,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit JACOBO SETOUN burgen. de Abirdene ac portionario de Barrache, et MARGARETE ROLLAND ejus conjugi,—villas et terras de Auld Bourtie, cum molendino, terris molendinariis &c., Hilbrey, Selbie, Lochtilloche, cum tenentibus &c., in parochiis de Bourtie et Moncagie, vic. Abirdene :—Tenend. dictis Jac. et Margarete in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. de corpore legit. procreandis, quibus def., M. Georgio S. ejus fratri germano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis et eorum assignatis, quibus def., Joanni Setoun de Meldrum filio quondam Alexandri S. de M., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine directo Joanni Pantoun in Percok de Meldrum :—Test. M. Geo. Seytoun tutore de Meldrum, Jo. Setoun famulo domini de Fyvie, Andrea Barclay nuncio, Willelmo Tailyeoure :—carta scripta per M. Rob. Paip advocatum :— Apud Towie, 8 Aug. 1598] :—Necnon (quoad Craig tantum) cartam Valteri Ogilvie de Finlater militis,—[qua, cum consensu Georgii Pantoun fratris sui filii quondam Jo. P. olim de Petmeddene, et (quond.) Georgii Ogilvie in Aucharne,—pro perimpletione contractus inter se pro ipso et Domina Maria Dowglas conjuge sua, et dictos Geo. P. et Geo. O., ab una, et Jac. Setoun de Bourtie burgen. de Abirdene ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto Jac., et Margarete Rolland ejus sponse,— villam et terras de Craige (prout divise fuerunt per occupationem in proprietate et communitate a villis et terris de Allathein et Ardmoir), cum superioritate solaris dimidietatis ville et terrarum de Tullimad, in baronia de Monycabok, vic. de Abirdeine :—Tenend. dictis Jac. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus masculis dicti Jac. de corpore legitime procreandis, ejus et eorum assignatis, quibus def., M. Georgio S. de Barroche fratri dicti Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., heredibus masc. de corpore quond. Gulielmi S. portionarii de Sklaittie legitime procreatis, quibus def., Joanni Setoun de Meldrum, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione, de rege :—cum precepto sasine directo Arthuro Seytoune in Abirdene :—Proviso quod si heredes masculi dicti Jac. de corpore defecissent, et haberent heredes femellas, dicti heredes tallie persolverent dictis heredibus femellis 10000 librarum in plenam contentationem earum juris et naturalis successionis:—Test. Jac.

Ogilvie de Blarok, Wil. O. de Paldavie, M. Rob. Paip advocato, M. Wil. Chalmer, Gilberto Thomsoune burgensi de Abirdene (scriptore carte), Jac. Davidsoune, notariis publicis:— Apud Abirdein, 13 Jun. et 2 Jul. 1603]:—Insuper, pro bono servitio dicti Jac. S., ac pro compositione persoluta, dict. terras &c. de Auld Bourtie, Hilbrey et Craige de novo dedit dictis Jacobo et Marg., et heredibus tallie respective antea specificatis;[1]—et easdem incorporavit in liberam tenandriam de Craig:—Reddend. servitia et devorias debitas et consuet.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 212.

2133. Apud Edinburgum, 12 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1852),—concessit et, pro servitio facto et fiendo, de novo dedit ALEXANDRO HAMMILTOUN seniori nepoti D. Alexandri H. de Innerweik militis, legitime procreato inter D. Alex. H. de Fentoun militem ejus filium natu maximum et Eliz. Ker ejus sponsam,—terras, dominium et baroniam de Innerweik, cum castro, villa, terris dominicalibus, molendinis, terris molendinariis, portubus maritimis, anchoragiis, *lie waith*, *wrak*, piscationibus tam in aquis recentibus quam salsis, tenentibus &c., in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh, et per annexationem infra baroniam et vic. de Renfrew; terras et baroniam de Ballincreiff, cum manerie, molendinis, terris molendinariis, silvis, carbonariis, lacubus, piscationibus, cunicularis, pratis, tenentibus &c., feudifirmis, comprehendentes etiam terras ecclesiasticas de Bathgait, cum tenentibus &c., et feudifirmis, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Bathgait, vic. Linlithgow et Bathgait, et per annexationem infra baroniam et vic. de Renfrew;—quas dictus Alex. H. de Innerweik, pro perimpletione litere obligatorie in libris dominorum concilii registrate 27 Aug. 160–, personaliter resignavit;— necnon duas terras templarias in territorio de Westhall et Innerweik, et constab. de Hadingtoun; cum pastura 40 ovium, 4 vaccarum et 2 equorum super graminis campis et *lie ley-landis* de Westhall, et aliis pasturagiis in communibus moris adjacen., cum officio balliatus dict. terrarum templariarum, ejus devoriis &c.;—que fuerunt dicti Alex. H. de I., tente de Jacobo dom. de Torphechin, et quas dicti Alex. et Jac. resignaverunt;—necnon terras de Kirkwode (*et ceteras in carta* 1932 *contentas*):—quas dictus Alex. H. de I. personaliter resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Innerweik, ut unica sasina apud castellum de I. capienda pro omnibus staret:—Reservando dicto Alex. H. de I. liberum tenementum omnium; et Domine Cristine Hammiltoun tunc ejus sponse conjunctam infeodationem de Ballincreiff, Kirkwode, Dunpelder et Langlone cum pertinentiis:—Tenend. dicto Alex. H. de I. in vitali redditu, dicto Alex. nepoti et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictos Alex. H. de F. et Eliz. Ker legitime procreatis, quibus def., Jacobo H. legitimo seniori filio inter dictos Alex. H. de I. et Cris. H. procreato, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. inter antedictos Alex. H. de I. et Cris. legitime procreatis, quibus def., dicti Alex. H. de I. legitimis propinquioribusque heredibus masc. et assignatis quibuscunque:—Reddend. pro Innerweik et Ballincreiff jura et servitia warde &c.; pro terris eccles. et advocatione 6 lib. albe firme, pro relevamine domini de Newbottill pro parte annue devorie 400 lib. de dominio de N., cum duplicatione dicte summe in introitu heredum; pro terris templariis cum pertinen. 2 den. albe firme, cum fideli exercitione justitie in dicto officio; pro Kirkwode &c. 10 lib. albe firme:— Reservando dicto Alex. H. de I. durante ejus vita potestatem impignorandi suprascripta pro 40000 lib. (quam impignorationem, et dictas conjunctas infeodationes dicte Cris., et cartam dicto Jac. H., heredibus ejus masculis et assignatis, factam de terris et baronia de Auldhamstokis, dictus Alex. H. nepos post etatem suam 21 annorum completam sine

[1] For "heredibus masc. de corpore quond. Gulielmi S. portionarii de Sklaittie" this clause has "M. Willelmo Seytoun filio legit. quond. Willelmi S. portionarii de Sklaittie."

mora ratificare obligatus est); necnon redimendi suprascripta per solutionem 12 lib. super premonitione 48 horarum infra ecclesiam parochialem de Innerweik, vel consignationem dicte summe in manibus honesti et locupletis viri incole infra constab. de Hadingtoun:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 242.

2134. Apud Edinburgh, 16 Jul.

REX,—cum consensu &c. (126.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. WILLELMO MAXWELL de Cavenis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 10 sol. terrarum aut eocirca de Gaitsyde cum silvis (intra bondas specificatas), per Harbertum Maxwell in Cavenis occupatas, et crottam *lie* Pousyde-croft (intra bondas specificat.), per Ric. Murray et Jac. Betie occupat., in parochia de Kirkbene, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis;—que olim ad vicariam ecclesie parochialis de Kirkbene pertinuerunt: — Reddend. pro Gaitsyde 22 sol., et 2 sol. augmentationis, pro Powsyde-croft 16 sol., et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis aut rentalibus contenta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 206.

2135. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX confirmavit WILLELMO FULLERTOUN de Ardo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Manis de Megill, cum manerie loco, terris fabrilibus, terris brueriis, cum marresio de Megill, *lie boig* crofta et prato dictarum terrarum, necnon partem earundem *lie* Corslett appellatam, cum pastura et aliis privilegiis consuetis in communia de Quhythillis, in baronia de Megill, vic. de Perth;—quas idem Wil. F. personaliter resignavit:—Insuper rex confirmavit cartam quondam Davidis com. Craufurdie dom. Lindesay &c. (qui ultime obiit),—[qua vendidit dicto Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—molendinum de Megill cum ejus terris &c., vic. de Perthe:—Reddend. regi unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, excepta alienatione de eisdem per se facta quondam M. Thome Bannatyne de Newtyld et Mariote Gilbert ejus sponse in conjuncta infeodatione, et M. Jacobo B. eorum filio et heredi, sub reversione 3000 mercarum, cum assedatione eorundem pro 19 annis a tempore redemptionis pro annua solutione 40 lib.:—cum precepto sasine: — Test. Alex. Douglas servitore dicti Dav., Hen. Grahame servitore dicti Wil., Alex. Leane servitore dicti Dav.:—carta scripta per Jo. Ouchterlony servitorem Joannis Ramsay commissarii Brechenensis:—Apud Finnewin, 17 Mar. 1607]:—Necnon cartam Thome Fothringhame de Powrie,—[qua, pro se et Eliz. Weyimis conjuge sua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, et dictum Wil. et Adamum Fullertoun apparentem de Ardo ejus generum et fidejussorem ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—villam et terras de Halyairdis, in baronia de Ballindoche, vic. Perth:—Reddend. regi unum den. albe firme: — cum precepto sasine:—Test. (ad subcriptionem dicti Tho.) Alex. F. fratre suo germano, Rob. Erskene de Ardestie, Tho. Fothringhame servo dicti Tho. F. de P., Jo. Durhame in Grange, Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay ejus servo (scriptore carte); (ad subscriptionem dicte Eliz.) D. Jo. Ogilvie de Inverquharritie milite, Henrico Stewart servitore Davidis comitis Craufurdie dom. Lindesay &c., Alex. et Tho. Fothringhames prescriptis, Abrahamo Piggot notario:—Apud Edinburgh et (Westir) Powrie, 2 et 14 Jun. 1608]:—Preterea,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Wil. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, — omnia suprascripta dicto Wil. de novo dedit, et in liberam baroniam de Fullertoun incorporavit, ordinando maneriem de Halyairdis principale fore messuagium:—Insuper erexit villam de Megill—in liberum burgum in baronia, BURGUM DE MEGILL nuncupandum; concedendo inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c.; et dicto Wil. potestatem creandi liberos burgenses, ballivos &c., necnon erigendi crucem foralem cum pretorio; cum potestate tenendi diem foralem hepdomadatim die Martis, et duas

liberas nundinas annuatim, 30 Jun. et 28 Oct., cum tholoniis &c.:—Reddend. 3 den. albe firme:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 213.

2136. Apud Edinburgh, 23 Jul.
REX confirmavit cartam factam per Davidem com. Craufurdie dom. Lindesay &c., cum consensu Joannis dom. Lindsay de Byris, Jacobi Lindsay fratris germani dicti Dav., et Davidis Lindesay de Balgawies (filii quondam D. Walteri L. de Balgawyis militis),—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 31 Maii, in libris concilii et sessionis registrati 1 Jun., 1608, necnon litere obligatorialis de data presentium,—vendidit THOME FOTHRINGHAME de Westir Powrie—villam et terras de Kirktoun de Inveraritie, terras de Parkyet, molendinum granarium de Inveraritie cum ejus terris &c., terras de Unstoun, Braktillo, dimidietatem terrarum de Carrett, villam et terras de Bonytoun, peciam terre nuncupat. *lie* Guislandis de Inveraritie, cum earum silvis, parcis, pratis, piscariis, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Inveraritie, terras *lie* Litill Torbrax, cum moris *lie mures* terrarum et baronie de Inveraritie terrarumque de Kirktoun de I. et Parkyett, jacentes naturaliter in parochia de Inveraritie, vic. Forfar; terras *lie* Cuschetgrene (per Tho. Sinclare in Unstoun occupat.), in baronia de Downy, vic. Forfar; necnon superioritatem terrarum de Mekill Torbrax, Labothie, Newtoun et Balgirscho, et alterius dimid. de Carrett (cujus proprietas ad . . . . Guthrie de Kincaldrum pertinuit): — Tenend. dicto Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro F. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Alexandro F. de Scheillhill et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Thome F. filio quondam Davidis F. patruelis dicti Tho. F. de P., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicti Tho. F. de Westir P. legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen de Fothringhame et insignia domus de Westir Powrie gerentibus, irredimabiliter, de rege:—Reddend. unum den. albe firme: — cum precepto sasine:—Test. Wil. Foullertoun de Crago, Jacobo Betoun de Westhall, Davide Wilsoun servitore dicti Tho. F. de Powrie, And. Hay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto regio, Davide Campbell servitore dicti Dav. Lindesay de Balgawiis:—carta scripta per Jac. Ramsay servitorem dicti Jac. K.:—Apud Edinburgh, 16 Jul. 1608]:—Insuper, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Tho F. de P. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto Tho. F. de P. de novo dedit, et in liberam baroniam de Inveraritie incorporavit, ordinando *lie* Kirktoun de Inveraritie principale fore ejusdem messuagium:—Reddend. *ut sup.*:—Test. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78.
xlv. 211.

2137. Apud Edinburgum, 23 Jul.
REX dedit literas legitimationis JOANNI STRAUCHIN in Creif, bastardo, filio naturali quondam Roberti S. servitoris quondam . . . . Ramsay de Balmane.
P. R. i. 21.

2138. Apud Theballis, 24 Jul., et apud Edinburgh, 18 Aug.
REX,—cum avisamento &c. (130. 135. 126. 140.),—pro servitiis sibi tam in teneris annis suis quam jugiter postea per 30 annos prestitis cum in privatis tum in publicis rebus tam in Scotia quam in Anglia,— concessit DAVIDI DOMINO DE SCONE—principalem mansionem, maneriem et locum monasterii de Scone, cum domibus, hortis et aliis intra precinctum ejusdem, cum *lie office-housis*, columbariis, viridariis et aliis eidem adjacen., *lie* Maynis alias *lie* Hauchis de Scone, cum pratis &c., villam, terras et acras de Scone cum annuis redditibus earundem, cum valle de S. et ejus piscationibus tam salmonum quam aliorum piscium super parte aque de Tay vocata *lie* Heidis de S., vivaria genistarum *lie Brumeparkis* de S., morum de S., cum aliis moris, *lie scheipsteidis*, pasturis, prediis et pasture privilegiis olim ad abbatiam de S. spectantibus, terras et baroniam ex antiquo baroniam de Gowrie tunc de Scone nuncupat., viz. terras de Over et

Nether Cloquhat, *lie* Maynis de Cruquhye, Woltoun et Haltoun de Cruquhie, *lie* Maynis de Mawes, Muretoun de Cruquhye, Meikil Blair, Abden de Blair, Breuland de Blair, molendinum granarium de Blair, Newtoun de Blair et *lie Wodland* ejusdem, Parkheid, Valtoun de Blair, Littill Blair, Lochend cum lacu de Blair et ejus piscariis, Wester Banchrie cum molendinis granariis et fullonum, Eister Banchrie, Morgostoun et Roquhalyie, cum salmonum piscaria de Keith et *lie Wodland* ei adjacen., omnes supra aquam de Ylay (*Abone-the-water-of Ylay*); terras de Fotherinnis cum molendino fullonum, Kynnochrie cum molendino granario, terras de Craigmakkerne cum *lie Cuthill* earundem, Byris, Pitlochrie, Cambusmichaell et molendinum granarium earundem, silvam de Cambusmichaell cum ejus solo et *lie Wodlandis*, cum salmonum piscariis de Cambusmichaell, Aikinheid, Over Colane et Nether Collen cum salmonum piscariis, Innerbuse cum molendinis granariis et fullonum, Lethindie, Argilzeane, Freirtoun, Barclayhoillis, Newtoun vel *lie* Newmylne alias Bossindie, Gordrummes, Schirrefstoun cum salmonum piscariis, Lochtoun, Balbuthie, Spoutwallis et *Scheipstandis*, Bonhard, Boghall, Balgarvie, Poikmylne et Kincarroquhy, cum molendinis granariis et fullonum, cum croftis et 4 acris dict. molendinorum, terras de Balquhormok, Amerland, Chapelhill, Chappelyaird, croftam juxta Schirrefstoun, Sconeshauch, Auchnapoppill, Braco, Warkland et Holme (Hole?), Sandiehill, Bernard, Sconeiscroft, acras de Scone vocatas acras de Balbuthie, Pryoriscroft, Dowcatcroft, Guiscroft, James-Henrysones-croftis, conventu(u)m domos in villa de Scone cum hortis, croftas M. Andree Strang, croftam Wil. Monypenny, croftam And. Merchell, croftam Joannis Ca(r)ver, *lie* Kingis-orchard, Braidcroft, Scawcroft, Watterland, terras de *Scheipstandis* vocat. Balbuchrie, Spoutwallis, Lymepottis, Over et Nether Pitlowie et Pawnishill, mansionem vocatam Lymepottis, omnes subtus aquam de Yla; terras de Craigtoun cum molendino granario et piscariis, terras templares de Kinphaunis, secundas decimas de Kinphownis, terras de Segydene, Kirkstyle, Deinschorro (Inschyra?), Maynis de Clein, ceterasque terras, toftas, croftas et acras de Clein, cum ruinosa mansione et manerie de C., *lie* Chappelyairdis, *lie* Gairdnarislandis, pratis, silvis, vivariis, *lie Wairdet Myre* de Clein, *lie* Hoill de C., molendinum granarium ville de C. cum ejus pasturagiis &c., 11 acras terrarum ad dictum molend. pertinentes, cum privilegio de *lie brewing* dicte ville de Clein, terras de Arnebothrie et Over Fyngask, terras ecclesiasticas de Rait, secundas decimas de Rait, canum triticum de Glendowok et Inschmertein, terras de Nether et Over Durdie et molendinum de Dunduff, omnes subtus ripam (*Under-the-bray*); terras et villam de Kirktoun de Lyff, cum terris brueriis, *lie* Brighous ac molendinum granarium earundem, terras de Nethir et Eister Lyff, Waster et Middill et Eister Gourdie, Pittelpie, Dryburgh, Blaknes, Balgawie, Balgartnay, Logie, Eister Invergowrie, Wester I. cum molendinis granariis et fullonum, Denemylne, Smyddiecroft et Durgo, omnes in parte dicte baronie vocata Angus; et ceteras terras, silvas, insulas, lacus, salmonum piscarias, castra et alia quecunque ad dominium et baroniam et monasterium de Scone spectantia, aut tertiam aut binam partem, cum tenentibus &c., firmis feudifirmariis, *lie dargis*, servitiis et devoriis, cum advocatione capellaniarum et altaragiorum ab antiquo ad dictum monast. spectantium; cum annuis redditibus et hospitiis ejusdem tam Parthi, Scone, Deidone, Edinburgi, Strivilingi, Inverkething et Abirdonie quam alibi in Scotia; cum decimis garbalibus, aliis decimis tam rectorie quam vicarie, tam tertie quam bine partis redditibus ecclesiarum parochialium de Scone, Kilspindie, Rait, Logie, Lyfe, Invergowrie, Ragortoun, Logierait, Blair, Echt, Kinphawnis, Cambusmichaell, mansionibus et glebis earundem; cum *lie teind-pennyis* wardarum, releviorum, extractuum curiarum, justiciarie et camerarii itinerum et vicecomitatuum curiarum, et omnium eschaetarum et casualitatum ad regem pertinentium infra vic. de Perth, in quantum ad dictum monasterium pertinuerunt;—que omnia in ultimo parliamento, tento mense . . 1606, a corona et dicto monast. dissoluta sunt;—

et que rex incorporavit in liberum temporale dominium et baroniam de Scone, dando dicto Davidi titulum et honorem liberi baronis ac domini in parliamento, DOMINI DE SCONE vocand., et quod dict. dominium insigniis et armis celebraretur, et ordinando villam et terras de Invergowrie fore principale messuagium: —PRETEREA dictum monast. dissolvit; et ordinavit quod feodatarii et tenentes suprascripta de dicto Dav. tenerent; et quod dicte terre &c. non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominiis taxarentur; et quod censerentur et retornarentur ad 200 libras antiqui et 600 libras novi extentus;—et renunciavit jus suum ad tertias cum monachorum portionibus, primi anni fructus et *lie fyft-penny*: — INSUPER ordinavit sufficientes ministros apud unamquamque dict. ecclesiarum provideri, qui per regem nominarentur, et haberent stipendia subtus specificata, viz. minister apud ecclesiam de Scone 6 celdras 11 bollas victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum vicaria dicte ecclesie, et sufficiente mansione et gleba juxta dict. ecclesiam; minister apud ecclesias de Kilspindie et Rait (unitas per dominos modificatores stipendiorum) 6 celd. victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum vicariis mansionibus et glebis ambarum dict. ecclesiarum; minister apud ecclesias de Logie, Lyff et Invergowrie (unitas *ut sup.*) 6 celd. victualium (viz. 2 celd. ordei et 4 celd. farine), cum vicariis mansionibus et glebis omnium dict. ecclesiarum; minister de Rogortoun 40 bollas victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum vicarie mansione et gleba; minister de Logierait 400 merc., cum vicarie mansione et gleba; minister de Blair 5 celdras victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum vicarie mansione et gleba; minister de Echt 200 mercas, cum vicarie manso et gleba; minister de Kinphawnis 5 celd. victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum mansione et gleba; minister de Cambusmichaell 40 bol. victualium (⅔ farine et ⅓ ordei), cum vicaria manso et gleba:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Andree Murray de Balvaird et heredibus &c. (*ut sup.*):—REDDEND. servitium baronis ac domini parliamenti, cum 1000 lib. albe firme; necnon dictis ministris stipendia supradicta, et inveniendo &c. (*ut in carta* 2001):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 234.

2139. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX confirmavit cartam Laurentii dom. Oliphant,—[qua,—pro perimpletione litere obligationis de data apud Edinburgh, 22 Jan. 1607,—concessit consanguineo suo WILLELMO OLIPHANT, filio legitimo natu maximo et heredi apparenti quondam Willelmi O. de Gask,—terras de Gask, et villas *lie* Ovirtoun seu *lie* Kirktoun de Fyndogask, ter. de Westir Cluthy (Clathy?) et earum pendicula, viz. Drwmend et Mureheid, in baronia sua de Gask, parochia de Fyndogask, vic. Perth:—RESERVATIS dicto Laur. liberum tenementum omnium; ac Domine Lilie Drummound conjugi sue libero tenemento dicte Ovirtoun:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Laurentio O. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio O. ejusdem fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto domino suisque heredibus masc. quibuscunque reversuras, de dicto domino:—REDDEND. unum den. albe firme; cum sectis et presentiis ad tria placita capitalia baronie de Abirdagy; necnon dicto domino serviendo tempore guerre pro regis servitio propriis expensis, et in dicti dom. licitis et honestis causis expensis dicti dom.; cum prohibitione alienandi absque consensu dicti dom.:—cum precepto sasine directo Joanni Murray de Tibbermure:—PROVISO quod quandocunque dictus dom. et heredes masc. ejus de corpore legit. procreandi solummodo persolverent *ane rois-noble* infra ecclesiam parochialem burgi de Perth, aut idem super premonitione 8 dierum in manibus decani gilde seu thesaurarii burgi de Perth consignarent, haberent regressum ad suprascripta:—TEST. Wil. Moncreiff de eodem, Davide Broun de Fynmonth, Geo. Oliphant de Bachiltoun, Rob. Lundy feodatario de Conland, Davide Rollok notario servo dicti domini:—carta scripta *ut in carta* 914:—Apud Kellie, 20 Apr. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 4.

ANNO REGNI 42 ET 6. ANNO DOMINI 1608.

2140. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX,—cum consensu &c. (136.),—confirmavit cartam Davidis Swyne, filii legit. quondam Stephani S. de Kirkland de Methell,—[qua, cum consensu Egidie Wilsone relicte dicti Steph.,—pro impletione contractus de data presentium,—vendidit et quitteclamavit D. GEORGIO BOSWELL de Balgonie militi, fratri germano D. Jo. B. de Balmowtow militis, et ELIZABETHE HAY ejus sponse affidate,—solarem suam dimidietatem ville et terrarum de Litill Balgonie (per dictam Egid. occupatam), olim quond. Jacobo Colvill de Balbedie spectan.,—necnon, in specialem warrantizantiam ejusdem, umbralem dimid. ville et terrarum de Balbedie, olim eidem Jac. spectan. (per Archibaldum Law occupat.),—in dominio de Lochoirschyre, parochia de Auchterderay, vic. Fyffe :—TENEND. dictis Geo. et Eliz. heredibusque inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Pat. magistro de Sinclair, Wil. Chalmer feodatario de Drumlochie, Rob. Swyne de Kirktoun de Methell, Jo. Lyndsay in Westir Clentrey, Geo. Allerdyce de Skeddowy :—carta scripta per Rob. Bonar filium legit. Joannis B. in Inverkething :—Apud Balgony, 28 Jun. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 326.

2141. Apud Edinburgh, 6 Aug.
REX confirmavit cartam Alexandri episc. Cathaniensis,—[qua,—intelligens GEORGIUM MURRAY de Spanziedaill, filium legit. natu maximum et heredem quondam Joannis M. de S. (qui obiit ultimo vestitus et sasitus), et ejus predecessores antiquos et nativos hereditarios tenentes infrascriptorum ultra hominum memoriam extitisse,—cum consensu decani et capituli sui, ratificavit omnes cartas dicto Geo. vel ejus predecessoribus per se vel predecessores suos desuper factas ;—et de novo dedit dicto Geo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et tenementa subsequen. infra burgum de Dornoche, viz. croftam Pedde super Knokloft (inter terras Doin-Kenneth et croftam episcopi), croftam que dicitur Kilcroft (inter croftam Davidis Mody et Doin-Kenneth, arenas maris et tenementum dicte crofte), croftam que dicitur Butte (inter communem viam ad Deanisfeild, terras Alex. Moravie, torrentem et fontes), croftam que dicitur Chamcroft (inter croftam D. Jo. Poilsone precentoris Cathaniensis, terras de Colme et dictam viam), 2 riggas nuncupat. Doin-Tronacht (Knoknecclie ex occiden., Colme et torrentem ex orien. et boreali, et Crofte-Fedde ex australi), croftam que dicitur Vellandcroft (inter dict. viam, croftam S. Fynbarri, croftam de Dinnett, croftam Criste Poilsone, croftam Davidis Mody, Knoknecclie et caput versus Doinfade), croftam que dicitur Croftknok (inter croftam Negay, Chamcroft, Sandcroft et croftam Donaldi Makgillimoir), tenementum circa torrentem ville de Dornoche (ex occiden. dicte crofte Negay, juxta tenementum domini de Fors, continen. 1½ rudas), tenementum prope crucem forinsecam et cemiterium ex boreali crucis (continentem 1 rudam), tenementum ex boreali ecclesie S. Fynbarri versus orien. prope torrentem, cum horto ejusdem retro :—TENEND. de dicto episc., sicut aliquis burgensis infra Scotiam aliquod burgagium liberius tenuit :—REDDEND. 3 sol. :—cum precepto sasine :—TEST. M. Jac. Strathauchin, Rob. Moncur, servitoribus dicti episc., Dunc. Dundas mercatore, Tho. Innes servo dicti Georgii :—carta scripta per M. Geo. Monro juniorem in Edinburgo :—Apud Letham, 3 Aug. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 229.

2142. Apud Edinburgum, 6 Aug.
REX confirmavit GEORGIO MURRAY de Spanzedaill, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Spanzedaill cum molendino, Acharres, Floide et Pulrossie, in dominio de Sutherland, vic. Invernes ;—quas idem Geo. 4 Aug. 1608 resignavit ; et quas rex, — pro servitio sibi et suis progenitoribus per eum et ejus antecessores prestito, ac pro compositione

persoluta,—dicto Geo. de novo dedit, cum terris de Glencowle, salmonum piscationibus dict. terrarum, *lie scheillis*, *grassinis* et *pasturis* de Glencowle, molendinis, silvis, *lie wrak* et *wair* super litore marino, cum portubus marinis, freto et cimbis freti super aquam de Portnaculter, per eum et ejus predecessores ultra hominum memoriam possessis; et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Pulrosse, ordinando domum super terris de P. principale messuagium fore:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 230.

2143. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Jacobi Dowglas de Cavers, — [qua, — intuitu contractus matrimonialis de data 1 Jun. 1580, in libris concilii registrati, necnon contractus inter se et MARGARETAM CRANSTOUN sponsam suam et Wil. D. ipsorum filium et heredem apparentem ab una, et Eliz. Maitland relictam Willelmi Dowglas de Quhittinghame, Arch. D. tunc de Q. et M. Ric. D. de Brokhoillis ejus fratrem, et Annam D. filiam legit. dictorum Wil. et Eliz., ab altera partibus, de data apud Edinburgh et Hadingtoun, 6 et 8 Feb. 1606, penes matrimonium inter dictos Wil. filium suum et Annam,—vendidit dicte Margarete, in vitali redditu,—terras de Trowis, Cott, Eschiebank, Eister Yarliesyde, cum molendinis, terris molendinariis &c., in baronia de Cavers, vic. Roxburgh; —et hoc in plenariam contentationem terrarum de Wester Yarliesyde et Westmanis de Cavers, cum molendino vocato Cauldmilne, ejusdem terris &c., in dictis baronia et vic., in quibus dicta Marg. in vitali redditu infeodata erat:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Tho. Turnebull de Mynto:—TEST. Tho. Turnebull de Mynto, Wil. Douglas de Toftis, Roberto Allensone notario ac clerico vicecomitatus de Roxburgh, Willelmo Newby nuncio:—carta scripta *ut in carta* 713:—Apud Cavers, 20 Maii 1607]:—INSUPER suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P. R. i. 24.

2144. Apud Edinburgh, 9 Aug.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam quondam Joannis Logane de Coitfeild,—[qua, cum consensu (quond.) Jeanne Forbes sponse sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se, dictam Jean., et And. L. filium suum natu maximum et legitimum, et Jo. Logane de Schirefbrayis, And. Logane portionarium de Grantoune et Geo. Logane de Bonyngtoune cautionarios, ab una, et Alesonam Heriot relictam Joannis Rentoun de Billy et Eliz. Hoppringill ejus filiam legit., et Tho. Fawsyde de eodem et . . . cautionarios, ab altera partibus, de data apud villam de Leith, 10 Jul. 1588,—vendidit dictis ANDREE LOGANE filio suo, et ELIZABETHE HOPPRINGILL ejus sponse future in ejus pura virginitate,—terras nuncupat. Coitfeild, cum tenentibus &c., in territorio de Restalrig, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis And. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Andree quibuscunque, de monasterio Insule S. Columbe in feudifirma:—REDDEND. 33 sol. 4 den.:—RESERVATO libero tenemento dictis Jo. et Jean.:—cum precepto sasine directo M. Hen. Logane scribe:—TEST. Geo. Hoppringill de Torwodlie, Pat. Logane filio secundo natu dicti Jo. L., Tho. Rae servitore dicti Geo. H., Willelmo Mosman, Jac. Logane, notariis publicis, Jacobo Barcley servitore dicti Jo. L.:—Apud villam de Leith, 10 Aug. 1588]:—NECNON dictas terras dicto And. Lougane, tunc de Coitfeild, et dicte Eliz. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi 33 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 222.

2145. Apud Edinburgh, 10 Aug.

REX concessit D. WILLELMO HOME de Quhytlaw militi, servitori suo, et Domine MARIE QUHYTLAW ejus sponse, filie legit. natu minime heredique portionarie quondam D. Patricii Q. de eodem, in conjuncta infeodatione, et eorum heredibus et assignatis quibuscunque,—terras de Quhytlaw, cum manerie, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—

quarum unam tertiam partem D. Alex. Hammiltoun de Innerweik miles et D. Alex. H. de Fentoun miles ejus filius natu maximus heresque apparens, pro Margareta Quhytlaw seniore legitima filia dicti Pat. ac sponsa dicti Alex. H. de I., alteram tertiam partem Andreas Ker de Rolmanno-grange et Geo. Ker ejus filius heresque apparens pro Issobella Q. secunda legit. filia dicti Pat. ac sponsa dicti And., reliquam tertiam partem eadem Maria cum consensu dicti Wil., resignaverunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 218.

2146. Apud Edinburgh, 13 Aug.

REX, —cum consensu &c. (126.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO ACANNANE de Killochie, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, arma et cognomen de Achannane gerentibus,—mercatam terrarum de Knafrie, in parochia de Kirkpatrik-de-Mure, senesc. Kirkcudbricht ; — que olim ad monasterium de Dundranen pertinuit ; — necnon equalem dimidietatem terrarum ecclesiasticarum *lie* Mekle Kirklandis ad rectoriam ecclesie parochialis de Dalry spectantium, et mansionis et glebe earundem, cum domibus supra montem nuncupat. *the Persones-place* in Sanct-Johnes-clauchane, in senesc. de Kirkcudbricht ; — que olim ad rectoriam de Dalry pertinuerunt :—REDDEND. pro Knafrie 29 solidos, 3 capones, 3 pultreas gallos et gallinas (aut 6 den. pro qualibet pultrea), pro ceteris 5 lib., cum 40 den. nove augmentationis ; cum ceteris devoriis et servitiis debitis, si que essent ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 224.

2147. Apud Edinburgh, 13 Aug.

REX confirmavit cartam confectam per quondam Pat. episc. Moravien. commendatariumque perpetuum de Scona, et ejusdem conventum,—[qua,—pro 800 . . per D. Tho. Wallace rectorem de Unthank persolutis in reparationem duorum campanilium *lie stepillis* et *prikis* loci de Scona, ejusque ecclesie, domorum, aule et hospitii, et pro dicti Tho. laboribus et servitiis in importatione decimi denarii, et in officiis camerariatus, granitariate et fabrice magistratus pro 16 annis, — ad feudifirmam dimiserunt (quond.) WILLELMO WALLACE, filio naturali (quond.) Eliz. Young, —terras de Nether Colane, in baronia et regalitate de Scona, vic. Perth :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, (quond.) Hugoni Wallace filio naturali ejusdem Eliz. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., (quond.) Roberto Wallace filio quond. Gavini W. burgensis de Edinburgh, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., (quondam) Joanni W. de Dundonnald et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. arma et cognomen de Wallace gerentibus, de dicto monast. :—REDDEND. 5 lib. 6 sol. 8 den., et 13 sol. 4 den. augmentationis (viz. commendatario 5 libras 12 sol., cum duodena pultrearum, conventui 8 sol. ad *lie pittanesylver*) ; cum presentiis et servitiis bellicis *ut in carta* 832 ; cum duplicatione dict. 6 lib. in introitu heredum :—RESERVATO vitali redditu Issobelle Liddell domine de Cragie :—Apud dictum monast., 24 Maii 1555] :—PRETEREA, cum consensu Joannis Wallace tunc de Dundonald,—pro compositione persoluta, ac pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, — suprascripta WILLELMO WALLACE fratri germano dicti Jo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. *ut sup.* (omissis servitiis bellicis) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 231.

2148. Apud Edinburgh, 2 Sept.

REX confirmavit cartam Joannis Innes de Lucharis,—[qua,—pro perimpletione contractus initi cum Domina Eliz. Forbes domina de Sinclair et Jeanna et Barbara Sinclairis ejus filiabus legit., de data 26 Mar. 1588,—vendidit dicte ELIZABETHE FORBES, in vitali redditu, et dicte JEANNE SINCLAIR, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—villas et terras de Corskie et Mathemylne, cum quarta parte occidentalis ville et terrarum de Garmoche eis adjacente, nuncupat.

Corshill, Sandifeild et Langlandis (per Wil. Innes, And. Flycare, Wil. Michell, Catharinam Jonnkin relictam Walteri Purves, Andream Hay, Jo. Schande, Wil. Robertsone, Alex. Innes in Sk(l)entoke, Alex. Andersone et Walt. Mawer in Croftis occupat.), in baronia de Innes et Garmoch, vic. Elgin et Forres:—TENEND. de rege in alba firma:—cum precepto sasine Pat. Cokburne juniori de Garmoche et M. Rob. Gordone de Milhill:—TEST. Adamo et Jac. Innesis fratribus dicti Jo. I., Alex. Duncane servo dicto Jo. Innes, Abacuche Bisset scriba, Dunc. M'Ky ejus servo, Pat. Cokburne servitore dicte Eliz.:—Apud Lucharis, 26 Apr. 1588]:—NECNON cartam Jeanne Sinclair, filie legit. Henrici dom. S.,—[qua vendidit dicte Eliz. matri sue, heredibus ejus et assignatis,—dict. terras &c.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine Alex. Innes in Garmoche, Jo. Gordoun, M. . . Gordoun de Mylhill:—TEST. Laurentio Sinclare fratre germano dicte Jean., Hen. Sinclair apparente de Auchinfranko, Jac. Oliphant fratre Petri Oliphant de Turingis, M. Thoma Wilsoun advocato (scriptore carte):—Apud castrum de Raviniscraig, 3 Maii 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 232.

2149. Apud Edinburgum, 2 Sept.
REX confirmavit cartam D. Gulielmi Anstruther feodatarii de eodem,—[qua,—cum consensu Euphamie Wemis sponse sue, et Gulielmi Barclay de Drumcarrow,—pro impletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO RICHARTSOUN burgensi de Anstruthir ex occidentali parte amnis, et CRISTINE ARNOTT ejus sponse,—molendinum de Anstruther cum ejus terris &c., in baronia de Anstruther, vic. Fyiff:—TENEND. dictis Rob. et Cris. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Roberti quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Anstruther fratre dicti D. Gul., Jo. Strang portionario de Kilrynnie, Jo. Houstoun servitore dicti D. Gul., Jo. Arnott clerico commissariatus S. Andree:—carta scripta per Tho. Blak notarium publicum:—Apud Anstruther, 20 Aug. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 233.

2150. Apud Edinburgh, 15 Sept.
REX confirmavit cartam Alexandri Levingstoun feodatarii de Hanyng,—[qua,—cum consensu Jonete Henrysoun conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit JACOBO POLWARTH juniori de Coustoun, genero suo, et ELIZABETHE LEVINGSTOUN ejus conjugi,—terras de Wester et Eister Ballinbreich, cum molendino de Ballinbreich, ejus terris &c., cum communitatibus et pasturis, in baronia de Manuell, vic. Striviling:—RESERVATO vitali redditu de Westir Ballinbreich Thome L. seniori de H., patri dicti Alex.:—TENEND. dictis Jac. et Elizabethe in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—TEST. D. Wil. Lawsone de Boighall milite, Joanne Tennent de Cairnis, Wil. Cleland de Knowhowbilhill, Rob. Burne filio quondam Patricii B. in Hill, Jo. Eistoun scriba signeti regii, Rob. Pringill ejus servo (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 20 Maii 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 239.

2151. Apud Quhythall, 20 Sept.
REX confirmavit cartam factam per Jac. Abircrombie feodatarium de Carsye, cum consensu Henrici A. liberi tenementarii de C. ejus patris,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 2 Aug. 1598,—vendidit M. DAVIDI ABIRCROMBY filio legit. dicti Hen., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—annuum redditum 200 lib. de terris de Carsye, in baronia de Cowy, vic. Striviling:—REDDEND. dictis Hen. et Jac. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Abircrombie filio legit. dicti Hen., And. Cowy et Joanne Adamesone notariis publicis, Andrea Clerk et Adamo Bissat servis dicti Hen.:—carta scripta per dictum Dav.:—Apud Carsye, 3 Aug. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 236.

2152. Apud Edinburgum, 24 Sept.
REX,—cum avisamento &c. (140. 126.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo JACOBO DOMINO BALMERINOCH, et heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras, dominium et baroniam de Dingwall (viz. superioritatem ville de D. cum ejus censubus burgalibus, terras dominicales de Kynnairdie, terras de Glackis que fuit quarta pars dictarum ter. dominic., terras de Dalmalook, Inchevandie, Ochterneid, Drumglust, Westir Fairbairne, Camry, Arcoun, Auchnaclirach, piscariam super aqua de Connan tam salmonum piscium quam aliorum quorumcunque, cum molendinis, silvis, parcis, piscariis, mansionibus, maneriebus, tenentibus &c., necnon hereditaria officia custodie et constabularie castri de Dingwall, cum *lie Wairdis*, servitiis &c., in comitatu de Ros, vic. Invernes; cum feodo 20 merc. de promptioribus devoriis de Kynnairdie pro dicti castri custodia et sustentatione);—absque prejudicio infeofamentorum quondam Alexandro Bayne de Tulliche vel Duncano B. ejus filio concessorum super dimedietate ville et terrarum de Auchnaclirach cum silvis;—quas Jo. Leith (Keith?) de Raveniscraig in favorem dicti Jac. resignavit:—PRETEREA rex constituit dictos Jac. &c.—hereditarios ballivos terrarum regiarum comitatus de Ros et dominii de Ardmannoch, cum terris, feodis &c. ad dict. officium spectantibus,—revocando literas balliatus aliis desuper concessas;—necnon univit advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Dingwall ad dict. dominium, constituendo dictum Jac. hereditarium patronum ejusdem;—et omnia incorporavit in liberum dominium et baroniam de Dingwall, ut unica sasina apud castrum de D. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro officio balliatus unam rubeam rosam, pro dicta advocatione unum den. argenti, nomine albe firme; pro ceteris *ut in carta quondam D. Willelmi Keith* (*vide cartas* 1337 *et* 1966 *tomi precedentis*).[1] xlv. 240.

2153. Apud Edinburgh, 29 Sept.
REX concessit M. JOANNI LINDSAY fratri germano Jacobi L. de Dowhill, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Kinloch, viz. Eister K. cum molendino, cum tribus lacubus et piscariis ejusdem, 5 bollas hordei et 5 petras casei annuatim de terris ecclesiasticis de Lundeif, terras de Wester Kinloch et Eister Eschindie cum molendino, cum tenentibus &c., vic. Perth;—que fuerunt dicti Jac., de rege tente per servitium warde; et 15 Sept. 1608 (comparente M. Silvestro Rattray de Persie qui produxit instrumentum sasine de villa et terris de Nether Balcairny sibi concessis per M. Jac. Rattray filium quondam Davidis R. de Craighall), dicte terre (cum villa et terris de Nether Balcairny, terris de Craigtoun cum piscariis Pulgarheuch et Campispaild, vic. Perth; dimed. ville et terrarum de Drumlochtornoch *lie* Cretonis-hallis [Tretonis-half?] extenden. ad 40 solidatas novi extentus, cum pastura 9 summarum animalium in *lie* Blairhill, vic. Fyiff; annuo redditu 5 merc. de terris et baronia de Segy, vic. Kinroschire; et cum reversionibus ad dictum Jac. pertinentibus pro redemptione terrarum et baronie de Dowhill, *lie* Maynis et maneriei loci de D., terrarum nuncupat. Crambeth-Dowhill, Fruichtis, *lie* Blair de Crambeth, Kynnaird, Drumlochtornoch, Soyterland, Eister Newingstoun, molendini de Cleische, Wester Newingstoun, Brousterland, Culcairny, 2 acrarum in villa de Kinros, terrarum templariarum de Byn et Newingstoun, terrarum de Eschindie et Scrogyhill, et Brig de Gairny, vic. Fyiff, Kinros et Perth; et dict. terrarum et baronie de Kinloch et terrarum de Nether Balcairny) appreciate fuerunt[2] et dicto Jo. et M. Joanni Daw-

[1] This charter agrees with the *Reddendo* clause of No. 1966 wherever that differs from No. 1337; and differs from both the previous charters in the money rent of Westir Fairbairne, which here is "4 lib. 13 sol. 4 den."

[2] Names of assize:—Joh. Ramsay brother german of the laird of Dalhoussie, John Ramsay of Quhythill, And. Arnote minister of Scotlandwell, Laurence Balrame of that ilk, And. Schethum of Skelpie, Joh. Johnestoun bailie of the Water of Leith, John Lindsay of Drem, Mr Alex. Inglis and Tho. Inglis in Drem, David Boswell of Auchmure, Joh. Aytoun brother of the laird of Inchedairny, Mr Jas. Lindsay brother of the laird of Covingtoun, Wil. Weylandis and Samuel Thomesoun and Wil. Kemp burgesses of Edinburgh.

ling advocato ejus procuratori vendite pro 22706 lib. dicto Jo. debitis,[1] et pro 1700 merc. pro feodo Davidis Gairdner Ormound signiferi, nuncii et vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dictus Jac. L., ejus heredes et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 26.

2154. Apud Edinburgh, 30 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO GORDOUN apparenti de Lesmoir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— umbralem dimidietatem ville et terrarum de Drumrossie et Rethneyis (vel Rothneis), *lie* Del-Harboig et Del-Blakboigis, et dimid. molendini ejusdem, terrarum molendinariarum &c., cum superioritate, tenentibus &c., et cum communi pastura in foresta de Banachie, in parochiis de Inche et Premne, vic. Abirdene;—quas Geo. Gordoun apparens de Beldorni, Issobella Gordoun ejus sponsa, Jo. Gordoun de Newtoun et Margareta Udnie ejus sponsa, in favorem dicti Jac. resignaverunt:—REDDEND. duos den. argenti, viz. unum apud Drumrossie et alterum apud Inerrurie, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 245.

2155. Apud Edinburgh, 30 Sept.

REX confirmavit cartam Alexandri episc. Cathanen.,—[qua,—quia infrascripta per quondam Robertum episc. Cathanen. in feudifirma locata erant quondam Alexandro com. Sutherlandie, et JOANNES COMES SUTHERLANDIE filius senior legitimus dicti Alex. com. S. in eis per regem post actum annexationis infeodatus erat,—cum consensu decani et capituli Cathanen., ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Jo.— villas et terras de Gauldwell, Caddell (vel Caldell), Crannage, Borrolie, Slanis, Astlermoir, Astlerbeg, Sandwat, Carragavis, Carnamannycht, Car-

[1] The sum is made up as follows;—[1] obligation by said Jas. to infeft said Mr Joh. in annual rent of £100 out of his lands of Logy in the regality of Dumfermeling and sheriffdom of Fyiff, redeemable for £1000; dated 17 Nov. 1593, recorded in the books of council 29 Feb. 1608; with £1450 for 14½ years of arrears; [2] obligation by the same to the same, to pay £2800, with £300 liquidate expenses; dated 17 Aug. 1606, recorded 25 May 1608; [3] obligation by same to same, to pay £2580, with £300 liquidate expenses; dated 31 Aug. 1607, recorded 25 May 1608; [4] obligation by same to same, to pay 2040 merks, with 200 merks liquidate expenses; dated 6 Feb., recorded 25 May, 1608; [5] obligation by same to pay Pat. Butter of Gormok £5000 in the new church of the burgh of Dundie on 18 May 1605, with £10 liquidate expenses; dated 10 July 1604, recorded 26 Jan. 1608; of which debt the said Pat. assigned 5000 merks to the said Mr Joh., 20 Jul. 1608; [6] obligation by same to pay William Inglis servant of Alex. lord Fyvie 500 merks, with 100 merks liquidate expenses; dated 24 Feb. 1604, recorded 16 Dec. 1606, assigned to Wil. Weylandis blacksmith burgess of Edinburgh 30 May 1607, and by him to said Mr John 2 Aug. 1608; [7] contract dated at Dowhill, 23 Mar. 1596 (recorded 23 Dec. 1606), between said Jas. on the one part and Barbara, Helen and Catharine Lindsayis his sisters german on the other part, whereby he was bound to infeft them in an annual rent of 300 merks, equally among them, out of the lands of Westir Kinloch, within the barony of Dowhill by annexation, redeemable each 100 merks of it for 1000 merks; of which the said Katherine and Barbara assigned their shares to the said Mr Joh., 12 May 1608; with 2400 merks for 12 years' arrears; [8] contract dated 30 May and 17 June 1599 (recorded 30 June 1601), between said James with consent of Eliz. Colvill his spouse and of Rob. Colvill of Cleische on the one part, and Mr Jas. Aytoun brother german of Geo. A. of Inchedarny on the other part, whereby said Jas. L. was bound to infeft said Jas. A. in an annual rent of 300 merks out of the lands and barony of Dowhill, redeemable for 3000 merks, with 500 merks liquidate expenses; assigned to said Mr John 27 and 31 May 1608; with 2550 merks for 8½ years' arrears; [9] obligation by said Jas. L. to infeft And. Lyndsay his brother in an annual rent of £100, redeemable for £1000, with £100 liquidate expenses; dated 13 Dec. 1606, recorded 11 Dec. 1607, assigned to said Mr John 10 June 1608; with £100 for one year's arrears; [10] obligation by said Jas., Joh. Merser in Kinloch and John Andersone in Burnesyde, to pay Mr Jas. Strauchin legitimate son of Jas. S. notary and burgess of Dundie 280 merks; dated 3 Oct. 1606, recorded 4 June 1607, assigned to said Mr Joh., to the extent of 224 merks, 9 June 1608; [11] obligation by said Jas. L., and by Henry Scharp of Mawhill and Geo. Lindsay of Kavill his cautioners, to pay James Gib in Pow 1000 merks, with 100 merks liquidate expenses, dated 7 Dec. 1602, recorded in the books of council 17 June 1605, assigned to said Mr Joh. Lindsay 21 June 1608.

nagarrow, cum molendinis et *lie ailhousis*, et salmonum piscaria in aquis Awingarraw et Sandwat, ac cum dimidietate salmonum piscarie de Laxfurde, integram salmonum piscariam aque de Ardurenes et piscariam de *lie Croves*, cum molendino, insulam de Hoaa et alias insulas ibidem, cum portubus *lie heavin-placis* omnium suprascriptorum, et omnibus piscariis eorundem tam in aquis salsis quam dulcibus, terras de Kilmali-Kirktoun cum pendiculis nuncupat. Auchnacalzie, *lie ailhous* et crofta earundem, terras de Stambuster, Half-Brymmes, Fors cum molendinis, terris molendinariis &c., et salmonum piscaria ejusdem, terras de Baillie, binam partem et 2 denariat. tertie partis de Lichtmoir, binam partem de Owist, terras de Dorrarie et Mirremichaellis, 9½ den. terrarum de Scrabister cum croftis (exceptis terris non nominatis Joannis M'Kewin et Willelmi Ronaldsone), cum *lie Wairdis* et Langrig de S., *lie raid* de S. et anchoragiis et piscariis earundem, cum *lie sclaitheuch* et *halkis* in Hoburneheid, 10 den. terrarum de Weik et Papigo, cum croftis vocatis Bischopisquoyis et Kenneochisquoyis et aliis croftis ibidem, ac tenementis in villa de Weik et proprietate ejusdem, terras de South et North Kilmister, cum molendino de Windles, ejus terris &c., et *lie* tres *ottomies-landis* in Myrlandnorne, cum decimis garbalibus omnium suprascriptorum, terras de Meikil et Litill Ullagrahanie, Halkrig cum molendino, terris molendinariis, salmonum piscaria *lie cruves* ejusdem, terras de Westir Daill, Eister Daill, Thornisdaill, quartam partem salmonum piscarie in aqua de Thurso, 1 den. terre de Subamster, terras de Diran, Alterwall cum lacu, 3½ den. terrarum de Stanstell, molendinum de Lychtmoir cum ejus terris &c., cum *lie ailhousis*, terras de Skibo-maynis cum pendiculis vocatis Braymortie, *lie* Eisterpairt de Skibo, Dowcatland, columbario et *lie ailhous* ejusdem, Wester Skibo, Ullostie, Ardeleis, Auchvaych cum pendiculis vocat. Auchgormelay et Auchinucolas, Sithera cum crofta Tayclyb, Davachfyne, Drumdevane, Ferretoun de Portinculter cum cimba et passagio ejusdem, molendinum de Skibo cum ejus terris &c., et *lie ailhousis* ejusdem, civitatem et villam de Durnoch cum domibus, toftis, acris, *lie riggis*, *assyse-aill* et *thole* ejusdem, wardam *lie* Bischopiswaird, terras vocatas Ernoch, cum *lie mosis* vocat. *the Bischopismos* et ceteris dicto episcopatui spectantibus, cum molendino de Durnoch, molendinaria crofta &c., cum tenentibus &c. dicte civitatis, terras de Rogartmoir, cum molendino, terris molendinariis &c., et *lie ailhous*, terras de Scaill et Regiboll, cum carbonariis, tenentibus &c. omnium suprascript., cum privilegiis dicti episc. in emptione carnis et piscium pro pretiis per eum solvi solitis, cum arreagiis, carreagiis, et servitiis que consistunt in *lie wyning*, *leiding* et *biging* petarum et focalium, ceterisque servitiis et privilegiis suprascriptorum, in diocesi Cathanen., vic. de Invernes; officia hereditaria constabulariatus castrorum et palatii de Skrabister, Skebo et Durnoch, et balliatus omnium terrarum dicti episcopi infra diocesim Cathanen., cum feodis &c.; cum potestate construendi *lie watter* seu *wound-mylnes* super quacunque parte ville de Dornoch vel torrentis ejusdem: —. PRETEREA,—quia dicta castra et palatium situata sunt in boreali provincia ubi agrestes homines plurimum grassabantur, ubi non solum tempore belli verum etiam tempore pacis absque gravissimis sumptibus custodiri minime potuerunt, — concessit dicto Joanni dicta officia, cum *lie portergopinnes* janitori de Skrabister solvi consuetis:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto Gordoun ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Alexandro G. fratri germano ejusdem et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masculis et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto episc.:—REDEND. pro Gauldwall &c. (usque ad Myrelandnorne) 369 libras 16 sol. 6½ den., pro ceteris terris &c. 199 lib. 17 sol. 7½ den., pro arreagiis &c. 22 lib. 15 sol., et 20 sol. augmentationis, in toto 593 lib. 9 sol. 2 den.; pro officio balliatus administrationem justitie quoties opus foret;—assignando pro feodo pro custodia castri de Skebo devorias de Skebo-maynis et ceterarum terrarum &c. baronie de Skebo, extenden. ad 63 lib. 13

sol. 8 den.; pro custodia castri de Skrabister devorias dict. terrarum &c. de Skrabister cum decimis garbalibus, et *lie sklaitheuch* ejusdem, ac devorias quarte partis salmonum piscarie de Thurso, extenden. ad 50 lib. 12 sol. 6 den.; pro custodia palatii de Durnoch devorias tenementorum, molendini et aliorum in villa de D., ac terrarum de Rogartmoir cum molendino &c., ac de Kilmalie-Kirktoun cum decimis garbalibus, extenden. ad 41 lib. 6 sol. 8 den.,—dictis castris &c. per dictum Joannem reparandis sumptibus dicti episcopi pro hospitatione dicti episc. quando ibi sumptibus propriis remaneret,—necnon, pro feodo dicti officii balliatus, 100 lib. de promptioribus feudifirmis omnium suprascript.: — et dictus episcopus voluit quod unica sasina apud Kilmalie-Kirktoun capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. domino Elphingstoun, Carolo Paip notario publico, Jacobo Elphingstoun de Glak, M. Rob. Elphingstoun de Kinbrune, M. Jo. Paip scriba Edinburgi, Jo. Ros ejus servitore (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Edinburgh, 5 Mar. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 271.

2156. Apud Edinburgh, 5 Oct.

REX,—cum consensu &c. (137.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO SCOTT filio Walteri S. de Harden, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et predium de Deiphoip, cum parcis, moris et marresiis, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—quarum Arch. Scott in Deiphoip, vetus et nativus tenens earundem, jus suum dicto Wil. disposuerat:—REDDEND. 10 lib. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando cetera (si que essent) in antiquis infeofamentis aut rentalibus contenta: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 237.

2157. Apud Burgum de Edinburgh, 14 Oct.

REX confirmavit cartam Nicolai Baxter burgensis de Cupro, fratris et heredis quondam Henrici B. burgensis ejusdem,—[qua,—virtute contractus de data apud burgum de Cupro, 11 Nov. 1607, in libris concilii regis, vicecomitis de Fyiff, commissarii S. Andree, ac libris communibus burgi de Cupro registrari ordinati,—vendidit fratri suo germano M. THOME BAXTER ministro Verbi Dei apud Dunbug, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — duas novem partes terrarum de Baltully, duas partes 8 acrarum arabilium (una acra excepta) nuncupat. *lie* Kellie-landis (prope terras de Bonefeildis et montem placiti dicti burgi), 20 particatas terrarum in mora Comitis prope dict. burgum, duas partes terrarum vocat. Murebrekkis et Arnottiskemb, cum communi pastura in dicta mora, 2 acras arabiles viz. unam in *lie* Hauch et alteram inter molendina dicti burgi, cum ½ acra arabili in *lie* Mylhill, 3 glebas terre arabilis prope viam que ducit ad burgum de Dundie, vic. Fyiff:—RESERVANDO Agneti Ramsay relicte dicti Hen. vitalem redditum de Baltully, cum rationabili tertia omnium; et dicto Nic. vitalem redditum relique partis suprascriptorum:—REDDEND. regi pro Baltully unum den. argenti apud dict. burgum, pro Kellielandis et 20 particatis unum den. argenti, nomine albe firme; pro ceteris servitium warde &c.:—TEST. M. Adamo Mitchell ministro, Jac. Andersoun clerico burgi de Cupro, Davide Nes juniore burgen. dicti burgi, Pat. Glasfuird, Davide Andersoun (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Cuprum, 25 Maii 1608]:—INSUPER, pro compositione persoluta, ac pro servitio sibi et predecessoribus suis impenso, suprascripta dicto Tho. de novo dedit:—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78. xlv. 297.

2158. Apud Edinburgum, 29 Oct.

REX concessit et de novo dedit ALEXANDRO HOME de Rentoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Quhytlaw cum manerie, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas D. Willelmus Home de Quhytlaw miles, servitor regis, et Maria Quhytlaw sponsa ejus resignaverunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 249.

2159. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX confirmavit cartam Jacobi Polwartt

quondam junioris de Cowstoun, et Eliz. Levingstoun ejus conjugis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt WILLELMO CLELAND de Knowhobilhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Eister et Waster Ballinbreich, cum molendino &c. (*ut in carta* 2150):—RESERVATO libero tenemento de Waster Ballinbreich Thome Levingstoun seniori de Hanyng:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Gilb. Mure ballivo et burgen. de Linlithgow, Jo. Ros juniore de Hoilmylne, Davide Hammiltoun filio Jacobi H. de Westport, Jac. Mure filio dicti Gilberti, Wil. Sellar filio Willelmi S. de Kowhill:—carta scripta per Alexandrum Neilsoun servitorem Roberti Ker scribe vicecomitatus et burgi de Linlithgow:—Apud Brumepark, 22 Oct. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 259.

2160. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX confirmavit cartam Davidis Wod de Petkennedie,— [qua,— pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et Glenfarquhair, 7 et 12 Apr. 1603,—vendidit D. DAVIDI WOD de Craig militi, et Domine AGNETI WOD ejus sponse,—custodiam more de Montrewmonth, cum toftis et croftis ab antiquo consuetis, terras de Muremylneis, cum licentia molendina in quibusvis locis dicte more extruendi, annuum redditum 10 sol. de baronia de Fethie, croftam nuncupat. *the Wall* cum 3 *lie Laweis* (jacen. in occidentali parte maneriei episcopi de Brechin nuncupate Fairnywall), toftas et croftas nuncupat. Fairnyfallis, Petgennete, Muresyde, Quhytfallis et Lunansyde (unamquamque intra bondas specificatas), molendinum de Muremylnes juxta Fethie ex oriente, cum 4 den. de qualibet vanga seu ligone pro qualibet die cujuslibet persone effodientis glebas et cespites ac mericas *lie hedder* colligentis infra bondas dicte more, ac pro pastura cujuslibet pecudis seu bestie desuper 4 den., et cum potestate colendi, occupandi in pastura, toftas extruendi et alias ad proprios usus dict. moram applicandi, vic. Forfare:—TENEND. dictis D. Dav. et Agneti in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. propinquioribus et legit. dicti D. Dav. quibuscunque, de rege:—REDDEND. 2 den. argenteos nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. M. Alex. King de Dreddane advocato, Jo. Dicksoun ejus servitore, M. Samuele M'Gill in Auld Abirdene, Jo. Ros servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 7 Mar. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 276.

2161. Apud Edinburgh, 9 Nov.

REX confirmavit cartam Francisci comitis Errolie domini Hay, magni constabularii Scotie, et Willelmi Hay de Ury,—[qua,— pro perimpletione duorum contractuum de data apud Erroll, 15 et 28 Oct. 1608,—vendiderunt JACOBO IRVING de Auchyoche fratri germano Willelmi I. de Beltie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — villas et terras maneriei *lie* Maynis de Cremound, molendinum ejusdem vocat. de Starnaphin cum ejus terris &c. (occupat. per dictum Wil. H., Geo. Andersoun, Wil. et And. Nisbettis, Arch. Robertsone et capitanum Wil. Hay), in baronia de Cremound, vic. Abirdene;—et, in speciale warrantum partis dicte maneriei vocate Bilbo (per dict. capitanum occupate), partem ville et terrarum de Tillekiero (per Pat. Smythe occupat.), villam et terras de Carneknusie (per Eliz. alias *Bessie* Clerk occupat.), cum moris, marresiis, pascuis, communitatibus, in parochiis de Cremound et Lonmay, dictis baronia et vic.:—REDDEND. regi unum den. si peteretur tantum:—cum clausula warrantizationis, includendo aratrum dicte maneriei vocatum Boig de Cremound, et excipiendo ratificationem (si que esset) factam Anne Fraser conjugi dicti Wil. H. de U. vitalis redditus de dict. terris de Tillekiro et Carneknusy vel annuo redditu 4 cheldrarum victualium de eisdem:—cum precepto sasine:—TEST. M. Wil. Barclay Abirdonensi advocato, M. Gilb. Ros, Rob. Irving apud molendinum de Cowy, Alex. Davidsone servitore dicti com., M. Wil. Lumisdane servitore dicti Wil. B. (scriptore carte):—Apud Erroll, 28 Oct. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 251.

2162. Apud Edinburgh, 9 Nov.

REX confirmavit cartam Francisci comitis Errolie domini Hay, magni constabularii Scotie, et Willelmi Hay de Wry,—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus, vendiderunt ROBERTO IRVING apud molendinum de Cowy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Nether Cremondgorth (occupatas per Alex. et Wil. Hayis ibidem), molendinum de Galtous et ejus terras &c. (per Tho. et Wil. Bissat ejus filium occupat.), villam et terras de Lochhillis (per dictum Wil. H. de W. occupat.), partem ville et terrarum de Tillekiro (per Geo. Crawfurd occupatam), ac partem earundem (per Bessetam Clerk occupat.) extenden. annuatim ad 4 bollas victualium, solarem dimidietatem ville et terrarum de Over Cremoundgorth, cum moris, marresiis, pasturis et communitatibus, in parochiis de Cremond et Lonmay, vic. Abirdene:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, excipiendo ratificationem (si que esset) factam Anne Fraser conjugi dicti Wil. H. de W., de vitali redditu de terris et baronia de Cremound; necnon annuum redditum 100 lib. Archibaldo Wod de Wodstoun debitum de dict. terris de Over Cremoundgorth, cum onere 1000 lib., parte summe 2050 (2500?) merc. pro qua villa et terre de Over Cremoundgorth dicto Arch. impignorate fuerant:—cum precepto sasine:—TEST. M. Wil. Barclay advocato Abirdonen., Alex. Davidsone servitore dicti com., Henrico Stewart servitore dicti Wil. H. de W., M. Wil. Lumisdane servitore dicti M. Wil. Barclay (scriptore carte):—Apud Erroll, 24 Oct. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 252.

2163. Apud Burgum Edinburgi, 11 Nov.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1852),—confirmavit cartam Roberti Hammiltoun feodatarii de Bathgait,—[qua,—cum consensu Roberti H. senioris de B. (patris sui), necnon (D. Thome Hammiltoun de Binny equitis aurati et Roberti Hammiltoun de Ecclismauchin) ad quorum instantias interdictus fuit, — concessit ROBERTO HAMMILTOUN, filio suo primogenito et heredi apparenti,—terras et baroniam de Bathgait, cum messuagio, manerie, fortalicio, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Bathgait; cum officio vicecomitis de Bathgait cum feodis &c.:—TENEND. dicto Rob. filio suo et heredibus ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, heredibus de corpore dicti Rob. feodatarii et Eliz. Ros sponse sue procreatis, quibus def., heredibus dicti Rob. filii sui et assignatis quibuscunque, de Henrico principe et senescallo Scotie:—RESERVANDO liberum tenementum omnium (preter terras de Quhytelaw et partem de *lie* Maynes de Bathgait eis adjacen. que persolvit annuatim 4 bollas ordei et 8 bol. farine avenatice) dicto Roberto seniori, et post ejus obitum dicto Rob. feodatario; vitalem redditum de Quhytlaw Katherine Bruce conjugi dicti Roberti senioris, post obitum ejus mariti; vitalem redditum de Q. et dicte partis de Maynis dicto Rob. feodatario et dicte Eliz.; necnon dicte Eliz. post obitum ejus mariti vitalem redditum annui redditus 2 celdrarum victualis (viz. 1 celd. hordei et 1 celd. farine) de *lie* Maynis de Bathgat post obitum dicti Rob. senioris, ac legitimam tertiam dicte baronie, ac (pro vita dicte Kath. si illa dictum Rob. seniorem supervixisset post obitum dicti Rob. feodatarii) vitalem redditum terrarum dominicalium et ville de Baithgait cum messuagio &c. in warrantiam dict. terrarum de Quhytlaw:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Foullis advocato, Jo. Ker notario publico, M. Rob. Wynram filio Jacobi W. scribe, Jac. Monteith, Jo. Duncane, Davide M'Culloch (scriptore carte), servitoribus dicti D. Tho. H.:—Apud West Bynnie, 25 Oct. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 244.

2164. Apud Edinburgh, 12 Nov.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo in feudifirmam dimisit ANDREE MORESOUN collectori deputato infra boreales partes Scotie ab aqua de Die versus aquilonem, et BARBARE ROS ejus sponse,—partem mansi rectoris de Cullicuddin in ecclesia cathedrali Canonie Rossen., per dictum And. occupatam (inter alias portiones ejusdem ad M.

And. Cromby decanum Rossensem et Wil. Thomsoune pertinentes, et fluxum maris), in Canonia Rossen., vic. Invernes ;—quam dictus M. And. C. in favorem dicti And. M. resignavit :—PRETEREA rex ratificavit omnia infeofamenta dicto M. And. C., ejus autoribus et predecessoribus, et per eum dicto And. M. desuper concessa :—TENEND. dictis And. M. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti And. M. propinquioribus et legit. heredibus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando cetera in originalibus infeofamentis contenta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 269.

2165. Apud Regiam Albæ Aulæ, 14 Nov.

REX,—quoniam cum Scotiæ et Angliæ regna essent separata regnante Elizabetha, quotidianis incursionibus et omni barbarie inhabitantes finium accolæ legibus obsequentiores vexarentur, essetque difficile ea mala legibus reprimere eo quod malefici commodos fuge portus in vicini regni finibus habuerunt, paratissima ad extinguend. dictam insolentiam via stetit ab officiosa dispositione quorundam majoris potentiæ meliorisque indolis, qui partim ad repellendas a se ipsis similes injurias, partim pro suo erga regem officio, partim pro sua in vicinos minoris potentiæ benevolentia impulsi sunt se opponere talibus conatibus, idque aliquando ex regis commissione contra certos nominatos maleficos aliquando ex generali directione et mandatis sine scripto perficiendis ne inde captarent malefici fugiendi occasionem ; cum etiam rex nunquam nisi gravibus urgentibus causis generales commissiones scripto pro administratione justitie concedere consuevisset ; et occurrebat regi in memoriam inter primos WALTERUS DOMINUS SCOTT DE BUCKCLUGHE, vir strenuus consilio et manu promptus, fortunis, vi et clientelis potens, quem propter egregia officia et summam fidem in exequendis eis quæ rex illi commisit dignum repperit cui id negotium committeretur, quemadmodum rex ei verbo instruxit sine scripto, in quibus exequendis coactus est sæpius incendiis uti, castella ac domus dejicere, utique hostili odio contra maleficos tam in eis cædendis quam exilio afficiendis et a receptaculis ejiciendis, et quia, defectu carcerum et ad declinandam importunam quorundam bonorum intercessionem, qui usu quodam et consuetudine pro dictis maleficis intercedebant si tempus daretur, plurimi maleficorum statim ab eorum apprehensione in ipso loco in quo apprehendebantur raptim laqueo et aquis necessario sublati sunt sine ordinaria judiciorum forma observata (eo minus necessaria quod essent noti et manifesti fures, homicidæ, oppressores et incendiarii, eaque et multa ejusdem generis facinora in ipso apprehensionis articulo cum summa audacia profiterentur), quemadmodum et complures aliquando in suis domibus aliquando in agris vi et armis resistentes in ipsa apprehensione occisi sunt, omnia factu necessaria et usu ordinaria contra dictos sceleratos,—declaravit dictum dominum in omnibus ex animi regii sententia fecisse ; ideoque, cum consensu dominorum secreti concilii Scotie, absolvit dictum Walt. ab omni postulatione et accusatione iis de causis ; et deoneravit eum de eisdem, et de ceteris offensis quibuscunque antehac commissis. xlvi. 15.

2166. Apud Edinburgh, 17 Nov.

REX confirmavit cartam Jacobi M'Dowgall de M'Kerstoun,—[qua, pro se et Margareta Haitlie conjuge sua,—pro impletione contractus inter se et Tho. M'Dowgall de Stodrig fidejussorem suum ab una, et personas subscriptas ab altera partibus, de data apud Edinburgh et . . . ., 19 Maii et . . 1608,—vendidit GILBERTO ELLOTT de Horsliehill et MARGARETE SCOTT ejus conjugi in vitali redditu, et GILBERTO ELLOTT eorum filio legit. secundogenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—villam et terras de Danyeltoun, cum decimis garbalibus inclusis, in dominio de Melros,—necnon, in speciale warrantum earundem, *lie* Maynes de M'Kairstoun cum fortalicio et manerie loco, 10 terras husbandias ville et terrarum de M'Kairstoun (viz. 2 terras husb. per Wil. Jacksone, terram husb. per Margaretam Bell relictam Walteri M'Dowgall, terram husb. per Davidem

Wadrat, terram husb. per Tho. Leck, 1½ ter. husb. per Wil. M'Dowgall, terram husb. per Rob. Lamb, terram husb. per Geo. Heslope, 1¼ ter. husb. per And. alias *Dand* Duncane, ¼ terre husb. per Jac. Alie occupatas), in baronia de M'Kairstoun,—vic. de Roxburgh :—REDDEND. pro Danyeltoun regi (virtute acti annexationis) 6 celdras ordei mensure granarii de Melros, extenden. ad 13 peccas pro bolla (vel pro qualibet bolla 8 sol.), et 20 sol. augmentationis, cum ceteris devoriis consuetis; necnon 78 lib. nomine duplicationis in introitu heredum; —pro ceteris regi jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine directo Adamo Huntlie in Westerhoussis :—TEST. (ad subscriptionem dicti Jac. M.) M. Wil. Maxwell de Cavens, And. Hay (scriptore carte), Jac. Ramsay, And. Gourlay, servitoribus Jacobi Kynneir scribe signeto regio; (ad subscriptionem dicte Marg. H.) M. Jac. Trynche ministro, Wil. Hayg in M'Kairstoun, Petro Hendersoun ibidem, Adamo Huntlie in Westerhousis, Howgone Boustoun notario publico :—Apud Edinburgh et M'Kairstoun, 20 Maii et 24 (vel 25) Jun. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 246.

2167. Apud Edinburgum,[1] 18 Nov. REX confirmavit cartam Jacobi Blacader de Tulliallinn, et Willelmi Blacader de Haltaisis,—[qua,—cum consensu Jeanne Borthuik sponse et Jeanne Mowtray matris dicti Wil.,—pro impletione contractus de data 19 Mar. et 5 Maii 1608,—vendiderunt THOME INGLIS de Atherny burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis, irredimabilter,—terras de Haltaisis, cum manerie, pratis, marresiis, carbonariis, lapide et calce, in parochia de Cires, vic. Fyiff :—REDDEND. dicto Jac. 13 libras 10 sol. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum vel assignatorum : — cum precepto sasine directo Dav. Vennesoune in Haltaisis :—TEST. (ad subscriptiones dictorum Jac. et Wil.) Jo. Blacader de Inzewer, Wil. Hunter burgen. de Culros, Jac. Strauchane in Tulliallane, And. Glasfurd notario; (ad subscriptiones dictarum Jean. B. et Jean. M.) Jac. Inglis burgen. de Edinburgh, Davide Robertsone servo dicti Tho., Jo. Greg et Jac. Stenhous in Cowper, Pat. et And. Glasfurdis notariis: —carta scripta per Davidem Logane servitorem M. Willelmi Kellie scribe signeti regii :—Apud Tulliallane et Haltaisis, 21 Apr. et 5 Maii 1608]:—INSUPER supra-scripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 253.

2168. Apud Edinburgh, 18 Nov. REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit ROBERTO BIRSBANE de Bischoptoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—13 solidat. 4 den. terrarum de Hanganghauch (Hangangheuch?), cum tenentibus &c., communi pastura et privilegiis in communia et moro de Largis, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; 20 sol. antiqui extentus de Drummis, in parochia de Erskine, baronia et vic. de Renfrew ;— quas terras de Hanganghauche Rob. Fergushill de eodem, Drummis Alex. Cunynghame de Craigaines cum consensu Eliz. Cunynghame sponse sue, in favorem dicti Rob. B. resignaverunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 8.

2169. Apud Edinburgh, 19 Nov. REX confirmavit cartam Willelmi Makclellane de Auchlane,—[qua,—pro se et D. Thoma Makclellane de Gelstoun milite, liberetenementario infrascriptorum, ac pro Domina Katherina Kennedy domina de Barnebarroch sponsa sua,—pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit M. JOANNI HAY clerico deputato burgi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Tuyname, cum castro, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., extenden. ad 50 libratas antiqui extentus aut eocirca, in parochia de Tuyname, senesc. Kirkcudbricht :—REDDEND. dicto Tho., et post ejus decessum dicto Wil., 200 lib. : —cum precepto sasine directo Edw. Johnnestoun de Ryhill :—TEST. Tho. Broun de

[1] The place of granting is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvii. fol. 144 verso.

Glenson, Hugone Dumbar scriba, Andrea Hay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto (scriptore carte), Edw. Johnnestoun de Ryhill :—Apud Edinburgh, 1 Jul. 1608]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 254.

2170. Apud Royston, 20 Nov.
REX confirmavit GEORGIO MONRO de Mekil Tarrell—terras de Mekill Tarrell, cum annuo redditu 50 sol. de terris de Eister Aird, in comitatu de Ros, vic. Invernes ;—quas idem Geo. resignavit ; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.:—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque arma et cognomen de Monro gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et nonintroitum ad 24 mercas annuatim, et maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 277.

2171. Apud Edinburgh, 23 Nov.[1]
REX confirmavit cartam Georgii Gordoun de Haddoch,—[qua, — pro perimpletione contractus matrimonialis inter se ab una, et Geo. Banermane de Wattertoun principalem, et Jo. Forbes de Petsligo, Alex. Burnet de Leyis, Jac. Gordoun apparentem de Lesmoir et Jo. Gordoun de Carneburrow fidejussores, ab altera partibus, de data apud Abotishall, 24 Jan. 1606,—concessit MARGARETE BANERMANE tunc conjugi sue, filie dicti Geo. B., in vitali redditu, —*lie* Maynis de Haddoch cum maneria, Grene-myir, Karneis, Burnegreaneis, terras de duabus Meithlickis vulgo Meikill Methlick nuncupatas, cum duabus croftis earundem (occupatis per Laurentium Scott et Wil. Dugude), cum cottagiis, lacubus et stagnis, necnon (pro speciali favore erga eam) dimedietatem ville et terrarum de Archedlie (occupat. per Jo. Dovertie vocat. *the merchand* et Jo. Dovertie vocat. *the howsbandman*), terras de Northseit (occupatas per Wil. Dovertie), molendinum de Archedlie cum ejus terris &c. (occupat. per Jo. Pirie), in baronia de Meithlick, vic. de Abirdene :—TENEND. de rege :—REDDEND servitia debita et consueta :—cum precepto sasine directo Roberto Burney in Brekley-Tarves :—TEST. M. Roberto Paip advocato, Pat. Gordoun de Nethirmuire, M. Jo. Merser ministro Verbi Dei apud Meithlick, Geo. Barroun notario (scriptore carte) :—Apud Abirdene, 9 Nov. 1608] :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 29.

2172. Apud Edinburgum, 24 Nov.
REX confirmavit cartam Jacobi Hammiltoun de Evindaill et Crawfurdjohnne,— [qua confirmavit cartam Joannis Hammiltoun de Gilkariscleuch,—(qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit M. THOME FOWLLIS filio legit. Thome F. burgensis de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—41 solidatas 8 den. terrarum antiqui extentus de Glendorch [olim per quondam Quintigernum Neving et tunc per Jo. Hammiltoun burgen. de Edinburgh et Pat. H. ejus fratrem occupat.], in baronia de Evindaill, parochia de Crawfurdjohnne, vic. Lanark :—REDDEND. dicto Jac. 46 sol. 8 den. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis : — cum precepto sasine directo Jac. Tailyefer de Stranecleuch :— TEST. dicto Thoma Fowllis, Jac. Tailliefeir de Strangcleuch, Wil. Broun notario, Wil. M'Cale in Over Boighous, Hectore Purde officiario baronie de Craufurdjohnne:—carta scripta per Ric. Mosman servitorem Davidis Andersone scribe : — Apud ecclesiam de Craufurdjohnne, 7 Nov. 1608) :—PRETEREA dict. terras dicto M. Tho. de novo dedit : —TEST. Eleazer Hammiltoune de Torfit, Wil. Hammiltoun vocato *the paige* servitore dicti Jac. H., Jac. Laiper in Rodinheid, Jac. Mekill servitore Gavini Murray de Udistounheid :—carta scripta *ut supra* :— Apud Rodinheid in Evindaill, 13 Nov. 1608] :—INSUPER dictas terras dicto M. Tho., pro ejus bono servitio, de novo dedit : —TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 91. 49. 78. xlvi. 235.

[1] Dated an. reg. 40 et 6. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvii. fol. 163.

2173. Apud Edinburgh, 25 Nov.[1]
REX confirmavit [1] cartam D. Roberti Creichtoun de Cluny militis,—[qua, cum consensu M. Jacobi Donaldsoun advocati coram dominis concilii,—pro perimpletione contractus inter se et dictum Jac. ab una, et D. Jo. Creichtoun de Innernytie militem, Dominam Alisonam Grhame ejus conjugem, Jo. C. juniorem eorum filium legit., D. Jac. Creichtoun de Ruthvenis militem et Silvestrum Chaipman in Kinclavin, ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto Domino JOANNI CREICHTOUN, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — terras de Airliewicht &c. (*ut in carta* 1796), et terras de Murelandley tanquam pendicula de Airliewicht, in baronia de Auchtergavin, vic. Perth :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine : —TEST. Petro Algeo servo dicti M. Jac. Donaldsoun, Donaldo Neische notario publico in Perth (scriptore carte), Dionisio Conqueriour et Wil. Robertsoun notariis publicis in Perth, Patricio Ruthven fratre germano Willelmi R. de Ballindane, Gilb. Robertsoun scriba Edinburgi, Rob. Creichtoun fratre germano dicti D. Jo. :—Apud Perth, 29 Aug. 1606] :—[2] aliam cartam ejusdem D. Rob.,—[qua,—cum consensu et pro perimpletione *ut sup.*,—vendidit dictis D. Jo. Creichtoun, et ALISONE GRHAME ejus sponse,—terras et terras dominicales de Kinclavin, cum piscaria, molendino, terris molendinariis &c., in dominio de Kinclavin, vic. Perth (reservando dicto D. Rob. silvas de Kinclavin, proviso quod gramina silvarum sub hac reservatione minime comprehenderentur); necnon pendiculas subscriptas de Innernytie, viz. (Knokschynnan), Knokschynnanhill, Myretoun, Teuquheithillokis, Overtounhill et Muresyde, cum molendino de Innernytie, ejus terris &c., in thanagio de Kinclavin, vic. Perth (reservato dicto D. Rob. libertate molendi grana sua super terras dominicales de Innernytie et Bromehill crescentia apud dictum molendinum de Innernytie absque solutione multurarum) :—TENEND. dictis D. Jo. et Alis. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti D. Jo. quibuscunque, de dicto D. Rob. :—REDDEND. unum den. albe firme ; necnon regi pro Kinclavin 70 merc., pro dictis pendiculis 12½ merc., feudifirme : —cum precepto sasine directo Jo. Young : —TEST. et de data *ut sup.*] :—[3] aliam cartam ejusdem D. Roberti,—[qua,—cum consensu et pro perimpletione *ut sup.*,—in speciale varrantum terrarum &c. (*in carta* [1] *supra contentarum*),—concessit dicto D. Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—partem occidentalem terrarum dominicalium de Kinclavin (per Rob. et Alex. Scheiphird et Andream Dow occupat.), terras *lie* Kirkholme (per Wil. Watsone, Wil. Meik, Jo. Erskine, Jo. Alexander et Joannem Jack occupat.), que fuerunt pertinentie dict. terrarum de Kinclavin, in dominio de Kinclavin, vic. Perth : —REDDEND. dicto D. Rob. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. et de data *ut sup.*:—carta scripta per Wil. Many notarium in Perth] :—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 91. 49. 78. xlvi. 1.

2174. Apud Edinburgh, 25 Nov.
REX confirmavit cartam Gulielmi Sutherland de Duffous,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se ab una, et MARGARETAM MACKINTOSCHE dominam de Abiryeldie, cum consensu Joannis Grant de Freuquhy, M. Jacobi G. de Edinbillie, Patricii G. de Camdell, Duncani Grant de Daldaleyth et Roberti Grant de Inverloquhie ejus filiorum, ab altera partibus, de data apud Ballachastell et . ., 21 Dec. et . . 1604,—vendidit dicte Marg., in ejus pura viduitate, in vitali redditu,—villas et terras de Querrelwod, Ludgett et Dyiksyde, cum fortalicio et loco manerie de Q., in baronia de Q., vic. de Elgyne et Forres :—REDDEND. regi jura et servitia debita et consueta ; necnon capellanis . . . 50 merc. :—cum precepto sasine : —TEST. Jac. Sutherland de Kinstarie, Jo. Hepburne, Wil. Innes, Adamo Eleis, Jo. Law, servitoribus dicti Gul. S., Jac. Abir-

[1] This charter is much torn in the Register. Some blanks have been filled by comparison with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvii. fol. 156.

crumbie servitore dicti Jac., Jo. Donaldsone notario publico servitore dicti Joannis Grant de Freuquhie (scriptore carte): — Apud Pettindreich, 27 Dec. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 27.

2175. Apud Edinburgum, 30 Nov.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. WILLELMO SCOTT de Elie in libero tenemento, et WILLELMO SCOTT filio legitimo Alexandri S. mercatoris burgen. de Edinburgh fratris dicti M. Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras de South Corb, in baronia de Rossyth per annexationem, vic. Perth;—quas idem M. Wil. resignavit:—PROVISO quod feodum dictarum terrarum posset redimi per dictum M. Wil., heredes ejus et assignatos, per solutionem 40 sol. in ecclesia Divi Egidii de Edinburgh apud sepulcrum Jacobi comitis Moravie regentis super premonitione octo dierum, aut consignationem dicte summe in manibus thesaurarii vel decani gilde burgi de Edinburgh:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 3.

2176. Apud Edinburgum, 1 Dec.

REX,—cum consensu &c. (126.),— confirmavit cartam factam per M. Davidem Arnote filium legitimum Andree A. ministri Fontis Scotie, ac fratrem et heredem quondam Andree A. filii legit. ejusdem ministri, —[qua,—cum consensu patris sui,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et Scotlandwall, 12 et 15 Nov. 1608,—vendidit JOANNI DAVIDSOUN et MALCOLMO YOUNG portionariis de Findawtie, equaliter inter eos, eorumque heredibus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — tertiam suam partem terrarum de Findawtie (olim ad quond. Rob. Stok pertinentem), in regalitate S. Andree, vic. de Fyiff:—RESERVATA parte vocata *lie* Vayne, per Arch. Arnote occupata:—TENEND. de rege, loco ministri et conventus Fontis Scotie, in feudifirma: —REDDEND. (*ut in Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1546–80, *carta* 2596), in toto 10 lib.: —cum precepto sasine:—TEST. M. Joanne Arnote fratre germano dicti Davidis, M. Jo. Arnote portionario de Colsy, Davide Andersone scriba, Ric. Mosman (scriptore carte) et Alex. Broky ejus servitoribus:— Apud Wodmylne et Edinburgh, 22 et 30 Nov. 1608]:—PRETEREA, pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis, dict. terras dictis personis de novo dedit:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 247.

2177. Apud Edinburgh, 2 Dec.[1]

REX concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito,—cum consensu &c. (140.),—de novo ad feudifirmam dimisit RODORICO M'KEINZIE de Ardafailyie, in vitali redditu, et MURDOCHEO M'KEINZIE ejus legit. filio seniori et apparenti heredi, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen de M'Keinzie gerentibus, et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Gargustoun &c. (*ut in carta* 861); necnon molendina de Reidcastell, cum aridis astrictis multuris, sequelis et *lie knaifschip* et servitiis consuetis de terris de Newtoun, Gargastoun, Hiltoun et Culcowye, in dominio de Ardmenoch, vic. de Invernes;—quas idem Rod. in favorem suum et dicti Murd. resignavit: —RESERVANDO Finguelle Monro sponse dicti Rod. vitalem redditum occidentalis dimidietatis *lie* Wester-half-Davach de Newtoun vocate Blairdow, dimid. dictorum molendinorum et croftarum earundem, et terrarum de Eister Kessok cum freto, piscaria et *lie ailhous*:—INSUPER rex,— intelligens villam de Newtoun de Reidcastell fuisse unam principalium villarum dominii de Ardmenoch, ubi ultra hominum memoriam existebat publicus dies foralis semel in anno vocat. dies S. Andree apud *lie* Sanct-Palmeris-chepell . . Jul.,—ratificavit dictum diem foralem; et de novo dedit dictis Rod. &c. licentiam dict. diem tenendi, custumas et *lie tole-pennyes* levandi, ballivos et deputatos creandi, tabernas et brasiatores *lie innes and hostlaries* pro receptione liegiorum et extraneorum instituendi,

[1] Some torn-away words have been supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvii. fol. 152.

ac ceteris legitimis mercimoniis pro supplemento inhabitantium utendi:—REDDEND. pro molendinis 3 mercas, et pro ceteris *ut in carta* 861, necnon 26 sol. 8 den. nove augmentationis; ac 117 libras in introitu heredum; et molendo &c. (cum ceteris *ut in carta* 861):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 2.

2178. Apud Edinburgh, 9 Dec.

REX confirmavit cartam Francisci comitis Errolie domini Hay magni constabularii Scotie, et Willelmi Hay de Wry,—[qua,—pro perimpletione contractus inter dictum Franc. cum consensu dicti Wil. a prima, dictum Franc. pro se et Willelmo dom. Hay filio suo primogenito legit., ac Georgio et Francisco Hayis filiis suis legit., a secunda, et personas subscript. a tertia partibus, de data apud Erroll, 14 et . . Oct. 1608,—vendiderunt M. WILLELMO BARCLAY advocato Abirdonensi, et AGNETE HAY ejus conjugi,—villas et terras de Cremoundpark vel Park de Cremound, umbralem dimedietatem ville et terrarum de Over Cremoundgorth (occupat. per Jaspardum Mowat et . . .), cum moris, marresiis et communitatibus, in parochiis de Cremound et Lonmay, vic. Abirdene;—et, in speciale varrantum earundem, villas et terras de Magra, Woodheidis et Carnetoun, in parochia de Fetteresso, vic. Kincardin:—TENEND. dictis Wil. B. et Ag. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. B. quibuscunque, de rege:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, excipiendo ratificationem factam Anne Fraser conjugi dicti Wil. H. de vitali redditu de terris et baronia de Cremound, necnon annuum redditum 100 merc. Archibaldo Wood de Wodistoune debitum de dictis terris de Over Cremoundgorth, cum onere 1000 merc. tanquam parte summe 2500 merc. pro qua villa et terre de Over Cremondgorth dicto Arch. impignorate fuerant:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Irwing apud molendinum de Cowy, Hen. Stewart servitore dicti Wil. H., M. Wil. Lumsdane servitore dicti Wil. B., Alex. Davidsoun servitore dicti comitis (scriptore carte):—Apud Erroliam, 24 Oct. 1608]:—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78. xlv. 250.

2179. Apud Edinburgh, 9 Dec.

